# A 2. SCIENTIA GENERALIS. CHARACTERISTICA. CALCULUS UNIVERSALIS

## – EXCERPTA ET NOTAE MARGINALES

## 212. DE RERUM CLASSIBUS
## [Herbst 1677 bis Sommer 1680 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszüge mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 53–54. 1 Bog. $2^{o}$. 4 S.

Die von Leibniz in diesem Stück gemachten Auszüge aus Werken von acht Autoren bezwecken einen Überblick über die von ihnen behandelten Prädikamente oder allgemeinsten Begriffsklassen bzw. Grundbegriffe der Sprache und der Wissenschaften. Da es das Ziel der Leibnizschen *scientia generalis* und *characteristica universalis* war, diese Grundbegriffe zu definieren, sind diese Kurzexzerpte als orientierende Vorarbeit dafür aufzufassen. Die Datierung stützt sich auf das häufig belegte Wasserzeichen und wird auch dadurch bestätigt, daß Leibniz zwischen 1677 und 1679 das Werk von Wilkins, *Essay towards a Real Character and a Philosophical Language*, London 1668, zur Hand nahm, um selber Definitionen der Wilkinsschen Begriffe zu erstellen (vgl. N. $10_1$ und $10_2$).

### De Rerum Classibus

Aristoteles vel Architas decem praedicamenta proponit, quaesunt: Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, quando, ubi, situs et habitus.

Hadrianus Junius in *rerum omnium Nomenclatore* haec habet Capita: Tomo priore res libraria et librorum materia, Homo et partes humani corporis. Quadrupedes. Aves. Pisces. Vermes et insecta. Serpentes.

Cibi et potus. Mensae secundae et fructus. Aromata et species. Frumenta et legumina. Res Herbaria, Arbores et frutices. Florum[1] partes. Arborum nomina.

Res vestiaria (vestes sacerdotales, viriles, muliebres, capitis propria, pedum et reliqui corporis propria). Colores. Aedificia. Carcer, et Supplicia. Res navalis.

Varia supellex et instrumentorum omnium classes, ut domestica, Mensae propria, coquinaria, cubicularia, Muliebria, Textoria, Sutoria, pictoria, pistorum propria, piscatoria, Venatoria, Aurificum propria, Chirurgica, Rustica, militaria, Militiae verba

---

[1] *Darüber*: ut Rosae

20 f. (vestes . . . propria) *erg. L*

---

13 ARISTOTELES, *Categoriae*, 4, 1 b 25–27. 13 Architas: vielm. Pseudo-Archytas, vgl. BOËTHIUS, *Ad Aristotelis Praedicamenta*, Basel 1570, S. 114. 15–S. 1006.15 H. JUNIUS, *Nomenclator, omnium rerum propria nomina variis linguis explicata*, Antwerpen 1567 u.ö.

Historicis propria, Lusoria, Architectonica, fabrilia, instrumenta et supellex Ecclesiastica, de re nummaria, Moneta, de re Mensuraria, Mensurae liquidorum, aridorum, intervallorum, Musica instrumenta, Musices materia reliqua cum sonis strepitibusque harmoniae dissonis.

Tomo posteriore. Elementa et quae eo spectant. Tempora, Terrae, aquae, loca, Metalla, lapides, gemmae, Morborum, symptomatum, vitiorumque naturae et affectionum Vocabula, quoquomodo affecti corporis vocabula. Medicamenta, saporum genera. De Deo et spiritibus.

Dignitatum[2] et muniorum sacrorum vocabula. Dignitatum et Muniorum profanorum vocabula. Militaria. Civilia. Artium nomina. Fabrilia et operarum. Vestiaria. Obsonatoria et Coquinaria. Rustica. Nautica. (+ Nota supra instrumenta recensuerat, hic personas +), Κομμωτικὰ (ornatores ) servilia, ludicra, infamia, cognationis et affinitatis vocabula.

In Appendice Maria, sinus, portus, lacus et paludes. Fluvii et fontes, insulae, promontoria, Montes et valles. Sylvae, regiones, populi, oppida. Notandum est nomina habere Nomenclatorem non verba: sed nec abstracta, nec adjectiva.

Jonstonus *Polymathiam* suam in tres dividit libros, *de Deo et rebus creatis, de Homine*, et *de humano genere.*

Primo libro. Res in genere, Deus, Spiritus. Mundus, corpora mundana majora et coelum. Aër et ignis. Aqua, Terra. Corpora Mundana minora in genere ubi de principiis mixtorum, operationibus chymicis, colore, odore, sapore. Hinc de Meteoris subterraneis. Plantis. Animalibus, quae ille satis diligenter subdistinguit.

Lib. II. De corporis humani partibus. De anima humana (+ ubi potius agit de his quae ad vitam animalium in universum pertinent +). Functiones Hominis naturales et vitales. Functiones hominis rationales (cogitare, loqui ). Affectus corporis humani praeter naturam, Morbi et symptomata. Occupationes humanae corpus respicientes quo refert Horticulturam, Agriculturam, Molituram, pisturam, rem pecuariam, Venationem, Laniaturam et Cocturam, potulenta, vestes, Aedificia, Utensilia, Nummariam rem, itinerationem, Equitationem, Aurigationem, Curam sanitatis diaeteticam, Exercitationem corporis, ludos veterum sed privatos (+ nam spectacula postea +). Medicationem.

---

[2] *Am Rande zum Absatz*: vocabula personarum

15 habere (*1*) autorem nostrum (*2*) Nomenclatorem *L*

---

16–S. 1007.13 J. Jonston, *Polymathiae philologicae . . . adumbratio*, Frankfurt und Leipzig 1667 u.ö.

Occupationes humanae animae perfectionem concernentes contemplatio, sectaeque philosophorum. Modus contemplandi seu Logica, Numeratio, Dimensio seu Geometria, Dimensio coelestium seu Astronomia, Telluris Geographia, temporum Chronologia, visibilium Optica, sonorum Musica. Ponderatio. Divinatio. Actiones morales nos respicientes, alios respicientes. Virtutes et vitia. Jus. Religio (Gentil. Jud. Christ. Mahum.). Sermo varius (ubi de variis linguis) congruus ex Grammatica, ornatus ex Rhetorica, copiosus ex oratoria (ubi de persuasione), metricus ex poesi. Denique scriptus, ubi de re graphica.

Liber III. De Humano Genere, seu societatibus ubi societas oeconomica, scholastica, politia, judicialia, Regnum, officia, Domus Augustae, aulae Constantinopolitanae, Militia. Spectacula. Convivatio veterum. Ecclesia judaica. Ecclesia Christiana. Hierarchia Ethnicorum Muhamedanorum. Funus Romanorum. Ordo rerum in disciplinis seu artium omnium recensus.

Becherus *organum linguarum* ex quatuor componit libris. Primus habet substantiva, secundus adjectiva, tertius particulas et inprimis Adverbia, quartus verba. Quemlibet librum subdividit in titulos quindecim, qui sunt: Substantia, quantitas, qualitas, locus, tempus, Gustus, Odor, Visus, Auditus, Tactus, potentia Agendi, Voluntas, Ratio, Virtutes et vitia seu Moralia. Theologica. Ubi notandum ubi potentiam agendi in substantivis tractat, omnes ab eo recenseri actores ut vocat, seu personas sive substantias ratione praeditas. In Adjectivis et particulis et Miscellanea habet.

In *Appendice practica ad Methodum Didacticam*, distributionem hanc illustrat uberius et in nonnullis paulo aliter proponit. Nempe duo ait intelligi posse Ens reale, seu nomen substantivum concretum, et accidens. Accidens diverso respectu exprimi per substantiva abstracta, per adjectiva, per verba, per adverbia. Porro Accidentia ait esse vel Communia, vel Specialia. Communia sunt: Fieri, Qualitas, Quantitas, locus, tempus. Specialia sunt externa, Sapor, Odor, Color, Sonus, Tactilis qualitas. Interna sunt Potentia, Appetitus, Memoria, Ratio, Intellectus. Haec omnia explicans, Fieri ait sibi esse fieri rerum in genere, itemque Animalium, Vegetabilium, Mineralium, quibus adjicit

5 f. (Gentil. . . . Mahum.) *erg. L* 23 concretum *erg. L* 24 substantiva *erg. L* 24 adverbia. (*1*) Omne autem Ens Accidens (*2*) Porro *L*

14–20 J. J. BECHER, *Novum organum philologicum pro verborum copia . . . Edito secunda. Paragraphorum distinctione et versione Germanica adaucta*, Frankfurt 1674. 21–27 J. J. BECHER, *Appendix practica, Uber seinen Methodum Didacticam, darinnen was in besagten Methodo dunckel . . . ist, . . . erklärt . . . wird*, München 1669; vgl. VI, 2 N. 52, S. 391.

Existentiam et interitum rerum. Fatetur autem hunc titulum ad Accidentia non pertinere, sed ordinis tantum gratia adjectum. QUALITATES habet Elementares, ubi de Meteoris (+ quae tamen substantiae sunt potius +), Calore, frigore, Humiditate et siccitate; Vigore et languore, Vapore et spuma, ignitione et ustione (+ quae quatuor tamen recte postea in ipso *Organo* omisit +), secundarias imperfectionem vel perfectionem designantes; animales. Quantitas est dimensio, ponderatio, Numerus. Locus huc praeter positionem, Tumulationem, etc. refert ornamenta, Tegumenta. Tempus huc et ordo, dispositio, Alteratio. Sapor hic et de gustu. Odor hic et de olfactu. Color: Hic de visu, caecitate, luce et umbra. Sonus: Auditus, surditas. Sonus, murmur. Risus. Cantillatio (+ poterat haec et referre ad Animales functiones +), fistulatio. Impedimenta linguae, silentium locutio. Jocus (+ quasi non is et scribendo fieri possit +). Rixa, subsannatio. Ostentatio Maledictio, [Salutatio], Commendatio, Veneratio, vox laeta, flebilis. Brutalis. TACTUS simplex inhamans, signans et notans. Tendens, premens, vellicans, rumpens, offendens, vulnerans, deartuans. Tactile superficies Tenuis, rara, densa, tumida, callosa, dura, Mollis, liquida, consistens, mixta, subacta, cocta, praeparata (+ quid coctio ad tactum? +). Acuta, hebes, arcuata, tabulata, caelata, cavata, rasa, sculpta, Terebrata, Malleata, cusa, limata, dolata, obliquata, sinuata, plicata, plana, eminens, laevis, aspera, fistucata, pavimentata. Tusa, trita, pulverata, fodicata, sulcata, arata, pastinata, runcata, sarrita, lirata (+ quanto satius pro usu puerorum haec referre ad agriculturam? +). Carminata, pexa, comta, Stipata, pacta, Neta, Texta. Nodata; scissa, tonsa, caesa, serrata, figurata, fabricata, condita, Uncta, glutinata, ferruminata (+ haec non sunt superficierum tantum +). Cincta, marginata, septa. Combinata, ligata (+ haec potius lutinata +), soluta, sparsa. Motus, Molitatio, vibratio, volutatio, circumactio, pulsus, jactatio, fluxus, fusio, itio, cursus, gressus, saltus, et reliqui itionis modi, excessus et defectus, locomotio in aëre, aqua, terra, quies. Haec de Tactu. Potentia, intendens, operans, incitans, assuefactio, negligentia, ductus, gestatio (+ quae connexio +), Auxilium et Desertio. Actio civilis et militaris. Appetitus et voluntas. Voluntas appetens et rejiciens, Dominium et poena, servitus et meritum. Acquisitio et possessio. Modi conservandi, abscondendi, manifestandi, dandi et porrigendi, alienandi et pauperandi, luxuriandi. Memoria memoria et oblivio. Ratio sciendi ratiocinandi vocabula. Intellectus verum, falsum. Fides et fraus civilis. Fides moralis. Augurium et divinatio. Immolandi et sanctificandi vocabula.

12 ostentatio *L ändert Hrsg. nach Becher*

Georgius Dalgarnus in *arte signorum*, ita res ordinat: Substantias enumerat et accidentia. Substantia seu Ens concretum sive completum ipsi est Mathematicum, Physicum, Artefactum, et Spirituale. Res Mathematica, nempe punctum, linea, superficies, corpus. Figura, puncta, anguli, lineae etc. in figura. Ens Physicum coelum et quatuor Elementa. Partes coeli. Partes ignis (huc cineres, fuligo, fumus), partes aquae (ut maria, fluvius, etc.), partes terrae (continens, insula, Mons). Meteora ignita, aërea, aquea, terrea. Mineralia. Plantae, et harum partes perennes vel mutabiles. Bruta imperfecta seu Exanguia, volatilia, aquea, terrestrea. Bruta sanguinea aëria seu aves et harum partes; aquea seu pisces et horum partes. Terrestria, partes animalis in genere. Concreta artificialia ad victum; ad amictum; aedificia, nautica, supellex varia, supellex domestica, rustica, literaria seu scriptoria, Voluptuaria nempe pro aure Musica, pro oculo ludus et pictoria. Perniciosa seu arma. Res Spiritualis, Anima, Angelus, Deus.

Sequitur series accidentium, ubi Accidentia Communia (seu modi producendi), modi existendi, modi agendi, perfectio et bonum, consentanea et dissentanea, gradus comparationis, relatio, Numeri. Accidentia Mathematica, magnitudo et figura, positio, situs seu distantia. Accidentia physica Communia, Motus, tempus, locus. In specie Modi Motus, Motus simplex, Motus cum contactu, Motus separans, Retentio seu impedimentum, Motus. Qualitas sensibilis, Tactus, gustus, olfactus, auditus, visus objecta. Communes Affectiones mistorum (ut fermentatio, putrefactio etc.). Affectiones vegetabiles, Accidentia sensitiva generaliora, Motus animalis, sensus interni, inclinatio naturalis, passiones, harum effectus. Accidens rationale. Actus intellectus, Habitus, modi significandi, cogitationes et signa. Voluntas, ejus expressio. Sequuntur Relationes Oeconomicae. Relatio morum. Variae denominationes rerum et personarum. Relatio societatis, modi acquirendi. Contractus, Modi obligandi. Relationes politicae. Relatio officii, judicialia, delicta, bellum, Religio.

Wilkinsius in opere *characteris Realis* ita procedit. Res vel notiones considerari possunt vel in genere, vel in specie. In genere occurrunt Res vel verba. De rebus in

1 ordinat: (*1*) Duo ait esse substantiam a (*2*) Substantias | vel *erg. u. gestr.* | enumerat *L* 2 sive completum *erg. L* 2 f. est | vel *gestr.* | Mathematicum | vel *gestr.* | Physicum | vel *gestr.* | Artefactum, (*1*) concretum Mathema (*2*) et *L* 3 Mathematica (*1*) est punctum (*2*) , nempe *L*

1–27 G. Dalgarno, *Ars signorum, vulgo character universalis et lingua philosophica*, London 1661 [Marg.], *Lexicon Grammatico-Philosophicum*, vgl. VI, 3 N. 12, S. 169 u. 182–187. 28–S. 1011.5 J. Wilkins, *An essay towards a real character and a philosophical language*, London 1668, Part II: *Universal Philosophy*; vgl. N. $10_2$, $10_3$ und VI, 2 N. 58.

genere. TRANSCENDENTALIA sunt vel magis absoluta, vel magis relativa. Magis absoluta. Huc genera rerum, causae, idem ac diversum cum discriminibus ex rei natura. Discrimina relata ad finem, relata ad media. Denique Modi (ut subjectum, adjunctum, objectum, circumstantia, gradus, cognatio ). Magis relativa sunt mixta, nempe vel ad quantitatem et qualitatem, totum et partem, vel ad Actionem respectu unius, respectu diversorum; ubi de negotio et otio; Commercio, eventu, itione. Post res in genere sequuntur verba in genere seu discursus; ubi plurima, Grammatica, logica, rhetorica, poetica. Jam progreditur ad res in specie, quae sunt substantiae, accidentia.

Substantiae Deus et creatura. Creatura collective Mundus ubi de Spiritibus, Coelo, Tellure, Aquis (+ miror aërem omissum +), rebus animatis (sub quibus comprehendit Mineralia, plantae, animalia). Imaginarii circuli (ut Horizon etc.), singulatim Elementa et Meteora (sub quibus ignis, aër etc. tempestates etc.). Lapides et Concretiones. Metalla. Herbae secundum folia. Herbae secundum flores, secundum semina. Frutices. Arbores. Insecta et Exanguia. Pisces. Bestiae. Partes peculiares plantarum et animalium. Partes animalium generales.

Sequuntur Accidentia, quae sunt Quantitas, Qualitas, Actio et Relatio. Quantitas illi continet, Extensionem, ubi dimensiones (punctum, linea, superficies, corpus ), relativa (ut Centrum, Tangens, Parallelum ), linearum et figurae. Spatium ubi relationes, temporis loci et situs et Mensuram, ubi de Multitudine (numeris ), Magnitudine seu Capacitate (ut pede), pondere (ut libra ), valore (ut denario ), duratione (ut anno ), aetatibus (ut adolescentia ). Qualitas continet potentiam naturalem (sub qua potentiae rationales, sensitivae (internae et externae), inclinationes animi, inclinationes et status corporis respectu individui, respectu speciei). Habitum et dispositionem (+ huc refert quod miror, praemium et poenam, felicitatem et miseriam, instrumenta virtutum, ut libertatem, divitias, dignitatem, Affectiones virtutum intellectualium; affectiones virtutum moralium +). Mores ubi de virtutibus in genere, virtutibus ad corpus respicientibus, virtutibus ad bona relatis, virtutibus homileticis, tam communibus quam erga superiores et inferiores. Post haec sequuntur Qualitates sensibiles, objecta visus, auditus, olfactus, gustus, tactus, pertinentia ad Morbos et sanitatem.

Actio est vel spiritualis (Dei, intellectus theoretici, practici, Voluntatis ubi affectus ) vel Corporalis, vegetabilium, animalium, hominis, ubi significationes cogitationum, passionum, conversationes, gestus. Motiones (Motus animalium, modi eundi, motus partium, purgationes, ludi seu recreationes, variae motiones violentae ).

18 linearum (*1*) superficies, sol (*2*) et *L* 22 (internae et externae) *erg. L*

Operationes (Mechanicae, agricultoriae, fabriles, sartoriae, Chymicae ). Relationes sunt privatae et publicae, privatae sunt oeconomicae (ubi propinquitas, superioritas, amicus, educatio ), possessoriae (ubi fundus, aedificium et hujus partes, vectoria, supellex vel utensilia ). Provisiones seu pertinentia ad victum et amictum. Publicae relationes sunt civiles, judiciales, militares, navales, Ecclesiasticae.

P. Pomey hunc habet ordinem rerum.

Pars I. *De creatione*, de Mundo (ubi Coelo, Angelis, sanctis ), de Aëre (et Meteoris ), de Igne, Terra (ubi animalia terrestria, volucres, pisces, Arbores, plantae, mineralia ), de Aqua (ubi et maria, insulae, flumina, lacus ).

Pars II. *De Homine*, nempe de Corpore Humano ejusque statu naturali; de vitiis corporis humani, de vestibus, de re cibaria, de Anima, (ubi ingenii, judicii, voluntatis, virtutes et vitia; animique motus ). Denique de flagitiis.

Pars III. *De Civitate.* De incolis (ubi de differentiis aetatum, conditionum, cognationum et affinitatum aliaeque inter homines relationes, denique foeminis propria). De domo et ejus partibus (ubi et supellex mensae, ministri, domestici et villatici, et instrumenta rustica ), de Templo et ejus partibus (ubi et personae Ecclesiasticae, sacramenta, preces, festi dies ), de Curia forensi (ubi de rebus judicialibus ), de Aula principis (ubi varii principes eorumque Administri et officia ), de Armamentario (ubi de tota re bellica), de Scientiarum Academia (ubi de Theologia, Philosophia, Jurisprudentia, de qua tamen jam praevenerat, Medicina, ubi totam rem morborum et remediorum quam etiam potius praecipere debuerat, Mathematica, Astronomia et Astrologia, Arithmetica, Optica, Statica, Geometria, Musica, Chronologia, Geographia ubi regiones recenset, quod rectius supra fecisset, ubi flumina, et insulas, Architectonica, quam rectius ubi de domo; Rhetorica, Poetica, Grammatica ). De Artibus (ubi pictura, statuaria, venatio, equaria, typografica, Monetaria, Scutaria, Mercatura, Artium Mechanicarum professores). Denique Miscellanea (ubi rus, hortus, iter, ludi ).

P. Pexenfelder primum habet Mundum, Coelum Elementa, Meteora, Fossilia, Vegetabilia, Animalia. Homo. Corporis humani partes. Functiones naturales, animales, vitales. Mens cum suis affectionibus. Morbi, vitia naturae, Artes Rusticanae, Artes alimoniae, vestiaria, Aedificatoria, Artes utensilium argillaceorum, vitreorum, metallicorum,

8 f. plantae, (*1*) Metalla (*2*) mineralia *L*

---

6–26 F. Pomey, *Indiculus universalis latino-gallicus rerum fere omnium, quae in mundo sunt, scientiarum item, artiumque nomina apte breviterque exhibens*, Nürnberg 1671. 27–S. 1012.11 M. Pexenfelder, *Apparatus eruditionis tam rerum quam verborum per omnes artes et scientias*, Nürnberg 1670.

lineorum, ligneorum, coriaceorum, itineraria ubi equitatio, vectura nautica. Machinae Tractoriae, Artes oblectatoriae, Artes liberales, res Academica, de Scriptoria et aliis eruditionis administris, de Modo discendi, Grammatica poetica seu schola humanitatis, rhetorica, dialectica, physica, Metaphysica, Arithmetica, Musica, Geometria, Geodaesia, Statica, Monetaria, Optica, Geographia, Astronomia, Computata fastorum, prognostica, chronologia, Historia, Ethica, Temperantia, fortitudo, justitia, civilitas morum, Medici cum Pharmacopoeis et Chirurgis, jurisprudentia et res judicalis, Theologia, oeconomica societas conjugalis, parentes, liberi, heri, famuli, politica, societas civilis, Mercaturae, relaxationes corporis et animi, Ritus convivales, natalitii et nuptiales. Sepulchrales. Regnum, Rex, regia Administratio, turbae et bella. Religio, Judaismus, idololatria, Mahumetismus, Christianismus. Haereses, Miscellanea.

## 213.ALLGEMEINE CHARACTERE NACH MARSHALL UND BECHER
[1677 bis 1679 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 7B, 3 Bl. 13. 1 Zettel (10 × 16,5 cm). 1 $^3/_4$ S.
*E* COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 283 (Teildruck).

Leibniz sammelt sein Material vorwiegend in den ersten Hannoveraner Jahren.

That a person of parts, educated only to read and write the Language of the Nation wherein he was born, may in an hours time be taught to set down any matter, secret or other, in another language as Latine, Greek, French etc. and the Latine or other Language to be true and the sense good and continued. . . . it may be done many several wayes. . . . I have seen the whole Model and Systeme of it in several Languages besides our own, and but that it would make my letter of too great a Bulk should here with have sent you a transcript of one of them.

William Marshall Dr. of Physick in London in the first answer of his book intituled: *Answers upon several heads in philosophy*, London 1670. 8°. pag. 14. Habeo librum.

Putem huic scopo inservire etiam posse Becheri *Characterem universalem*, in quo promittit unius diei informatione ita scribere aliquem docere, ut ab unoquoque in sua lingua intelligatur; adhibitis scilicet Lexicis qui numeros (pro characteribus universalibus hic sumtos) in quaque lingua interpretantur. Eadem autem opera praestare potuisset, quod erat adhuc mirabilius, ut quis posset in qualibet ipsa lingua ignota scribere; modo Lexicon quale opus est, cum paucis quibusdam praeceptis necessariis dentur. Quae ut dixi intra diei spatium disci possunt.

## 214.AUS UND ZU THEODOR ZWINGERS THEATRUM HUMANAE VITAE [1677 bis 1679 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug: LH IV 7C Bl. 7. 1 Bl. 2°. 1 $^5/_6$ S.

Der Auszug fundamentaler Einteilungen oder Unterscheidungen bei Zwinger gehört zu Leibniz' Bemühungen um die *ars inveniendi* (N. 29). Er sammelt sein Material vorwiegend in den ersten Hannoveraner Jahren. Der Hinweis in N. 235 (*olim*) auf dieses Exzerpt erlaubt keine genauere Bestimmung seines Entstehens.

Ad ordinandas notiones ac veritates utile videtur examinare autorum Methodosqui multa velut in tabula complecti sunt conati; atque inde excerpere fundamenta divisionum sive distinctionum. Proderit in hanc rem Ramaeos et his similes consulere, prae caeteris Zwingerus placet qui in *Theatro vitae humanae* multa complexus est.

Distinctiones sive divisionum sedes primariae sunt,
Principia et Principiata.
Interna, externa.
Per se, per accidens.
Praecepta, exempla.

1 *universalem*, (*1*) ubi propri (*2*) in *L* 4 hic *erg. L* 5 in (*1*) illa (*2*) | qualibet *erg.* | *L* 16 consulere, (*1*) ut Zwingerum (*2*) prae *L*

1 J. J. BECHER, *Character, pro notitia linguarum universali*, Frankfurt 1661, Bl. B 3 v°. 17 TH. ZWINGER, *Theatrum humanae vitae*, hrsg. v. J. Zwinger, 29 Tle in 5 Bden, Basel 1586–1587 u. 1604.

Materia, Forma.
Forma occulta, aperta.
Respectus sui ipsius et aliorum.
Οἰκεῖα seu in re ipsa posita praesidia, ἀλλότρια seu aliena.
Studiorum κτῆσις seu methodus, χρῆσις seu usus.
Methodus acquirendi, conservandi.
Enuntiationes diexodicae, synopticae, quae sunt theoremata, sententiae, sive Gnomae, huc Aphorismi, Apophthegmata, diexodica etiam Commentarii dicuntur.
Problemata seu Quaestiones; et Argumenta seu rationes.
Res, rerum modi.
Simpliciter, secundum quid.
Universalia, Singularia.
Synthesis, Analysis.[1]

## Theatri vitae humanae synopsis

Res tractatur generaliter et specialiter, inprimis vita humana.
Rei generaliter tractatae Causae et Accidentia.
Causae: Materia, Forma, Finis efficiens.
Materia: quae insunt homini, et quae circumstant.

---

[1] *Am Rande*:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Essentialia, | Naturalia, | Accidentalia, | ut in contractibus |
| Necessario, | per se, seu<br>si nil impediat | per accidens | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Naturale | voluntarium seu artificiale | Violentum | divinum | |
| | verbi gratia: | | Rex | |
| Successor | Electus | | Conquaestor | Adeodatus |

*Den unteren Teil der Tabelle hatte Leibniz zuvor mit Bleistift notiert.*

4 Οἰκεῖα . . . aliena *erg. L* 5 seu (*1*) acquisitio (*2*) | methodus *erg.* | *L* 7 theoremata *erg. L* 8 Apophthegmata (*1*) problema vel quaestiones (*2*) diexodica *L* 9 Problemata (*1*) vel (*2*) seu *L* 16 f. Accidentia (*1*) ; quae potissimum locus et tempus (*2*) . Causae: *L* 20 (*1*) contractuum: (*2*) Essentialia, *L* 20 ut . . . contractibus *erg. L*

*Insunt* Animus et Corpus.

*Animi* (vol. 1) *facultates lib. 1. facultatum effectus seu characteres Theophrasto lib. 2. facultatum et functionum notae libro 3. Luciano in Toxari* τρόπου γνωρίσματα.

*Corporis* (vol. 2) *unde de foetu lib. 1. de sexu, aetate, forma lib. 2. vitae propagatione, conservatione, restitutione lib. 3. sanitate et morbis lib. 4. actionibus integris aut laesis 5. secundariis bonis malisque 6. morte 7.*

*Circumstant* (vol. 3) *divitiae 1. paupertas 2. nomina et insignia 3. magistratus 4. libertas 5. servitus 6. amicitia 7. inimicitia 8. gloria et honor 9. dedecus 10. alienorum bonorum et malorum participatio 11.*

Forma sunt habitus animi. Referuntur ad operantem, vel ad aliud. Operantem juvant vel laedunt ratione veri, et boni. Unde habitus Theoretici et practici. Theoretici organici et philosophici.

*Organici* (vol. 4) *Grammatica 1. Rhetorica 2. Poetica 3. Logica 4.*

*Philosophici Theorici* (vol. 5) ubi *Sapientia seu Philosophia theorica in universum 1. Philosophia naturalis et Medicina 2. Mathematicae 3. Philosophia divina seu Theologia et divinatio 4.*

Practici in *genere*, in *specie*. In genere (vol. 6) ubi de *philosophia morum, legislatione et jurisprudentia 1. Historia 2. probitate et improbitate in universum 3.*

In specie. *Habitus practicus est partis quae per se rationis compos vel expers*, seu Mentis, appetitus.

Mentis Habitus practicus (vol. 7) ubi de *Habitibus intelligentiae practicae in genere 1. prudentia politica in inveniendo 2. bellica 3. in judicando 4. imprudentia 6.*

Habitus appetitus dividuntur pro varia consideratione respectu Habentis et aliorum.

Respectu habentis, quatenus agit aut patitur. Quatenus agit locum habet Fortitudo (vol. 8), cujus et contrariorum *consideratio generalis 1. gravitas et moderatio in secundis 2. fortitudo declinans mala 3. propulsans 4. tolerans 5.*[2]

---

[2] *Am Rande*: ℜ

2 *seu characteres Theophrasto erg. L* 3 *Luciano . . .* γνωρίσματα *erg. L* 4 *1.* (*1*) substantia unde (2) *de L* 19 *partis quae per se erg. L* 21 ubi (*1*) habitus (2) de *Habitibus L* 24 agit *erg. L*

---

2 f. Die Hinweise auf Theophrast und Lukian entnimmt Leibniz der Disposition zu lib. 1. in vol. 1. Im übrigen folgt das Exzerpt den dem Gesamtwerk am Ende der »Proscenia« vorangestellten Dispositionen.

Quatenus patitur aut voluptatem et dolorem percipit, consideranda sunt bona quae insunt et quae circumstant. Insunt voluptas et dolor corporis, circa quae temperantia (vol. 9) de his in *universum 1. abstinentia circa alimenta 2. continentia circa venerem 3. temperantia voluptatum corporis improprie dictarum 4.*

Circumstant seu occurrunt homini *alia per se, alia respectu conversationis quotidianae, per se vitae instrumenta et ornamenta. Instrumenta divitiae* (vol. 10) *ubi moderatio circa pecunias in universum 1. liberalitas sumtuaria seu magnificentia 2. liberalitas muneraria (munificentia)* [*3*]. *liberalitas fructuaria*[3] *4. prodigalitas 5. Avaritia 6.*[4]

*Ornamenta* sunt *honores*, ubi de *Magnanimitate* (vol. 11) et de *studio et contemtu honoris in universum 1. moderata acceptatione honorum 2. conservatione 3. ambitione 4. pusillanimitate 5.*

Conversationem quotidianam alia laedunt, alia juvant. Laedunt *odium, ira, inimicitia* (vol. 12) ubi *de clementia, lenitate, mansuetudine, placabilitate 1. severitate et vindicta moderata 2. saevitia 3. indulgentia 4.*

Juvant conversationem *respectu rerum veritas, personarum jucunditas*. Et quidem de *veritate, candore, integritate* (vol. 13) *veritatis studium 1. simulatio mendax in excessu 2. dissimulatio mendax in defectu 3.*

Iucunditas est in *negotio, otio. In negotio popularitas* (vol. 14) ubi de *humanitate, popularitate, familiaritate 1. blanditia in excessu 2. morositate in defectu 3.*

In *otio urbanitas* (vol. 15) unde de *urbanitate et comitate 1. scurrilitate 2. rusticitate 3.*

Hactenus de Habitibus practicis in specie qui respectu habentis considerantur potissimum, sequuntur qui respectu aliorum, ubi de justitia et injustitia in vita religiosa et profana.

*In vita religiosa justitia* (vol. 16) *in universim 1. de cultu Dei 2.* [*de cultu hominum religioso 3.*] *rerum sacrarum 4. correctione religiosa 5.*

*Injustitia in religione* (vol. 17) *ubi de superstitione in universum 1. distributiva erga*

---

[3] *Über* fructuaria: 𝔑

[4] *Am Rande*: 𝔑

2 insunt (*1*) nempe vo (*2*) et *L* 3 *2.* (*1*) abstinen (*2*) *continentia L* 12 f. *5.* (*1*) Respectu conversationis (*2*) Conversationem *L* 13 alia (*1*) labefactant (*2*) laedunt *L* 22 qui *erg. L* 25 f. de . . . religioso 3. *erg. Hrsg. nach Zwinger* 27 *Injustitia* (*1*) rel (*2*) in religione (*a*) seu contra (*b*) (vol. *L*

*Deum 2. hominem 3. res divinas 4. correctiva 5. impietate in genere 6.* distributiva *erga Deum 7. homines 8. res divinas 9. correctiva 10.*

In vita profana justitia (vol. 18) *universim 1. distributiva fida 2. grata 3. officiosa 4. correctiva 5.*

*Injustitia profana* (vol. 19) *universim 1. distributiva 2. correctiva 3.*

Hactenus de causis internis, sequuntur externae efficiens, finis. Efficiens est princeps vel instrumentalis. Princeps est ipse actor, ubi de variis hominum professionibus (vol. 20) *philosophis, mechanicis, consiliariis, regibus. Instrumenta operationum et passionum humanarum* (vol. 21) *Natura 1. Ars 2. exercitatio 3. instrumenta secundaria 4.*

*Finis. Beatitudo et miseria* (vol. 22). *Beatitudo 1. miseria 2.*

Hactenus causae, sequuntur accidentia communissima, *locus* (vol. 23) *materialiter ut est 1. formaliter ut locat 2. Tempus* (vol. 24) *respectu numerantis 1. numerati 2.*

Hactenus generalis vitae humanae tractatio, sequitur specialis, quae est *solitaria vel socialis*. Solitaria (vol. 25) libro unico.

*Socialis* intuitu *cognitionis et actionis*. Cognitionis vita Academica (vol. 26) libro unico.

*Actionis erga Deum vita religiosa* (vol. 27) *nempe de religione naturali 1. Mosaica 2. Christiana 3. Ethnica 4. Mahumetana 5.*[5]

*Actionis erga homines vita est politica vel oeconomica*. Politica (vol. 28) ubi de *politia ut totum quiddam est lib. 1. secundum causas 2. secundum effectus 3. politiae singulares 4.*

*Oeconomi*[*c*]*a vita* (vol. 29) *oeconomia ut totum 1.* secundum *causas 2. effectus 3. oeconomiae singulares 4.*

Atque hoc est totius operis synopsis. Singuli libri suam habent synopsin, quam excerpere aut contrahere nimium foret. Tantum placet fontes quasdam dividendi passim occurrentes notare.

Sunt in nobis propria, sunt communia cum animalibus, sunt cum stirpibus.

[5] *Am Rande*: (+ Jam supra religio vol. 16. 17. +)

6 f. est . . . Princeps *erg. L* 8 *regibus.* (*1*) Instrumentalis (*2*) *Instrumenta L* 14 Hactenus (*1*) de principiis (*2*) generalis *L* 19 *vita* (*1*) profana (*2*) *est L* 24 synopsis. (*1*) Sed operae pretium erit descendere et ad partes Tomus 1. (*a*) est (*b*) agit libro 1. de facultatibus et functionibus animi secundum (*2*) Singulos libros (*3*) Singuli libri *L* 27 propria, sunt *erg. L*

27 Die folgenden vier Absätze exzerpiert Leibniz aus der Dispositio von lib. 1. in vol. 1. Erst danach notiert er die »fontes dividendi«, wie sie ihm beiläufig auffallen.

In omni cognitione spectandum, quae et qualia cognoscantur, et per quem quaeve.

Voluntas est affirmans vel negans.

Bonorum, ut memoriae: acquisitio seu λῆψις, possessio seu κτῆσις, qui scilicet bonitate memoriae valuerint, χρῆσις fruitio seu usus. Φυλακὴ seu conservatio vel recuperatio. Denique labefactatio ex toto vel parte. Circa acquisitionem, dator, occasio. Circa κτῆσιν seu subjectum, qui habuerint, quale habuerint hoc bonum vel malum.

Circumstantiae Subjectum, objectum, affectiones, instrumentum, Modus seu qualitas, gradus, occasio, tempus, locus, effectus, quo pertinet successus, materia, forma, possessio, usus. Actiones, passiones. Totum, pars. Genus, Species. Differentia inter finem et eventum.

Affectus considerantur in genere et singillatim. Singillatim quoad differentias generales, speciales. Respectus rerum personarum. Sui, alterius. Per se, per alios.

Consideratur aliquid active passive.

Initia, progressus, finis.

Quaestiones. Quae, quomodo, a quibus, qualis, qua occasione, cur, quibus, de quibus, ad quid (provocare), inter quos, cui, quando, ubi, per quos, in quo, ex quo, de quo, An, quando, quomodo.

Simplex, compositum.

Modus, aperte, recte. Facile, difficulter. Naturaliter, non naturaliter. Solitum, insolitum.

Agere per se, per alios. Actio, fit non fit. Inchoatur, finitur. Actio voluntaria, necessaria, publica, privata.

Considerare respectu sui, alterius. Generatim, singulatim. Quoad differentias generales singulares. Respectu rei, circumstantiarum. Rerum Horarum.

Differentiae, simplex, compositum. Quod est, non est. Actu, potentia. Mutatur, manet. Naturale, non naturale.

Considerare politice, oeconomice, per se, respectu alterius, ratione substantiae, accidentium, Essentiae, symptomatum.

Quaestiones. Secundum quae. Pro quo. Quem. Quid. Cum quibus. Unde. Quo. Apud quos. Qua caeremonia. De quo (tributum praedatur).

Subjectum ipse alius. Homines res. Deus creatura. Aliquis nullus.

Actiones animales, vitales, naturales. Externae, internae. Immanentes, transeuntes.

4 fruitio *erg. L* 7 f. malum. (*1*) Cognitionis (*2*) | Circumstantiae *erg.* | *L* 8 affectiones *erg. L* 9–11 materia . . . eventum *erg. L* 16 Quaestiones *erg. L* 17 f. in quo . . . quomodo. *erg. L* 29 Apud quos. *erg. L*

Earum institum.

Attributa longitudo, latitudo, profunditas, crassities, quantitas, qualitas, magnitudo, multitudo seu numerus, aetas, Modus. Ordo. Perfectio. Puritas. Conformatio. Situs. Communia, propria. Per se, per accidens, officium, sexus, conditio, habitus, functio, nota, primarium, secundarium. Nomen, genus, professio.

Circumstantiae. Ornamenta. Vestimenta.

Considerare essentialiter, accidentaliter, materialiter, formaliter. Reipsa, ratione. Cognitione, effectione, absolute aut secundum bonum aut malum, absolute comparante.

Adjuncta tempus, locus, socii, collegae. Instrumenta. Quod est ante, simul, post, amici, adjuvantia.

Rei copia, defectus. Res naturalis, artificialis. Interna, Externa, adventitia, connata.

Divisio corporis in partes, una Historica quasi, in partes tres, altera Logica, in partes similares et dissimilares.

Rei acquisitio, possessio, conservatio vel recuperatio, usus. Possis et acquisitionem et conservationem comprehendere sub possessione.

Res inanimata animata. Locus, locatum. Permanens transiens, interruptum constans, adest abest, primaria secundaria.

Causa est aliquis sibi, aliis.

Attributa: ortus, pericula, conservatio, educatio, vires, statura, corporis habitus, color, forma, patria.

Notae sunt argumenta praesentium, monimenta praeteritorum, indicia futurorum.

Differentiae primarium vel secundarium; essentiale vel accidentale est, affirmare, negare, privativum, positivum. Extra, intra, immediate, mediate, conjunctus exercitus et divisus. Bona mala Animi, corporis fortunae, mala corporis cruciant vel tollunt, proprium, alienum, idem, diversum, simile, dissimile, pro et contra, pro quibus, contra quos.

Habitus, ususfructus, acquisitio, possessio (possessores), exercitatio. Cultus seu qui eum coluerunt vel non.

Disciplinarum, inventio, judicium, communicatio, usus, certamina.

1–6 institum. (*1*) Circumstantiae quantitas, (*2*) Circumstantiae (*3*) Attributa | longitudo ... crassities *erg.* | ... | seu ... professio. *erg.* | Circumstantiae. *L* 6 Vestimenta. (*1*) Accidentia sunt ten (*2*) Considerare *L* 8 f. Cognitione ... comparante. *erg. L* 10 collegae *erg. L* 15–17 Possis ... possessione *erg.* (*1*) Res pr (*2*) Res *L* 17 interruptum constans *erg. L* 23 affirmare negare *erg. L* 24 f. Extra ... divisus *erg. L* 25–27 mala ... tollunt *erg.* proprium ... quos *erg. L* 28 ususfructus *erg. L*

Percurro Tabulas usque ad Tomum XV inclusive nec amplius aliquid novi reperio magnopere notandum ad hoc institutum.

## 215. CYCLOGNOMICA EX LULLIO, GREGORIO TOLOSANO, GEMMAE FRISII CYCLOGNOMICA, ROTIS JASONIS DENORES, ET BRUNO
[1677 bis 1679 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 7C Bl. 19. 1 Bl. 2°. 1 S.

Lulls allgemeine Begriffe wie *Magnitudo, Potentia, Duratio, Virtus* und ihre Kombinination interessieren Leibniz im Zusammenhang seiner Arbeiten zur Charakteristik; wie er, wohl im April, 1679 an Herzog Johann Friedrich (II, 1 N. 205 a) schreibt. Er sammelt sein Material vorwiegend in den ersten Hannoveraner Jahren; vgl. N. 216, 230.

### Cyclognomica ex Lullio, Gregorio Tolosano, Gemmae Frisii Cyclogn[omica], Rotis Jasonis Denores, et Bruno

CIRCULUS PRIMUS PRO COPIA VERBORUM. Ejus rotae
B. Grammatica (declinatio, conjugatio, syntaxis )
C. Rhetorica (Tropus, figura dictionis, figura sententiae)
D. Logica (Loca inventionis, enuntiatio, syllogismus )
E. Lexica (synonyma linguae ejusdem, diversae, epitheta et antitheta )
F. Poetica (rhythmus, versus, poema )
G. Metaphysica (transcendentia, praedicamenta, mista)

1 Tabulas *erg. L*

11 Vgl. R. LULLUS, *Ars brevis*, in *Opera*, Straßburg 1598, u. *Ars magna*, a.a.O., Straßburg 1598. 11 Vgl. P. GREGORIUS TOLOSANUS, *Syntaxes artis mirabilis in libros septem digestae*, Lyon 1578. 11 f. Vgl. C. GEMMA, *De arte cyclognomica*, Antwerpen 1569. 12 Vgl. G. DENORES, *Della Rhetorica libri tre*, Venedig 1584. 12 Vgl. G. BRUNO, *De lampade combinatoria Lulliana*, Wittenberg 1587 und *De specierum scrutinio et lampade combinatoria*, Prag 1588.

H. circuli generales (subjectorum, praedicatorum, quaestionum)

I. tres termini generales (Essentia, scientia, opinio )

K. disciplina propria.

CIRCULUS SECUNDUS SUBJECTORUM.

B. Deus.

C. angelus.

D. coelum.

E. homo.

F. creaturae sentientes.

G. vegetabiles.

H. quae habent tantum essentiam.

I. praedicamenta.

K. accident[ia].

L. virtutes et vitia in quolibet horum principia vel essentia, affectiones, actio vel distinctio, definitio, distributio, regulae, causae, effectus, modus obtinendi.

CIRCULUS TERTIUS[1] PRAEDICATORUM ABSOLUTORUM.

B. Bonitas (Honestas, decus, commoditas, salus, benignitas, utilitas, suntque bona, vera, apparentia, honesta, utilia, jucunda; animi, corporis, fortunae).

C. Magnitudo (Capacitas, multitudo, fertilitas, copia, amplitudo. Magnitudo est molis vel virtutis, infinitum actu vel potentia).

D. Duratio (Constantia, stabilitas, perseverantia, firmitudo, immortalitas, aeternitas, tempus, inconstantia, mortalitas, aeternitas a priori, posteriori, aevum, tempus ).

E. Potestas (potentia, actus, autoritas, fortitudo, officium, dignitas, facultas, altitudo; Potentia activa, passiva, naturalis, voluntaria, ordinaria, extraordinaria.

F. Cognitio (consilium, ordo, lex, regula, ratio, scientia, industria, prudentia, certitudo, opinio naturalis, supernaturalis, distincta vel confusa; a priori vel posteriori; sensitiva vel intellectiva ).

---

[1] *Zu* CIRCULUS TERTIUS B. *bis* E.: in omnibus cognata et distinctio

---

4 Die Aufzählung unter »circulus secundus« folgt weitgehend, die unter »circulus tertius« und »quartus« sowie unter »circulus quintus B.« (Methodus Lullii) genau der *Tabula ad artis brevis Cabale tractatus et Artis Magnae primum caput pertinens*; s. R. LULLUS, *Ars brevis*, a.a.O., Fol. 1, u. *Ars magna*, a.a.O., Fol. 238.

G. Voluntas (appetitus, desiderium, Ardor, fervor, cupiditas, affectus, amicitia, societas, appetitus innatus, elicitus, sensitivus, rationalis etc.).

H. Virtus, Honestas, aequitas, justitia etc. (intellectualis, moralis).

I. Veritas (Essentia, certitudo, affirmatio, negatio. Veritas rei vel orationis, moralis vel spiritualis).

K. Gloria (Gaudium, victoria, fruitio, pulchritudo, gloria orta vel apparens). Haec praedicata de se invicem praedicari possunt: bonitas magni, magnitudo boni.

CIRCULUS QUARTUS RESPECTIVORUM PRAEDICATORUM.

B. Differentia (disparitas, varietas, remotio, multiplicatio, diversitas, separatio, distinctio, dissimilitudo. Estque differentia Generica, specifica, distributio perfecta, imperfecta).

C. Concordantia (identitas, similitudo, aequalitas, unitas, proportio, convenientia, sympathia, comparatio etc. Estque convenientia ratione subjecti, causae etc.).

D. Contrarietas (oppositio, contradictio, privatio, inimicitia, destructio: estque contrarietas mediata vel immediata ).

E. Principium (causa, autoritas, origo, praerogativa, influxus, estque principium essentiae, cognitionis, incomplexum, complexum).

F. Medium (via, vinculum, connexum, unio, modus. Medium negationis participationis).

G. Finis (Extremum, perfectio, ultimum, privatio, quies, scopus, complementum. Finis est perfectionis vel imperfectionis, cujus vel cui).

H. Majoritas (sublimitas, eminentia, Magnificentia, magnidecentia, excellentia etc. majus rei vel probabilitatis).

I. Aequalitas (paritas, proportio, imitatio, conformitas. Aequalitas rei vel probabilitatis, essentiae, vel accidentis).

K. Minoritas (parvitas, fragilitas, facilitas, Minus rei vel probabilitatis).

CIRCULUS QUINTUS QUAESTIONUM.

B. Methodus Lullii (decem ejus quaestiones: Utrum, quid, de quo, quare, quantum, quale, quando, ubi, quomodo ).

C. Methodus Historicorum (quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando ).

D. Didascalica Methodus (An res, quid res sit, quae causae, partes, effecta, cognata, pugnantia).

6 f. Haec . . . boni. *erg. L* 26 probabilitatis, (*1*) personae vel (*2*) essentiae *L* 29 de quo *erg. L*

E. Meth[odus] Philosophiae practicae (de virtute quam praestans, utilis, quod obtineatur).

F. theoreticae (quid res, proprietates, effecta).

H. Meth[odus] popularis (An conveniat et cur; an sit agendum, et quomodo).

I. Meth[odus] Analyticorum (summa rei, partes, observationes, Monita).

K. altera Meth[odus] Historicorum (antecedentia, forma, consequentia ).

CIRCULUS SEXTUS THEOLOGICUS.

B. Schola naturae (his liber naturae, vox creaturae, accipe, redde, finge; literae hieroglyphicae insculptae. Dei potentia, sapientia, bonitas ).

C. Schola gratiae (liber scriptura, doctor Deus, literae ejus opera).

D. Biblia parva (symbolum, decalogus, oratio dominica, 9 sacramenta).

E. Biblia magna (in quolibet superno loco, doctrina, refutatio, institutio, correctio, consolatio).

F. Deus (essentia, persona, actio).

G. Homo (status confectionis, defectionis, refectionis, perfectionis. Officium). Poenitentiae, liberationis, gratitudinis, impedimenta satanae, carnis, mundi).

H. Christus (persona, officium, beneficia).

I. (Ecclesia militans, triumphans).

K. Schola gloriae (post hanc vitam).

CIRCULUS MISTUS, SEPTIMUS

B. Tres rotae Jasonis Denores. Generis demonstrativi, (thema laudis directe vel oblique per speciem gratiarum actionis vel gratulationis; ut ⟨animae, corporis, fortunae⟩, probationes a testibus, decretis publicis, trophaeis, statuis, locis topicis; affectus excitatio amoris et benevolentiae, circumstantiae, res, personae, loca, tempora, rationes, causae). Generis deliberativi (Themata: bellum, pax, munitiones, creandus magistratus, consuetudo introducenda, praemium vel poena. Argumenta a necessario, possibili, facili, utili, honesto, delectabili, vel contrariis. Adde topica. Affectus desideri, amoris, spei, honoris. Circumstantiae rei, personae, loci, temporis, rationis, causae). Generis judicialis (Themata: status conjecturalis, qualitatis, definitionis rei. Argumenta, testes, justa tormenta, juramenta. Et contra hoc. Affectus odii, amoris, invidiae, misericordiae, iracundiae, mansuetudinis. Circumstantiae rei, personae, loci, temporis, rationis, causae).

4 et *erg.* cur; *L*  4 et *erg.* quomodo). *L*  12 magna *erg.* *L*  28 rei *erg.* *L*

21–32 Vgl. G. Denores, a.a.O., S. 259–264.

C. Rota Historica. (intervallorum et articulorum Historiae).

D. Philosophiae practicae (⟨ – ⟩ Eccles. polit. oecon. scholast.).

E. Rota philologica (dicta, similia, exempla).

F. Rota trium sigillorum, quae sunt Universitatis (ut percurramus rerum universitatem, cum de re proposita dicturi sumus), Encyclopaediae (cum thema ducimus per disciplinas), variae lectionis, cum lecta nostra hac applicamus.

G. Rota senatoria, de qua Theodorus Zawacky Polonus[2] libro proprio seu Trivia practica; Causarum genera sex. Lex (roganda, abroganda), meritum (praemium, poena ), arma (sumenda, non sumenda, ponenda), societas (ineunda vel non, dirimenda), pecunia (eroganda, paranda), mos (inchoandus, abolendus), loca persuasionum sex, possibile, necessarium, facile, Honestum, utile, delectabile, et horum contraria. Adjunctiones sex, persona sacra, polit[ica], publ[ica], priv[ata], locus (sacer, politicus, publicus, privatus). Res (quanta, qualis ). Causa impellens (ad faciendum). Tempus (antequam agas, dum agis, cum egisti). Modus seu ordo (hoc prius, illud simul, aliud postea).

H. Rota juridica (subjecta juris, res personae, actiones, processus: actor reus judex. Principia tria honeste vivere etc. divisio: jus divinum, naturae, gentium, civile, canonicum, patrium. Interpretatio legum).

I. Rota medica, regulae indicationis v.g. moderata durant curationis, contrariis; subtractione, additione, alteratione, concocta non cruda medicanda. Regulae conservationis per similia, et quae secundum naturam regulae prudentiae, principiis obsta tollenda causa, e duobus malis minus, orta sapiunt originem. Extremis malis extrema remedia, opportet assuefieri contrariis quae reliquuntur a morbis, tollenda metu recidiva. Ex contrariis temperamentum. Impura quo magis nutries, magis laedes adde Gemmae *Cyclogn*[*omica*]. Haec non tantum de medicina corporis, sed et animi et societatis. Denique

K. Rota examinis in omni disciplina, quaelibet habet specialia criteria, seu loca primaria.

---

[2] *Am Rande*: NB.

8 sex *erg. L* 10 f. sex *erg. L* 13 (ad . . . faciendum). *erg. L* 17 tria *erg. L*

7–15 Vgl. T. ZAWACKI, *Speculum senatorum ac officialium Regni Poloniae*, Krakau 1623, Bl. B 3 v°.

# 216. MARGINALIEN ZUM PROMUS CONDUS VON JOH. BALTHASAR SCHUPP [1677 bis 1679 (?)]

**Überlieferung:** *LiH* Marginalien in JOHANN BALTHASAR SCHUPP, *Promus condus*. Zweiblattdruck, Großfolio, einseitig bedruckt. Ohne Ortsangabe 1650: LH IV 7C Bl. 2 u. 4. Bl. 2 oben u. unten, Bl. 4 unten beschnitten.

Als immerhin Schatten der wahren Kombinatorik findet die lullistische Verbindung absoluter Prädikate wie *Magnitudo, Potentia, Duratio, Virtus* (vgl. N. 215) auch hier bei J. B. Schupp Leibniz' Aufmerksamkeit bei der Vorbereitung seiner Charakteristik.

Schuppii Promus Condus
revisus, auctus et inscriptus Nobilissimo Adolescenti
Johanni a Berenklo, Sueco, Matthiae Filio. Anno M. DC. L.[1]

B[2] *N. alumna eloquentiae, amoenitas, anchorae, asylum innocentiae, . . .*
C[3] *M.* Nom. *Abdomen, abyssus, ambages, acervus, aequor, aerarium, . . .*
D[4] Durat Nom. *Aetas, aeternitas famae aevitas, aevum, ager novalis amicitiae*,
E[5] Potest. *Aculeus paenarum, adytum misericordiae, adminiculum, agilitas, . . .*
F[6] Abyssus *sapientiae. acies. acrimonia. acumen. adytum sapientiae. . . .*
G[7] Vol. Nom. *Exactio. exactor aculeus. aemulatio pertinax virtutis. aemulus alienae gloriae. . . .*

---

[1] *Am Kopf des Blattes*: Ex Lullianis. Omne Bonum Magnum est duratque potentia mentis
Si vis virtutem stat tibi verus honor.

[2] *Am Rande*: Bonitas.

[3] *Am Rande*: Magnitudo.

[4] *Am Rande*: Duratio.

[5] *Am Rande*: Potestas.

[6] *Am Rande*: Scientia.

[7] *Am Rande*: Voluntas.

---

12 Vgl. N. 215, Circulus tertius praedicatorum absolutorum. 19–21 Den aus der Lullianischen Tradition stammenden Merkvers hat Leibniz auch in N. 230 mit einem veränderten Wort am Rande notiert.

H[8] *Virtus Aemulator, aemulus, aequitas, animus, antistes, censor, praecordia, . . .*
I[9] Verit. Nom. *Argumentum. arbiter secretorum. aura aulici rumoris. . . .*
K[10] Gloria. Adorea. *aestimatio. aeternitas. altituto animi. amplitudo divitiarum. . . .*

## 217. AUS EINER ANONYMEN ARS MAGNA
[1677 bis 1679 (?)]

**Überlieferung:** *LiH* Auflösung von Abkürzungen in einem anonymen Einblattdruck *Ars Magna*: LH IV 7C Bl. 3. 1 Bl. 4°. Unterer Rand beschädigt.

Leibniz sammelt sein Material vorwiegend in den ersten Hannoveraner Jahren.

*Innerhalb der Figur ergänzte Leibniz*:
T[heor.] P[racticum] E[thicum] H[istoricum]
A[ff] Pa[rs] Eff[ic] Eff[ect.] Adj[ec.]
*und verdeutlichte einige Bezüge durch Linien und eine Klammer*.

*Unter der hier reproduzierten Figur hat Leibniz folgende Abkürzungen aufgelöst*:
D dirigens Dd duplicans A Affectionum S Substantiarum
⟨B Bono⟩rum F Facultatum O Oratorius P Principiorum.

---

[8] *Am Rande*: Virtus.
[9] *Am Rande*: Veritas.
[10] *Am Rande*: Gloria.

ARS MAGNA.


Oppositorum in debita propor tione contenta sunt opposita
P
Quicquid dicitur de continente dicitur de contento directe
Remoto continente removetur omne contentum.
Querela.
Oeconomicus.
Gloria.
Homo.
Gloria.
Comparata.
Comparata.
Explicatio.
Ecclesiasticus.
Anima.
Vita.
Deus.
bonitas.
Genus.
Genus.
Probatio.
Scholasticus.
Corpus.
Sanitas.
Angelus.
Quantitas.
Differentia.
Differentia.
Fine.
à Objecto.
Efficiente
Circumstantia.
Gratulatio.
Rusticus.
Affectus.
Amor extraneus.
Animal.
Relatio.
Partes.
Partes.
Vituperatio.
Mechanicus.
Voluntas.
Bona conscientia.
Planta.
Positio.
Adjacentia.
Adjacentia.
Conjectura.
Regius.
Appetitus.
Caelum.
Potentia.
Materia.
Materia.
Consequentia.
Antecedentia.
Ab effectu respectu praedicatorum.
Utilitas.
Affectus.
Conformitas.
Congruitas.
T
Forma.
Forma.
Ab instrumentis et eorum dispositione ad finem.
Efficiens
Efficiens
Finis.
Finis.
Figura.
Minerale.
Materium
Voluntas.
Sensus.
Scientia.
Intellectus Theoreticus.
Mercatorius.
Politia.
Clericus.
Hortatio.
Conflictus.
Aequalitas.

## 218. VERSUS MEMORIALES GRAMMATICI
[1678 bis 1682 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 6, 19 Bl. 8. 1 Zettel (5 × 10 cm). 1 S.

Schoppes Bemerkung in der *Grammatica philosophica* hat Leibniz vermutlich nicht vor N. 37 notiert, sein Interesse an Leistungen der *memoria* nähren andere Autoren vorwiegend bis 1682.

### Versus Memoriales Grammatici

*Omne corpus vel similare vel dissimilare est. Ergo quod similare est id dissimilare non est* et contra. *Item quod similare non est, id dissimilare est*, Et contra.

16) Aequipollentia categoricae conjunctim compositae, disjuncti scilicet praedicati singularis et disjunctae completae adeoque etiam connexae. II, XIV, 8.

*Nemo potest Deo servire et Mammonae, Ergo vel Deo vel Mammonae non servietur.*

## Caput Secundum

SPECIES DIANOEAE COMPOSITAE

Similaris est quae ex pluribus ejusdem speciei constat. Nimirum Consequentia Immediata composita, Syllogismus compositus, composita Inductio.

Dissimilaris est quae ex pluribus diversae. Et specierum quidem duarum est 1) ex immediata et syllogismo, 2) ex immediata et inductione, $3^{tio}$ ex syllogismo et inductione. Trium specierum caeterae sunt omnes, vide III, XXIV, 7.

## Caput Tertium

SIMILARIS PRIMI GENERIS Modi usitatiores.

1) Contrapositio, Jungii prior, mutata qualitate et solo antecedentis praedicato, vel contraposito vel in privative oppositum mutato, convertens *A* in *E*, et *0* in *I*, tradita III, III, 11–13. Composita scilicet ex aequipollentia finiti et conversione simplice, vel ex contrapositione Jungii posteriore et aequipollentia finiti.

2) Contrapositionis prioris conversa, Mutata item qualitate, sed solo antecedentis subjecto vel contraposito vel in privative oppositum mutato, convertens vicissim *E* in *A*; *I* in *O*. Exempla sunt III, III, 14 etsi enuntiationum ordo invertatur § 12 et 13, item III, XXV, 1.

Componitur haec ex conversione simplice et aequipollentia finiti. Tradita sic III, XXV, 2. Vel ex aequipollentia finiti et contrapositione posteriore. Traditur ita III, XXV, 3.

3) a rectis ad obliquos terminos universaliter negatos inversa tradita III, XXV, 4 et V, VII, 12, si consequens sit *est habens nullum peccatum*, *nullum tactum*. Componitur ex a rectis directa et contrapositione vera seu posteriore. Potest etiam resolvi in a rectis et contrapositionem (ut dictum), et Soriten, et (aequipollentiam finiti) sed ita considerata ad primam dissimilarium pertinebit.

Nota: finiti aequipollentia si subjungatur, operosiore definitione opus erit. Nimirum quod praedicatum antecedentis in subjecto consequentis universaliter negetur, subjectum antecedentis in praedicato consequentis maneat, et mutetur qualitas. Tale est exemplum autoris III, XXV, 4.

7 specierum (*1*) s (*2*) caeterae *L* 12 III, (*1*) 3 (*2*) III, *L* 13 f. finiti. (*1*) II. (*2*) 2. *L* 16 *A*; (*1*) *O* (*2*) *I* *L* 22 *nullum* (*1*) *factum* (*2*) *tactum* *L* 23 etiam (*1*) resolu (*2*) resolvi *L*

11 Vgl. a.a.O., lib. III, cap. III, § 19. 13 a.a.O., § 15–17.

## Caput Quartum

Similaris secundi generis modi usitatiores:

1) Dianoea polysyllogistica prosyllogismis syllogismi principalis sumtiones confirmans, ex conclusione autem eiusdem episyllogismos deducens. Talis mere categorica traditur III, XXVI, 1–5.

Mixta ex conjuncto et categorico III, XXVI, 16–18.

2) Categoricus multiplex plures syllogismos comprehendens, conclusionis ejusdem si medius terminus sit compositus, conclusionum diversarum, si extremus. Traditur III, XXVII toto, et III, XXVI, 17.

3) Sorites ex tot syllogismis primae figurae constans, quot habet medios terminos.

Sumtionum nulla praeter primam potest esse particularis, nulla praeter ultimam negans. Praedicatum quodlibet fit Subjectum proxime sequentis propositionis. Tandem praedicatum ultimae de primae subjecto enuntiatum facit conclusionem.

Traditur III, XXVIII toto, et IV, XIII, 3.

4) Dilemma compositum nimirum ex tollente disjuncti consequentis, et prosyllogismo membrorum minoris. Traditur III, [X]XIX toto.

## Caput Quintum

Similaris tertium genus, inductio composita, membra scilicet primariae inductionis, per alias proepagogas probans. Traditur III, XXX toto.

## Caput Sextum

Dissimilaris duarum primi generis modi usitatiores

I$^{mo}$ Directe reductivus ex secunda vel tertia figura ad primam. Traditus III, [XII] toto.

Item ex quarta figura in qua medius praedicatum est majoris praemissae, subjectum minoris. Modi eius vulgo:

3 Dianoea (*1*) syllogistica (*2*) polysyllogistica *L* 8 sit (*1*) compositum (*2*) compositus *L* 10 f. terminos (*1*) , sum (*2*) . Sumtionum *L* 14 Traditur (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) III, *L* 15 f. et (*1*) prosyllogismis (*2*) prosyllogismo *L* 16 XIX *L ändert Hrsg.* 18 scilicet (*1*) prioris (*2*) primariae *L* 23 XIII *L ändert Hrsg.*

25–S. 1053.18 Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Suppl. 13: *Dictata ad Jungii Logicam excepta ex ore Johannis Vagetii P. P. anno M.DCLXXXV. die 19 Maii*, Ad l. III, Ad c. XXXI.

*Sunt Cadere et Fedibo, Digani, Fegano, Balanique.*

Ut[2] autem reductio eius immediate ad primam patescat; efficient voces hae ita immutatae:

*Sunt Cademes, Fesiso, Digamis Fesapno Balamnip.*

Compositae scilicet sunt hae dianoeae ex syllogismo primae, et (Cademes quidem et Digamis) conversione simplice una; (in Balamnip autem) ex per accidens una; (in Fesiso) ex simplicibus duabus *E* et *I*; (in Fesapno) ex simplice una et per accidens una. Exempla sunt III, [X]XXI, 3.

Indirecti syllogismi primae figurae qui secundum hos modos reduci possunt ad directos:

*Celantes, Baralip, Dabitis, Fapesmo, Frisesmo.*

Adeoque vel ex syllogismo primae, et conversione simplice una constant (ut Celantes Dabitis), vel ex syllogismo et per accidens una (ut Baralip) vel ex syllogismo et simplicibus duabus ut Frisesmo, vel ex syllogismo et conversione simplice una, una per accidens, ut Fapesmo. Traduntur III, XXXI, 8. Exempla sunt ibidem § 9, et V, VIII, 9.

Noti modi quartae transpositis tantum praemissis exhibent indirecto[s] tales, ideoque vulgo secundum primum versum vulgo traditum initio ad hos indirectos revocantur, atque his demum mediantibus ad primam.

Indirecti secundae ad secundam, et tertiae ad tertiam revocabiles sunt enim compositi ex syllogismo et conversione conclusionis. Monet de iis III, XXXI, 9, 11.

Nota: possunt tamen hae dianoeae omnes pro conclusionum (quae quidem non sint *A*) qualitate et quantitate etiam ad secundam vel tertiam vel utramque figuram redigi, dispositis tantum ut illae figurae postulant terminis.

II[do] Syllogismi crypsi aequipollentiae affecti compositi nimirum ex syllogismo et aequipollentia sive una sive pluribus crypsin pariente et enodante. Traditur III, XXXI, 12. Exempla sunt III, XVI, 17–29.

---

[2] *Am Rande gestr.*: *H*[*omo*] *est R*[*ationalis*] seu *Qui non est rat*[*ionalis*] *non est homo*
*Bu*[*cephalus*] *non est R*[*ationalis*]
*Ergo Bu*[*cephalus*] *non est H*[*omo*]

2 voces (*1*) hic (*2*) hae *L* 4 *Sunt* (*1*) *Cacemes*, (*2*) *Cademes*, *L* 8 XXI, *L ändert Hrsg.*
22 quantitate (*1*) ad s (*2*) etiam *L* 23 ut (*1*) 〈 – 〉 (*2*) illae *L*

Pertinet huc syllogismus relative compositus III, XX toto traditus. Pertinet etiam huc dianoea ex syllogismo et inversione relationis compsotia IV, XIII, 13, nimirum haec: *Quadratum hypotenusae trianguli rectanguli dividi potest in oblonga duo quadratis cathetorum singulatim aequalia. Ergo Triangulum rectangulum habet quadratum hypotenusae quadratis cathetorum simul junctis aequale.* Reducitur ita: *Quod dividi potest* etc. *est aequale. Quadratum dividi potest* etc. *Ergo est aequale. Ergo Triangulum* etc. *habet aequale* etc.

III. Enthymema primae figurae ex minore propositione et conclusione constans, ita ut praedicatorum pars principalis utrobique sit eadem; partes consequentes autem ita comparatae, ut vel posterior de priore, vel prior de posteriore universaliter aut praecisim affirmata probare per consequentiam a rectis majorem propositionem possit.

Prius illud fit cum conclusio affirmat, posterius cum sive negat, sive affirmat sed praefixo parti consequenti utrique signo universali.

Composita est haec dianoea 1) affirmans quidem vel ex a rectis et syllogismo primae, ita traditur III, XXIII, 2, 3, 4, 7, 8, 10, 11, 14, vel ex inversione relationis, syllogismo tertiae, et inversione relationis, ita traditur III, XXXIII, 6, 7, 12, 13, 14. Exempla sunt: V, VII, 15, 16, 17, VIII, 13–15, item 17, 18, 19, IX, 20 prius, et 32, 35, 36.

2) Pertinet huc etiam illa quae praedicatorum talium vel alterutrum vel utrumque concreta voce exprimit, duabus talibus quales descriptio postulat explicanda: ponens v.g. pro *habens doctrinam doctus*, pro *habens scientiam sciens*, pro ⟨*col*⟩*ens Geometriam Geometra*. Exempla sunt: V, VIII, 16, 17, IX, 20 posterius.[3]

3) Negans vero talis partes consequentes universalitatis signo notat et componitur ex a rectis inversa negante ⟨hoc⟩ (capitis 3. modo 3) et ex syllogismo primae, ita V, VII, 11, 12, vel ex inversione quae Logicae et Physicae praedicationis dicitur aequipollentia, syllogismo primae, et alia tali aequipollentia physicae praedicationis, ita V, VII, 11, et 13, item 11 et 14.

4) Affirmans denique sed partium consequentium universalitatis signo notatarum componitur vel ex a rectis inversa affirmante (cap[itis] 1, mod[o] 9) et syllogismo primae, reperitur ita V, VII, 8 et 10, vel ex inversione relationis, syllogismo primae, et inversione relationis, ita ibidem V, VII, 8 et 9. Dici potest affirmans consequentis universalis.

---

[3] *Darüber*: ℜ

7 etc. *erg.* habet *L* 17 17. (*1*) 19. 18. (*2*) 18. 19. *L* 19 Pertinet (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) huc *L*

5) Nota prima. Enthymemata haec syllogismum contractum imitabuntur si conclusioni annectatur pars consequens praedicati in antecedente, seu medii termini. Exemplo est III, XXXIII, 8.

6) Nota secunda. Cum ita argumenta nectuntur ex citatorum locorum maximis dialecticis, dirigunt tantum non constituunt illae maximae.

7) Syllogismus contractus ex tertia hac specie cum annexo Episyllogismo reperitur III, XXXIII, 8 usque ad 14, constat ex tertia hac et syllogismo primae.

IV. Syllogismus biformis syllogismo geminatae minoris similis qualis

1) primi modi componitur ex syllogismo primae, inversione relationis, syllogismo primae inversione relationis. Traditur III, XXXII, 1 usque ad 3. Exemplum est V, V, 11.

2) secundi modi (qui reciproco respectu implicitus dicitur V, V, 12, cuius nimirum major pronomen relativum aut reciprocum habet in parte consequente praedicati), ante inversionem relationis priorem, requirit aequipollentiam reciproci et repetiti, componitur ergo ex syllogismo primae, aequipollentia reciproci, inversione relationis, syllogismo primae, inversione relationis, et aliquando iterum aequipollentia reciproci. Traditur III, XXXII, 4. Exempla habet, V, V, 12, 13, 14, et XXVI, 4. Est etiam talis syllogismus respectibus implicitus V, IV, 9. Quanquam enim ut ibi ponitur videtur esse biformis primi modi, tamen si suppleantur omnia, h[oc] m[odo] *plus diligit quam qui affectus est beneficio minore quam ipse*; jam secundi modi eum esse, apparebit.

V. Dianoea reflexivarum ex relatis disparilibus maximarum constituentium communis. Triformis nimirum Syllogismus id est similis syllogismo minorem habenti Triplicem, v.g. *Posito fine ponitur destinatum. Bellum est finis, miles destinatum eius, et princeps hic bellum vult. Ergo principi huic miles est parandus.*

1 Nota prima. *erg. L* 3 XXXIII, (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) 8 *L* 20 ex (*1*) relatio (*2*) relatis *L*

Analysis:

*Qui vult finem ei paranda sunt destinata eius*<br>
*Ergo omnis finis est aliquid quod qui vult ei paranda sunt destinata eius* } inversio<br>
Darii { *Bellum est finis*<br>
*Ergo bellum est aliquid, quod qui vult ei paranda sunt destinata eius*<br>
inversio { *Ergo bellum est aliquid, quod qui vult ei paranda sunt destinata belli* } reciproci<br>
*Ergo destinata belli paranda sunt ei qui vult bellum*<br>
*Miles est destinatum belli*<br>
*Ergo miles parandus est ei qui vult bellum* } Darii<br>
inversio { *Ergo qui vult bellum est aliquis cui parandus est miles.*<br>
Darii { *Princeps hic vult bellum.*<br>
*Ergo princeps hic est aliquis cui parandus est miles.*<br>
*Ergo miles parandus est huic principi.* } inversio

Constat inversione, Syllogismo primae, (Reciproci) aequipollentia, inversione, Syllogismo primae, inversione, Syllogismo primae, inversione.

(+ Ego – si resolverem per meras substitutiones – speciei pro genere: *Qui* (ut *hic princeps*) *vult finem quemcunque* (*bellum*) *ei* (*huic principi*) *paranda sunt omnia destinata* (ut *miles*) *finis quem vult* (*belli*). Ex qua propositione excerpitur tantum ista: *Huic principi parandus est miles*, unde animus agnoscit vim argumenti absque prolixa resolutione. +)

Nota 1) Cum relativum pronomen in Maximae posteriore membro ponitur, requiritur reciproci aequipollentia post primum syllogismum, antequam inverti eius conclusio possit.

Nota 2) Aequipollentiae etiam interdum quandoque ad aptiores terminos emendos requiruntur aliae quaedam, sed quas ipsa materia consideranti facile suggeret. Exemplum est V, V, 23.

1 f. Analysis: | *Qui vult finem ei paranda sunt* ⟨*omnia*⟩ *destinata finis eius erg. u. gestr.* | *Qui L*
2 f. *eius* (*1*) ⟨ – – ⟩ (*2*) *Ergo omnis L* 20 aequipoll. *erg. L* 22 speciei pro genere *erg.* (*1*) *Cui* (*2*) *Qui L*
23 *quemcunque* (*1*) ⟨ – ⟩ (2) (*bellum*) *L* 23 f. *omnia erg. destinata* (*1*) *finis quem vult, nempe belli* (2) (*miles*) (*3*) (ut *L* 25 *miles* (*1*) . +) (*2*) , unde *L*

Nota 3) Quo magis composita est dianoea, eo plures institui possunt, resolvendi eam viae, quam ergo hic descripsimus eam aliter concinnatam exhibet dicti cap. V. § 22, aliter § 21. Quia autem utrobique adhibetur contractio illam analysin usque ad explicatam contractionem differemus.

[VI.] Dianoea Maximarum reflexivarum de relatis parilibus communis, similis syllogismo cuius minor bimembris est, ita ut prius membrum dicat duo quaedam esse relata parilia, posterius parilium alteri aliquid attribuat, cuius correlatum reliquo in conclusione sit tribuendum.

Potest talis dianoea resolvi itidem per meros syllogismos et inversiones relationis, harum loco semel tantum substituta translatione copulae, sed quia maxima animi attentione opus est, ad inversionem in conjunctis tam multis respectibus ita faciendam, ut argumentatio requirit, praeferenda omnino est illa analysis, quae V, 28 legitur. Hanc nimirum dianoeam (: *Contraria sunt contrariorum consequentia. Virtus et vitium sunt contraria. Virtus est laudanda. Ergo vitium est vituperandum* :) concinnat Jungius ex inversione relationis, syllogismo primae, divisione relationis, syllogismo primae, Aequipollentia reflexae, et prodianoea majoris in posteriore syllogismo, quae prodianoea et ipsa componitur ex aequipollentia praedicationis directae, consequentia a rectis, et syllogismo primae.

Ita resolvendae erunt etiam dianoeae, quae libri V, XX. maximam quintam, item cap. XXII. Maximam primam et ultimam, paragraphi nimirum 25ti posteriorem tanquam constituendam adhibuerint.

VII. Contractio Correlatorum alteri partem terminantem restringentem adjiciens, alteri notionem specialiorem absolutam substituens:

1) Antecedenti soli terminantem v.g. *Quod convenit generi convenit speciei. Ergo quod convenit generi hominis convenit homini.* Resoluta haec reperitur V, V, 15 in inversionem relationis, syllogismum primae, aequipollentiam reciproci, et inversionem relationis. Exemplum ipsum est ibidem § 13, aliud est § 22.

2) Consequenti soli terminantem ut V, V, 21 *Quod convenit generi id convenit speciei. Ergo quod animali id speciei animalis.* Resolvi haec potest vel in syllogismum primae, aequipollentiam reciproci, et probationem minoris per consequentiam a rectis, vel in translationem copulae, syllogismum primae, aequipollentiam reciproci, et trajectionem copulae.

5 VII *L ändert Hrsg.* 14 *vituperandum* :) (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) concinnat *L*

Nota: Quia potest strictius latiori substitui non per partem tantum terminantem, id est in obliquo sed per notionem specialiorem etiam in recto, si ipsa notio latior sit casus recti, sex erunt contrahendi modi.

Universalis ergo haec ut sit doctrina
1) solius praedicati contractio in recto et solius subjecti in obliquo, reductionem autores admittunt, hic primo loco propositam,
2) solius praedicati in obliquo illam quae secundo loco hic est proposita,
3) subjecti pariter et praedicati in obliquo, componetur ex biformi secundi modi, et minoris probatione per consequentiam a rectis.
4) Reliqui modi peculiarem dianoeae speciem non constituent, est enim solius subjecti contractio in recto, Enthymema syllogismi primae figurae; subjecti pariter et praedicati in recto, syllogismus biformis.

VIII. Dianoea cuius
pars princeps praedicati in prima et secunda propositione est eadem; de parte consequente in praedicato secundae affirmatur, in conclusione subjectum primae; subjectum primae et praedicati eiusdem pars consequens sunt notiones oppositae; minor de re sive Ente negat universaliter, componitur haec ex inversione, a compositis, Camestres et oppositione materiali.
Exempla sunt VI, XVII, 3, item III, XXXIII, 15. Reductio seu Analysis monstratur, III, XXXIII, 16, 17.

## Caput Septimum

Dissimilaris duarum secundi et tertii generis, item dissimilaris trium, modi usitatiores.

Duarum secundi generis Modus est: qui componitur ex inductione et consequentiis a compositis membris inductionis probantibus. Exemplum est IV, XIII, 13 fine.

Modi alii erunt dianoeae illae omnes quae vel inductionis membra per solas immediatas probant, vel cuiuscunque immediatae antecedens per inductionem.

Duarum tertii generis modi erunt, omnes illae dianoeae quae vel syllogismi praemissas inductione vel inductionis membra syllogismo probant.

Dissimilaris trium Modus unus est compositus ex octavo modo nostri capitis VI[ti] (hic) et pro inductione primae sumtionis. Exemplum est III, XXXIII, 15 usque ad 18. Secundus modus est inductio mixta fuse explicata IV, VIII, 9 usque ad 21.

5 recto (*1*) est, (*2*) et solius (*a*) praedicati (*b*) subjecti *L* 16 f. oppositae; (*1*) exe (*2*) minor *L*

## Caput Octavum

Dianoea composita ex compositis. Biformis duplex nascetur ex V, XXVI, 17, 22. Contractio gemina et syllogismus est ibidem § 23. Contractio gemina et inversio relationis ibidem § 14. Contractio biformis et syllogismus ibidem § 24. Contractio et duo syllogismi orientur ex V, XXV, 8. Biformis secundi et Darii ex V, XXV, 4. Neque compositionem variandi ex tot simplicibus et compositis quot enumeravimus, ullus erit finis, pertinentque huc V, XXV, 21 et 22 et 26.

Sufficiet tamen resolvendis compositis omnibus, qui in descriptis hic modis fuerit exercitatus, et materiae de qua agitur satis gnarus.

Finis

# 225. MARGINALIEN ZU JUNGIUS' LOGICA HAMBURGENSIS
[Herbst 1678 bis Winter 1679/80 (?)]

**Überlieferung:** *LiH* Marginalien und Unterstreichungen in J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, Hamburg 1672: Leibn. Marg. 186.

Die Marginalien, An- und Unterstreichungen in der *Hamburger Logik* sind wohl nicht lange, nachdem Leibniz sich 1678 in Hamburg aufgehalten hatte (Mitte Juli bis 2. September), entstanden.

Seine Striche sind durch gesperrten Text wiedergegeben, in Fußnoten seine Randbemerkungen. Lautstand, Orthographie und Hervorhebungen des Exemplars von 1672 sind beibehalten.

LOGICAE GENERALIS LIBER PRIMUS. *De Notionibus.*

CAP. V. De Praedicamento Quantitatis.

17. *Curva non plana* est, quae in plano sita esse nequit,[1] uti sunt, *Helix cylindracea*, *Helix conica*, *Helix sphaerica*, quarum quaelibet non nisi[2] in ea, unde denominatur, superficie locari potest.

---

[1] *Am Rande*: NB

[2] Imo si moveatur, dabit superficiem in qua locatur.

3 XXVI, (*1*) 16. 22. (*2*) 17. *L* 7 et (*1*) XXVI (*2*) 26. *L*

LOGICAE GENERALIS LIBER II. De Enuntiatione.

CAP. XIII. De Enuntiatione Conjuncta, et in specie de Connexa.

14. Non requiritur ad veritatem Connexae, ut membrum ejus aliquod categorice verum sit, sed hoc tantum, ut *in affirmata* Antecedente posito, etiam consequens ponendum sit, ut *Si asinus volat, asinus est alatus*, hic utrumque membrum categorice falsum est, Tota tamen Enuntiatio est verissima.

15. In *negata* vero hoc requiritur, ut Consequens ex Antecedente non sequatur, ut *Non, si asinus volat, pennas habet.*[3] Ita Cic. pro Rosc. Amer. *Non continuo, si me in sicariorum gregem contuli, sicarius sum.*

CAP. XVI. De Disjuncta Enuntiatione.

7. *Incomplete disjunctiva* Enuntiatio a Jurisconsultis *Subdisjunctiva* appellatur et duplex est, prior *tantum ponens*, posterior *tantum tollens.*

8. *Prior* est, quae alterum duorum, vel etiam unum e pluribus necessario esse significat, ita tamen ut permittat, utrumque vel omnia simul esse.

9. Et haec Connexis aequipollet illis tantum, quae uno membro negato reliquum, vel reliqua affirmant. Ut si Medicus dicat aegroto, *Aut bibes hunc haustum, aut morieris*; aequipollet ejus assertio hisce duabus Connexis, *Si non bibes, morieris; Si non morieris, bibes.* Reliquis duabus non aequipollet,[4] nimirum hisce, *Si bibes, non morieris; Si morieris, non bibes.* Scit enim Medicus, posse eum et bibere, et tamen mori. Talis quoque disjunctio est, cum Graecus convivij dominus convivae dicit, ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι *Aut bibe, aut abi.*

LOGICAE GENERALIS LIBER III. De Dianoea sive Ratiocinatione.

CAP. XXXI. De Dianoea mixtim composita, et in specie de Syllogismis Quartae figurae adscriptis.

2. Mixtim compositarum nonnullae *speciem syllogismi Categorici* simulant, uti sunt inprimis *syllogismi quartae figurae* dicti.

3. Est autem *Quarta Figura* dispositio quaedam trium categoricarum enuntiationum syllogisticae similis, in qua medius terminus est praedicatum in Majore, et subjectum in

---

[3] Licet aliud: *Si asinus volat pennas non habet*
Negans ut *non omnis*, et *omnis non*

[4] Imo haec ex illis sequuntu[r.]

---

8 f. CICERO, *Pro Sex. Roscio Amerino*, 33, 94. 20 f. Vgl. CICERO, *Tusculanae Disputationes*, V, 41, 118.

Minore sumptione ita, ut sumptione utraque vera existente, vera etiam existat Conclusio, qualis dispositio est in iis, quae sequuntur:

*Omnis ars est habitus,*
*Omnis habitus est qualitas*,[5]
*E. Quaedam qualitas est ars*:

Item, *Nullus lapis est arbor*,[6]
*Omnis arbor est corpus*,
*E. Quoddam corpus non est lapis.*

4. Est autem syllogismo quidem similis haec ratiocinatio, non tamen syllogismus, quia *Conclusio ex praemissis necessario non*[7] *consequitur*, quod praemissae ob ineptam et *minus naturalem terminorum dispositionem* intellectum excitare nequeant ad eliciendam Conclusionem, nisi *intermedia* alia *propositio* vel una vel altera interveniat: ut si in posteriore exemplo propositionem secundo loco interjiciam ita,

*Nullus lapis est arbor*,
Fe *E. Nulla arbor est lapis*,
lap *Omnis autem arbor est corpus*,
ton *E. Quoddam corpus non est lapis.*

5. Jam ex prima propositione necessario consequitur secunda per *simplicem Conversionem*: Ex secunda porro et tertia infertur quarta per *syllogismum tertiae figurae*. Est itaque ratiocinatio tota ex Consequentia immediata et Syllogismo composita.

6. Quanquam autem terminus, qui quasi medius est, ipso *situ* est *medius*; tamen *extremi termini* in Conclusione situm prorsus contrarium *adipiscuntur* ei, quem in praemissis obtinebant.

7. Atque hinc fit, ut aversetur quasi intellectus hanc terminorum dispositionem, ideoque *spuria* quasi *quaedam figura* sit, quae *Quarta* nuncupatur, ac proinde a consueto ratiocinandi usu omnino exsulet.

---

[5] *Ergo omnis ars est qualitas,* Unde per conversionem fit *Quaedam qualitas est ars*.
[6] *Nulla arbor est lapis*
[7] qui[d]ni

8 f. *corpus,* | *Ergo nullus la gestr. LiH* | *E. Quoddam* 28 Unde . . . *ars. erg. LiH*

8. Caeterum quo commodius a genuinis *apparentes hi quartae figurae syllogismi* distinguantur, sumptionum metathesi facta, *secundum primae figurae ordinem dispositi* in certos Modos, quos *indirectos primae figurae Modos* vocant, redigi solent, praefixis *trisyllabis voculis*, quarum *vocales* quantitatem et qualitatem, *Consonae* vero reductionem ad primae genuinos et directos Modos innuant, non secus atque in imperfectis Figuris.

9. Voculae istae technicae quinque sunt, et hoc comprehenduntur rhythmo,

*Celantes, Baralip, Dabitis, Fapesmo, Frisesmo.*

*Die folgende Tabelle ist aus Raumgründen in Kleindruck gesetzt*:

| | | | |
|---|---|---|---|
| | I. | Reductio | |
| Ba | *O. habitus est qualitas,* | *O. habitus est qualitas* | Bar |
| ra | *O. ars est habitus,* | *O. ars est habitus,* | ba |
| lip | *E. Q. qualitas est ars.* | *E. O. ars est qualitas,* | ra |
| | | *E. Q. qualitas est ars.* | |
| | II. | | |
| Ce | *N. arbor sentit,* | *N. arbor sentit,* | Ce |
| lan | *O. quercus est arbor,* | *O. quercus est arbor,* | la |
| tes | *E. N. sentiens est quercus.* | *E. N. quercus sentit,* | rent |
| | | *E. N. sentiens est quercus.* | |
| | III. | | |
| Da | *O. bonum est amandum,* | *O. bonum est amandum* | Da |
| bi | *Q. labor est bonus,* | *Q. labor est bonus* | ri |
| tis | *E. Q. amandum est labor.* | *E. Q. labor est amandus* | i |
| | | *E. Q. amandum est labor.* | |
| | IV. | | |
| Fap | *O. arbor est corpus,* | *N. arbor est lapis,* | Fe |
| esm | *N. lapis est arbor,* | *Q. corpus est arbor,* | ri |
| o | *E. Q. corpus non est lapis.* | *E. Q. corpus non est lapis.* | o |
| | V. | | |
| Fris | *Q. arbor est aegra,* | *N. arbor est animal,* | Fe |
| esm | *N. animal est arbor,* | *Q. aegrum est arbor,* | ri |
| o | *E. Q. aegrum non est animal.* | *E. Q. aegrum non est animal.* | o |

LOGICAE LIBER QUARTUS, *Sive* LOGICAE SPECIALIS LIBER I. *De Logica Apodictica.* CAP. I, De natura Apodicticae.

29 f. IV. | (*1*) ⟨modi⟩ (*2*) ex Ferio non potest, duci Fapesmo, sed contra *gestr. LiH* | Fapesmo . . . Ferio

17. Ceterum versatur Apodictica Logica non circa quasvis res cognitioni nostrae obvias promiscue, uti Generalis Logica; sed circa *Necessarias* praecipue; aliquo tamen modo etiam *Contingentibus* rebus applicatur.

18. Sunt autem *res Necessariae* quae semper eodem modo se habent, nec arbitrio voluntarii agentis variantur; uti sunt *res Naturales*, earumque mutationes aliave attributa; item *res Mathematicae*, quae a materia abstractae dicuntur, τὰ κατ' ἀφαίρεσιν ὄντα, ut cum Geometra *Triangulum*, *cubum*, *sphaeram* considerat, separans eas figuras cogitatione a *ligno*, *lapide*, *cera*, *orichalco* aliave quavis materia.

CAP. XVII. De Ordine didascalico.

14. Est quando ne suppetit quidem, quod de universalioribus demonstretur. Ex. g. *De triangulo, prout a rectilineo, plano curvilineo, sphaerico, cylindrico, conico etc. abstrahitur, nihil habet, quod demonstret Geometra*:[8] *nihil quod de speculo in genere*,[9] *Catoptricus: ideo ille a triangulo rectilineo, hic a speculo plano orditur.*

LOGICAE LIBER QUINTUS, *qui est* SPECIALIS LOGICAE LIBER II, De Dialectica.

CAP. V, De differentiis Maximarum, et usu.

17. Fuerunt hactenus directarum exempla Maximarum: sequitur, quomodo REFLEXIVAE in usum adhibendae.

18. Si quis ita colligat:

*Omne animal sensu praeditum est*,

*E. Omnis piscis sensu praeditus est*,

Maxima, quae argumentum dirigit, haec est,

*Quod universaliter convenit generi, etiam speciei universaliter convenit*:

Attamen ad constitutionem argumenti nihil confert; sufficit enim hanc minorem adjicere, *Omnis piscis est animal.*

19. Quod si Maxima ut *constituente* uti placet, ita tela argumenti texenda est:

*Quod universaliter convenit generi, etiam speciei universaliter convenit*;

*At sensu praeditum universaliter convenit generi, videlicet animali*;

*Ergo sensu praeditum speciei quoque, nimirum pisci, universaliter convenit*,

*Ergo Omnis piscis sensu est praeditus.*

---

[8] imo

[9] imo aequ[a]litas angulorum ob pla[num] tangens

20. Crypsi tamen adhuc involutum est argumentum, Syllogismus enim apparens, qui e tribus prioribus propositionibus conflatur, non est legitimus, cum pluribus quam tribus constet terminis.

21. Reducitur autem ad formam expressam hac dianoearum serie:

*1. Quod universaliter convenit generi, etiam speciei universaliter convenit*;

*2. E. Quod universaliter convenit animali, etiam cuilibet speciei animalis universaliter convenit*;

*3, At sensu praeditum universaliter convenit animali*;

*4. E. Sensu praeditum universaliter convenit cuilibet speciei animalis*;

*5. E. Quaelibet animalis species universaliter participat* τὸ *sensu praeditum*; sive, *particeps est sensus*

*6. Atqui piscis est animalis species*,

*7. E. Piscis universaliter participat* τὸ *sensu praeditum*;

*8. E. Omnis piscis sensu praeditus est.*

A prima ad secundam *est contractio* sive *contractiva consequentia*; a secunda ad quartam *syllogismus*: a quarta ad quintam inversio relationis; a quinta et sexta ad septimam syllogismus; a septima ad octavam *aequipollentia reflexivae et directae* Enuntiationis.

## 226. ANNOTATIONES AD LOGICAM HAMBURGENSEM
[Herbst 1678 bis Winter 1679/80 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 7C Bl. 162. 1 Bl. 2°. 1/4 unten rechts abgeschnitten. 1 1/2 Sp.

*E* W. RISSE, *Joachimi Jungii Logicae Hamburgensis Additamenta*, 1977, S. 379–380.

Seine Bemerkungen auf besonderem Blatt zu Jungius' Deutung von Logik, Wahrheit, allgemeinem Begriff und Eigenschaften in der *Logica Hamburgensis* hat Leibniz vermutlich zeitlich nahe oder gleichzeitig mit dem Auszug N. 227 aufgezeichnet. Die Datierung folgt dem häufig belegten Wasserzeichen.

## Annotationes ad Logicam Hamburgensem

Prolegom. n. 1. *Logica est ars mentis operationes dirigens ad verum a falso discernendum.* Annot. Videtur logicae officium esse non tantum judicium adjuvare sed et inventionem. Inventionem inquam non tantum argumentorum (quibus aliqua propositio probetur aut refellatur), sed et propositionum; imo ipsa ars quaerendi seu quaestiones inveniendi Logica est. Pertinet etiam ad Logicam invenire omnes species dati generis; duarum specierum infimum genus commune. Datis duabus rebus valde discrepantibus invenire similitudinem (quod magni usus est in arte Mnemonica), datis duabus rebus valde similibus invenire discrimen, quod maximi usus est in omni examine.

Lib. IV. cap. X. *de demonstratione* num. 6. *Propositio per se vera dicitur quae absque demonstratione partim inductione, partim naturali mentis lumine innotescit. Ideoque etiam indemonstrabilis, itemque immediata propositio.* Annot. Non video quomodo certae veritatis sit, quod sola inductione innotescit, cum impossibile sit omnia exempla explorare. Quid autem sit naturali mentis lumine innotescere non intelligo. Unde enim scimus, lumen esse non tenebras? nisi ad communem opinionem recurrimus et successum quae probabilitatem parit non scientiam. Fateor ut infra n. 11. dicitur axiomata auditori proposita statim fidem reperire: sed hic non quid homines credant aut non credant, sed qua ratione certi simus, quaeritur. Ipse autor ait sequenti n. 12. principiis contradictionis aliorum axiomatum veritatem inniti, probari possunt ergo. Eandem difficultatem reperio circa n. 42. capitis ejusdem. Ita enim scientiarum fundamenta denique in opinionem communem, seu id quod admitteret quivis auditor resolverentur.

N. [43.] dicitur hypothesin quae omnibus phaenomenis satisfaciat necessario veram credi: sed quoniam ejusdem rei multae possunt esse causae non video quomodo hinc necessario constet hujus effectus hanc quae assignata est, esse causam.

Lib. IV. cap. 17. esse ait generalia quaedam de quibus nihil demonstrari possit ut *de triangulo prout a rectilineo, sphaerico, cylindrico, conico, etc. abstrahitur.* Mihi contra videtur quamvis notionem generalem et proprietates quasdam generales habere.

Miror autorem paucis de demonstratione ac ordine didascalico propositis statim transire ad dialecticam seu loca probabilium argumentorum, nec vero topicam

7 commune. (*1*) Invenire (*2*) Datis *L* 9 f. examine. (*1*) Haec etsi aliquando servire possint pleraque ad (*2*) Lib. *L* 16 et successum *erg. L* 23 42. *L ändert Hrsg.* 27 f. contra *erg.* videtur (*1*) de (*2*) quamvis *L* 29 autorem (*1*) statim (*2*) paucis *L* 29 demonstratione (*1*) pro (*2*) ac *L*

1 J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638; Titelauflage 1672 [Marg.]; 2. Aufl. hrsg. v. J. Vagetius, 1681.

apodicticam saltem attigisse. Et cum de integrae cujusdam scientiae systemate ac dispositione, sub ordinis didascalici appellatione tractasset, hoc ipsum eum admonere debebat, ut de methodo etiam illa ageret, qua scientia aliqua aut de novo inveniri, aut perdita restitui, aut arcta nimis extendi et locupletari possit. Item de methodo quae cuidam quaestioni peculiaris est, seu de arte resolvendi problemata, et demonstrandi theoremata proposita. Scio autorem de his omnibus potuisse praeclara dicere, eoque magis miror, hic ne digito quidem indicasse, aut per summa capita digessisse, quae in hanc rem meditata habebat. Nisi forte in arcano habere ea maluit, meditans adhuc societatem quandam ⟨heu⟩reticam, cui servari praecepta inveniendi ⟨con⟩sultius judicavit.

## 227. AUS UND ZU JUNGIUS' LOGICA HAMBURGENSIS
[Herbst 1678 bis Winter 1679/80 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen aus J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis, hoc est, institutiones logicae in usum Schol. Hamburg. conscriptae, et sex libris comprehensae*, Hamburg 1672 [Marg.]: LH IV 7C Bl. 152–155. 2 Bog. 2°. 7 $^{2}/_{3}$ S. auf Bl. 152, 155, 153, 154.

Bei seinen eigenen Analysen (N. 106) orientiert sich Leibniz auch an Jungius' Spezifikation der Begriffe. Sein besonderes Interesse gilt den *Consequentiae quae nullis syllogismis aliisque logicis artibus probari possunt, quas Jungius notavit*. Dessen Bemühen um eine wahre Apodeiktik bestimmt auch Leibnizens Arbeit an den *Elementa Rationis* (N. 162). Seine genauere Durchsicht von Buch I – V der *Hamburger Logik* ist wohl zeitlich nahe oder gleichzeitig mit den Bemerkungen N. 226 erfolgt. Die Datierung stützt sich auf das häufig belegte Wasserzeichen.

Logica est ars dirigendi operationes mentis ad verum cognoscendum. Estque vel Generalis de vero in universum, vel Specialis. Generalis agit de tribus mentis operationibus notione, enuntiatione, dianoea. Specialis Apodictica, Dialectica et Sophistica est.

1 de (*1*) methodo (*2*) integrae *L* 1 scientiae (*1*) ordine (*2*) | systemate *erg.* | *L* 4 et locupletari *erg. L* 5 quaestioni (*1*) seu problemati (*2*) peculiaris *L* 9 servari | haec *gestr.* | praecepta (*1*) volebat (*2*) inveniendi (*a*) voluit satiu (*b*) ⟨con⟩sultius judicavit. *L* 21 ars (*1*) veri cognoscendi (*2*) dirigendi . . . cognoscendum *L* 23 Specialis | de *gestr.* | Apodictica, *L*

Lib. I. de Notionibus. Ad Notiones pertinent praedicabilia et praedicamenta.

De praedicabilibus cap. 1., ubi praedicabilibus simplicibus adjicitur fundamentum nempe individuum, de quo omnia praedicabilia dicuntur; et Transcendens quod est supra genera summa. Traditur et praedicabile compositum quod est definitio et descriptio. Item connexa huic doctrinae dicitur esse doctrina de eodem et diverso, ut eodem numero, specie etc.

Cap. 2. de Antepraedicamentis.

Cap. 3. seqq. ad cap. 11. inclusive De praedicamentis, ubi quaedam non malae substantiarum subdivisiones. Error tamen cap. 5. cum dicitur Helicem cylindri non posse poni in alia superficie quam in ea unde denominatur. Multa alia non contemnenda in praedicamentorum divisionibus ut cap. 5, de figura globi ex filo cylindrice complicati, cujus figura confuse sumta dicitur esse sphaerica, cum exacta componatur ex continua quasi cylindrica totius fili. Novit et qualitates plerasque esse activas praeter figuram. Actionem proponit relationi. Relationem prosequi est operae pretium.

Relationem igitur ait non esse unam inter correlata, sed tot quot correlata sunt, seu aliam esse qua *A* dicitur simile ipsi *B*, quam qua *B* ipsi *A*. Relata esse vel aequiparantiae, ut similitudinis, vel disquipar[a]ntiae ut domini et servi. Ita alia mandantis alia mandatarii obligatio. Relatio inter fratrem et sororem est aequipar[a]ntiae, licet enim diversa nomina tamen mas et foemina nihil ad hujus relationis essentiam facit. Relatio omnis vel insita vel adventitia. Insita sine qua res nunquam reperitur. Estque vel communis pluribus praedicamentis, quae est inter totum et partem, subjectum et adjunctum, causam et effectum, ubi totum facit essentiale (cum partes se penetrant seu loco non sunt disjunctae, ut compositum ex anima et corpore, materia et forma) vel quantitativum ubi loco sunt distinctae (+ imo temporis partes loco non distinctae, attamen positione +), [1] partem et distinguit in proximam et remotam.

[1] Ergone opus est consideratione penetrationis seu loci ad generalia haec explicanda?

2 simplicibus *erg. L* 5 doctrinae *erg. L* 5 f. , ut . . . etc. *erg. L* 8 ad cap. (*1*) 10. (*2*) 11. inclusive *erg. L* 9 substantiarum (*1*) div (*2*) subdivisiones *L* 9 dicitur (*1*) superficiem (*2*) Helicem *L* 11 ex (*1*) filis cylindricis (*2*) filo cylindrice *L* 14 Relationem . . . pretium. *erg. L* 15 igitur *erg. L* 15 inter (*1*) duo (*2*) correlata, *L* 17 disquiparentiae *L ändert Hrsg. nach Jungius* 17 f. Ita . . . obligatio *erg. L* 18 f. aequiparentiae *L ändert Hrsg. nach Jungius* 19 enim (*1*) diversum nomen, (*2*) diversa nomina *L* 21 f. partem, (*1*) subjectum, ubi totum vocat (*2*) subjectum . . . facit *L* 25–S. 1068.1 remotam. (*1*) In (*2*) Subjectum *L* 26 (*1*) Opus est ergo (*2*) Ergone *L*

19 Bei Jungius lib. I, cap. VIII, 15: licet nomine discrepent; . . . quod autem alter mas, altera foemina est, . . .

Subjectum cui aliquid inhaeret. Adjunctum quod inhaeret. Inhaeret, quod ita inexistit alteri ut ipsum penetret. Subjectum completum quod non coit cum inhaerente in Ens revera unum, sive quod a suo inhaerente toto genere discrepat, ut substantia et accidens; incompletum est, quod demum ab inhaerente completur, ut prodeat Ens revera unum, ut corpus organicum est subjectum animae.

Causa interna vel externa. Notat internam seu materiam et formam tam late aliquando sumi, ut et ad Ens per accidens extendatur, stricte constituere Ens per se et locum tantum habere in substantia.

Forma et Materia differunt, quod illa huic inhaeret.

Relatio insita propria est, quae pertinet ad certum praedicamentum, ut actio, dispositio. Relatio adventitia est quae certum praedicamentum ipsa constituit estque vel simplex quae in plures respectus resolvi nequit, vel composita. Simplex habet fundamentum vel transcendens vel in certo praedicamento. Transcendens est unitas vel multitudo, unde identitas diversitasque quae rursus per omnia vagatur praedicamenta; in praedicamento quantitatis identitas est vel secundum determinationem quantitatis, vel secundum speciem, secundum determinationem prodit aequalitas, secundum speciem, eaedem ut rectae duae. Identitas secundum qualitatem similitudo. Si fundamentum relationis sit in certo praedicamento potest esse quantitas discreta, hinc proportio; quantitas continua, hinc relatio extremi et medii. Et in specie si ea quantitas continua sit linea superficies aut corpus oritur relatio convergentis, paralleli, secantis tangentis, insistentis perpendicularis obliqui, contigui seu deinceps positi, distantiae intervalli. Si quantitas continua sit tempus, oritur relatio prioris et posterioris. Si fundamentum sit actio vel passio, in genere, hinc relatio efficientis. A speciebus actionis relatio producentis, conservantis, instrumenti, motoris. Est et relatio vel ex actione naturali, ut patris et filii; vel ex actione voluntaria, seu impositione ut emtione, acquisitione, unde relationes variae, secundum humanam vel divinam institutionem. Relatio composita (in hac videtur ipsa relatio esse fundamentum relationis) est vel ex

---

Putem pro loco substitui debere positionem, positione autem distinguuntur, quae sola extrinseca denominatione, nostro scil. respectu.

18 esse (*1*) e numero, quae dicitur proportio (*2*) e quantitate discreta, (*a*) proport (*b*) und (*3*) | und *str. Hrsg.* | quantitas *L* 19 hinc (*1*) fundamentum extremi (*2*) relatio *L* 20 sit (*1*) locus, oriunt (*2*) ext (*3*) linea *L*

homogeneis, ut avus est pater patris, vel ex dissimilaribus, ut tuus frater est filius patris tui. Ita composita est relatio aeque alti, ubi scilicet ingrediuntur aequalitas et altitudo seu verticis a basi distantia.

Cap. 12. de his quae sunt e x t r a p r a e d i c a m e n t a. Ubi Exemta ob perfectionem et simplicitatem nempe Deus et transcendentia. Exclusa vero ob imperfectionem, ob defectum scilicet vel Unitatis, vel Essentiae. Ob unitatis defectum, Entia per accidens seu complexa; et vocabula aequivoca. (+ Ergone vocabula sunt in praedicamentis? Dicendum ergo has nominum esse divisiones in rerum. +) Ob essentiae defectum, incompleta ut partes, tam essentiales quam organicae, principia et termini ut Unitas et punctum, s y n c a t e g o r e m a t a ut *omnis aliquid*, *si, aut.* Entia rationis quae sunt negatio privatio et relatio rationis quae et peculiariter Ens rationis dicitur; et est relatio quae cessante intellectione nostra in rebus non existit (+ Talis nulla ne fingi quidem vere potest +) ut relatio generis speciei, singularium universalium; praedicati subjecti, ut si dicas *dulcedo est adjunctum saccari*, si tamen hoc intelligas de notione dulcedinis relatio est realis. Huc pertinent e x t e r n a e denominationes (+ si quae tales proprie dantur +) ut *laudatus, celebris.* Relationes quoque Rationis censentur quae Deo tribuuntur, qui accidentium non est capax. Fit ut r e l a t i o ab una parte sit realis ab altera rationis, ut inter sciens et scibile, quia *scibile esse* denominatio extrinseca est, *scire* realis.

Cap. 1[3.] E n s p e r a c c i d e n s est vel stricte dictum vel per aggregationem. [Stricte] dictum quando cum suo subjecto est complicatum ut sive connotetur tantum subjectum, ut cum dico *Musicus*, sive exprimatur, ut: *homo Musicus.* Tale Ens per accidens est fluvius, id est aqua copiose scaturiens et profluens. Dantur et saepius composita, ut Musicus bibax, simus id est habens nasum simum. Etiam simitas est Ens per accidens (+ non putem +). E n s p e r a g g r e g a t i o n e m ex pluribus numero diversis et completis componitur; et quidem vel Entibus veris vel ex Entibus per accidens. Est vel mere aggregatitium ut acervus tritici, vel cum certo ordine, quod vocant Ens per ordinem, quod habet quasi materiam et formam. Etiam Systema scientiae est Ens per ordinem. Ita disputatio, praelium constant ex pluribus actionibus.

Cap. 14. De postpraedicamentis. Ubi opposita, prius posterius et simul, Motus, Habere sunt tantum explicationes quorundam vocabulorum.

C a p. 1 5. De N o t i o n u m differentiis. C o n f u s a, ut circuli ex delineatione apprehensi, d i s t i n c t a, ut per definitionem Circuli. Latior et strictior vel aequalis seu

4 f. ob . . . simplicitatem *erg. L* 6 vel (*1*) Es (*2*) Unitatis, *L* 7 aequivoca (*1*) (+ at aliud (*2*) (+ Ergone *L* 8 ergo (*1*) haec (*2*) has *L* 10 *aliquid* (*1*) etc. (*2*) , *si*, *L* 12 nulla (*1*) est (+ nec f (*2*) ne *L* 13 subjecti (*1*) sunt si (*2*) ut *L* 29 prius | et *gestr.* | posterius *L* 31 De (*1*) N o t i o n i b u s. (*2*) N o t i o n u m *L* 32 et (*1*) definitior (*2*) strictior *L* 32–S. 1070.1 vel . . . convertibilis *erg. L*

convertibilis. Latior autem per restringentem fit strictior. Restringens est addita vel in casu recto, vel in obliquo. Strictior igitur est composita ex latiori, et vel essentialiter, vel accidentaliter. Notio est vel finita vel infinita, finita *homo*, infinita: *non homo.* Notio vel absoluta, vel respectiva, quae aliam respicit, *trianguli aequilateri* notio absoluta est etsi respectum includat (+ scilicet id quod respicitur simul ipsi notioni inclusum est +).

Liber II. De Enuntiatione et cap. 1. De simplice seu categorica. In ea subjectum praedicatum, copula interdum verbo inclusa. Termini pars princeps quae in recto, ut *alens artes*, pars princeps est *alens.* Verbum si praefixum habeat relativum, degenerat in participium ut: *quod caret requie*, hoc est *carens requie.*

Cap. 2. Crypsis in Enuntiatione est cum in oratione externa forma ejus legitima seu partium dispositio non apparet. Estque vel Ellipsis vel transpositio. Ellipsi, ut *omnes* id est *omnes homines. Haec arma sunt Aeneae*, id est *haec arma sunt arma* (vel *possessio*) *Aeneae, vivitur*, hoc est *vita ducitur.* (+ Non videtur esse proprie Ellipsis, sed inclusio. +) Crypsis transpositionis, ut *omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.* Θεὸς ἦν ὁ λόγος. Crypticae quoque sunt imperativae et optativae, interrogativae. *Esto brevis* id est *moneo ut sis brevis. O si referat, opto ut referantur. Quid agitur? cupio scire quid agatur.*

Enuntiatio simplex est Pura vel Modalis. Pura differt ratione qualitatis quantitatis etc. *Omnes planetae sunt septem*, scil. collective, non enim quilibet planeta est septem. Propositio oblique universalis: *Christus redemit omnes peccatores.* Signum oblique universale, est adverbium, ut *semper*, item casus obliqui rectorum universalium. Particulares: *aliquis homo, aliqui homines, multi, plerique. Multi* et *plerique* non potest de uno dici. Ad singularem propositionem possis referre praecisam seu idealem, seu a singularibus suis abstractam, quae respuit quantitatis signum, ut *Animal est genus.*

Enuntiatio vera aut falsa, necessario aut probabiliter, evidenter aut secus. Evidenter falsa est absurda, item implicite contradictoria.

Cap. 7. Interpretatio est vel Grammatica, orationis externae, per aliam externam vel logica per internam. (+ Quomodo id possibile? +)[2] Logica interpretatione oratio est

[2] *Am Rande*: 𝔑

8 verbo (*1*) p (*2*) inclusa. (*a*) Praedicati (*b*) Termini *L* 9 si (*1*) inclusam habeat praefixam particulam relativam (*2*) praefixum habeat relativum, *L* 14 f. sed (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) ⟨ – ⟩ (*3*) expositio (*4*) inclusio. +) *L* 21 Propositio *erg. L*

9 *alens artes*: vgl. CICERO, *Tusculanae Disputationes*, I, 2, 4. 14 *vivitur*: vgl. HORAZ, *Carmina*, II, 16, 13. 15 *omne . . . dulci*: HORAZ, *De arte poetica*, 343. 16 Θεὸς ἦν ὁ λόγος: Joh. 1, 1. 17 *O si referat*: vgl. VERGIL, *Aeneis*, VIII, 560.

vel simplex vel multiplex. Et haec vel disjunctim vel conjunctim. Disjunctim Multiplex est ambigua, scilicet in se, licet ex antecedentibus vel consequentibus in oratione determinetur. Conjunctim Multiplex, quae per plures simul explicatur, dicitur Exponibilis de qua mox cap. 11. Ambigua est vel secundum partes vel totum, secundum partes scilicet terminos vel phrasin etc. Utraque cum tropo vel absque tropo. Absque tropo in voce, ut *Gallus* pro ave cristata, et habitatore Galliae; in phrasi ut *Mater sustulit filiam* hoc est educavit vel interemit. Enuntiatio secundum totum ambigua est vel ob figuram rhetoricam (ut interrogationis vel admirationis ut *quousque ita vives*, significat vel interrogationem vel *satis diu ita vixisti*) vel ob certam structuram, ut *Ajo te Aeacida.*

Cap. 8. Affectiones Enuntiationis Categoricae purae: Restrictio limitatio, oppositio Aequipollentia, Conversio. Restrictio potissimum et limitatio hoc capite (+ addenda ampliatio +). Restrictio recta, cum subjectum fit strictius. *Omne mendacium turpe*, mendacium, scil. non necessarium et in fraudem proximi. Restrictio respectiva *oleum leve*, id est respectu aquae. Obliqua, *Deus creavit omnia*, scil. quae sunt creata.

Oppositio cap. 9.

Cap. 10. Aequipollentia[3] est respectu syncategorematum, vel terminorum. Respectu syncategorematum *Nullus homo est justus*, *Omnis homo est injustus.* Aequipollentia in ipsius partibus per se significativis locum habet in consequentiis simplicibus (mutuis). Frequens quae per inversionem relationis ut *David est pater Salomonis* et *Salomon est filius Davidis*, ubi subjectum unius est pars consequens ⟨ – ⟩ principalis in praedicato alterius, et contra, pars princeps [autem] praedicati in una ut correlatum se habet ad partem principem praedicati in altera.

[3] (+ Quot aequipollentiarum tot oppositionum varietates. +)

1 vel (*1*) interna vel (*2*) simplex *L* 2 in (*1*) ⟨ordi⟩ (*2*) oratione *L* 3 explicatur | seu *gestr.* | dicitur *L* 5 etc. *erg.* (*1*) Terminos, (*2*) Utraque *L* 11 Affectiones (*1*) Orationis (*2*) Enuntiationis *L* 14 scil. (*1*) inutile et de (*2*) non *L* 14 et (*1*) ⟨de⟩ (*2*) in *L* 15 Obliqua, (*1*) *Diabolus* (*2*) ⟨ – ⟩ (*3*) *Deus L* 17 Oppositio cap. 9. *erg. L*

10 *Ajo te Aeacida*: CICERO, *De divinatione*, II, 56, 116.

Exponibilis simul pluribus conjunctim aequipollet, est exclusiva, exceptiva reduplicativa. Exclusiva *totum A est B*, id est *A est B*, et *omne B est A*. Est et exclusiva, *tantum quidam homines sunt docti*; item *pauci sunt docti*, id est *tantum major pars*. Item ideales haec *paucae quadrupedes sunt solidungulae*, id est *paucae species* earum. Oblique exclusivae, *medicamenta eos tantum juvant qui recte utuntur.* Per inversionem relationis inde fieri possunt directe exclusivae.

Exceptiva, cum syncategorema exceptionis subjecto subjungitur. *Omne animal praeter hominem est rationis expers.* Hoc est, *omne animal quod non est homo est rationis expers*. Et *homo* [*non*] *est rationis expers*. (Potest et per exclusivam proferri, *solus homo inter animalia est rationalis.*) *Nemo solus nisi a patre tractus Christum credit.* Id est *qui a patre trahitur Christum credit*, et *qui non trahitur Christum non credit*. Negantes exceptivae aequipollent affirmantibus exclusivis.

Reduplicatio, ubi signa: *qua, quatenus, quantum, prout, qua ratione* subjectum reduplicat, *Homo quatenus animal sentit*, revera tamen ad praedicatum pertinet, nempe *Homo est sentiens quatenus animal est*. (+ Puto sensum esse *Homo est sentiens quatenus homo est animal* seu *quia homo est animal*. +)[4] Reduplicatio vel iterat prius subjectum vel non. Iterat ut *homo quatenus homo est animal*. Non iterat quam vulgo vocant specificativam, et contradistinguunt reduplicativae stricte dictae. Estque vel limitatitia (quae fit mediante praedicato ejusdem subjecti, ut *homo quatenus animal sentit*; *Aethiops quatenus dentatus est albus* ubi adhibetur accidens. Exprimitur haec et per particulas *secundum*, *quoad*, ut *Aethiops quoad dentes albus*) vel causalis quando. Reduplicatio causam continet cur praedicatum subjecto insit. Omnis reduplicativa ambigua est, incertum est enim an significet causam, an intermedium subjectum etc. (+ malim dicere generalem esse et ab his abstrahere +). Causalis distinctius. *Homo, quia rationalis, est scientiae capax. Omnis duodenarius quatenus pariter par est quaternario est mensurabilis* exponitur per has tres: *omnis duodenarius est pariter par*; *omnis numerus pariter par quaternario est mensurabilis*; *omnis duodenarius quaternario est mensurabilis.* Addunt alii quartum *omnis numerus quaternario mensurabilis est pariter par.*

---

[4] *Am Rande*: NB.

2 id est (*1*) *Omnis* (*2*) *Omne A est B*, (*3*) *A* *L* 7 cum (*1*) additur (*2*) syncategorema *L* 10 *solus erg. L* 13 *ratione* (*1*) *Homo* (*2*) directe quae (*3*) subjectum *L* 14 pertinet, (*1*) ut (*2*) nempe *L* 17 Iterat (*1*) , qualis (*2*) , qualem diximus. (*3*) ut . . . *animal. L* 20 ubi . . . accidens *erg. L*

Cap. 12. Modales: verum falsum, speciatim necesse possibile impossibile non necesse. Contingens est ambiguum, contingens id est possibile et non necessarium.

Cap. 13. De Conjunctis Enuntiationibus. Exponibiles sunt virtualiter conjunctae, Conjuncta connexa seu conditionalis. Adest saepe cr[yp]sis, *si Cato repulsam passus est, magistratum petiit* scilicet *Cato Magistratum petiit.* Est apparens connexa *si aegrotas, consulere potes Medicum* (+ hoc est *quando aegrotas* +). Interdum involvit simul negationem; enuntiata scil. potentialiter. *Si asinus volaret habe*[*re*]*t alas*, includit nec volare, nec alas habere.

Cap. 14. Copulata Enuntiatio cujus vinculum *et, atque, nec non, non solum sed etiam. Non et dies est et nox est*, id est, *si dies est nox non est; si nox est dies non est.* Causalis *Quia Thomas vidit credidit*, aequipollet his: *Si vidit Thomas credidit. Et vidit et credidit.* Disjunctiva *Aut dies est aut nox est*, id est, *si dies non est nox est; si nox non est dies est.* Incomplete disjuncta, Jurisconsultis subdisjunctiva, est vel tantum ponens vel tantum tollens.[5] Tantum ponens, cum sensus est, alterutrum certe, vel utrumque esse ponendum, seu non posse ambo abesse (+ voco ego et incontollibilia +). Huc refert male quod dicit Medicus, *Aut bibes aut morieris*, id est *si* [*non bibes*] *morieris; si non morieris bibes*. Negatque sequi: *si* [*bibes non*] *morieris, si morieris non bibes*, quae duae tamen ex duabus prioribus omnino sequuntur[.] Tantum tollens seu aliquod saltem eorum tollens (+ incompatibilia voco +). *Aut sedet aut ambulat*, quae possunt simul abesse, non tamen simul adesse. Aliud propositio disjunctiva, aliud disjunctim categorica, ut *quod aequale vel inaequale est, quantum est*, ubi disjunctum est subjectum, reducitur ad copulativam, *et quod aequale et quod inaequale est quantum est* (+ dubito +), sin disjunctum sit praedicatum: *omne corpus est similare vel dissimilare* sensus est: potest reduci ad hanc *Aut corpus est similare aut dissimilare.*

---

[5] *Am Rande*: NB.

2 necessarium. (*1*) Hactenus de Exponibilibus quae (*2*) Cap. 13. *L* 4 crisis *L ändert Hrsg. nach Jungius* 10 f. *est* (*1*) *Quia Thomas vidi* (*2*) | *Quia streicht Hrsg.* | Causalis *L* 13 *est.* (*1*) | Incomplete disjuncta | Jurisconsultis subdisjunctiva *erg.* | : Medicus aegroto: *aut bibes hoc poculum aut morieris*, *erg.* | (*a*) *Si bibes* (*b*) *Si non bibes morieris, si* (*aa*) *non mo* (*bb*) *morieris non bibes* (+ negat (*aaa*) hic (*bbb*) id significare *si* (*ccc*) id aequipollere his: *si bibes non morieris; si morieris non bibes* cum tamen ea per consequentiam inferat +) id est sive non possunt simul stare te mori et bibere, etsi (*2*) Incompleta (*3*) Incomplete disjuncta, (*a*) v (*b*) Jurisconsultis *L* 14 alterutrum (*1*) vel (*2*) certe, *L* 16 *si* (*1*) *mori* (*2*) | *bibes non L ändert Hrsg. nach Jungius* | *L* 17 *non bibes L ändert Hrsg. nach Jungius* 18 *bibes*, (*1*) quod (*2*) quae *L* 18 sequuntur) *L ändert Hrsg.* 18 f. seu . . . tollens *erg. L* 21 f. ubi . . . subjectum, *erg. L* 24 est: (*1*) Quod (*2*) potest *L*

Cap. 18.[6] Oratio logica conjuncta secundum quid est quae ob conjunctionem non fit vera vel falsa, sed apta vel inepta (+ notet scilicet transitum[7] tantum +), ut adversativa *non formosus erat sed erat facundus Ulysses*, *A non est B sed A est C.* (+ Istud *sed* omitti poterat salvo sensu, tantum exprimit connexionem in cogitando, et admonet cujusdam oppositionis. +) *Virtute ambire oportet non favitoribus* (+ id est *non autem* +). (+ *Erat facundus sed non formosus. Erat formosus sed non facundus, formosus non vero*, seu *non autem facundus est.* +) Inepta est, cum dico *Petrus non leo sed animal est* (+ corrigitur si dicas: *non leo sed tamen animal est* +). Occupativa *Quamvis doctus tamen pauper* (+ id est *doctus est, unde videtur sequi non esse pauperem, sed tamen est pauper*, ut illud: *non leo sed tamen animal est*, contra eos qui proclives essent ad judicandum, quod leo non fuit hoc loco, nec animal fuisse, non quasi unum ex aliquo sequatur, sed quod ambo simul in praesente specie videtur facile statui +). *Quamvis Socrates sit bonus tamen non est dives*, etiam sic exprimas: *Socrates bonus quidem est*; *non tamen dives.* Inepta *quamvis pauper, tamen mendicat.*

Cap. 19. Relative compositae. Ut *quantus, tantus, ubi, ibi, quamdiu, tamdiu.* (+ *Si A est magnitudinis, loci, temporis* etc. *L*, *etiam B est loci magnitudinis temporis* etc. *L* et contra; per compendium exprimitur *quantus, qualis, ubi, quamdiu, quando A tantus, talis, ibi, tamdiu, tunc C. Tunc* quasi *tando* respondens ipsi *quando.* +) Reducitur ad simplicem categoricam si ipsum *L* pro subjecto sumas, ut *Quodcunque L habet A* vel *competit ipsi A, id etiam competit ipsi B.*

Liber III. De Dianoea. Dianoea est simplex vel composita. Dianoea simplex est consequentia simplex vel syllogismus vel inductio. Consequentia simplex, id est immediata, ubi nullus medius terminus: *Grammatica est ars, Ergo qui discit Grammaticam discit artem.* (+ Nunquam per syllogismos probabitur consequentia nisi supponendo consequentias aeque incertas vel saltem propositiones non magis certas, ut si quis dicat: *Ergo a quo discitur Grammatica ab eo discitur ars. A quo discitur ars is discit artem. Ergo a quo discitur Grammatica is discit artem.* Restat ostendenda haec consequentia: *Grammatica est ars, ergo a quo discitur Grammatica ab eo discitur ars.* +) Consequentia

---

[6] *Am Rande unterstrichen*: NB.
[7] *Am Rande*: NB.

1 Cap. 18. *erg. L* 3 *A* (*1*) *est* (*2*) *non L* 4 tantum | melius *gestr.* | exprimit (*1*) ha (*2*) connexionem *L* 5 *autem* +) (*1*) (+ Sed ponitur p (*2*) (+ *Erat L* 17 et contra; *erg. L* 25–29 vel ... *ars erg. L*

---

3 *non ... Ulysses*: Ovid, *Ars amatoria*, II, 123.

simplex est vel mutua vel non mutua. Mutua est aequipollentia. Consequentiae simplices sunt Oppositio, Aequipollentia, Conversio. Aequipollentiam scil. intelligo cum iidem termini et variat quantitas et qualitas. (+ Oppositio est aequipollentia unius cum contradictoria alterius. +)

Cap. 4. Species quaedam in scholis minus explicatae consequentiarum simplicium, ut: a compositis ad divisa, *Plato est philosophus eloquens Ergo Plato est philosophus vel est eloquens*, ab Epitheto ad praedicatum. A divisis ad composita *Omne A est L, omne A est M, ergo omne A est LM.* (+ Ab epitheto ad praedicatum ut *Nigri Aethiopes, ergo Aethiopes sunt nigri*, sed praesupponimus autorem Epitheton intelligere de omnibus; Epitheton est quasi cum pleonasmo quodam conjunctum, jam enim Aethiopibus inest esse nigri, cavendum tamen ne restrictio pro Epitheto accipiatur. +) Valet et consequentia ab exponibili ad exponentium quamvis. Item a rectis ad obliqua procedit: *Circulus est figura. Ergo qui circulum describit figuram describit*, sed non procedit contra: *Qui circulum describit arcum describit. Ergo circulus est arcus.* Consequentia ab universali restricta ad particularem irrestrictam *Omnis usque ad finem credens salvatur, Ergo aliquis credens salvatur*, revera tamen est Enthymema. Nempe: *Omnis usque ad finem credens salvatur, Omnis usque ad finem credens est credens, Ergo aliquis credens salvatur.* Potest tamen pro consequentia simplici haberi, ad vitandum semicoccysmum.

Cap. 13. sqq. De syllogismo, ubi pleraque communia.

Cap. 16. De Crypsi syllogismi categorici, ea est Transpositionis, Omissionis et aequipollentiae. Crypsis transpositionis seu ordinis propositionis non magni est momenti. Crypsis omissionis (+ quasi Ellipsis in syllogismo est Enthymema +). Syllogismus contractus fieri potest ut *fortunatus non sit beatus si stultus sit.* Crypsis Aequipollentiae vel verbalis est, cum idem syllogismi terminus diversis exprimitur vocibus, vel mentalis, estque varia pro aequipollentiarum varietate. Frequentiores species Crypsis reciprocationis, negationis, obliquitatis. Reciprocationis, ut cum syllogismus ideo

2 cum (*1*) subjectum et praedi (*2*) iidem *L* 7 , ab . . . praedicatum *erg. L* 7 f. composita (*1*) *Omnis* (*2*) *Omne L* 8 *LM.* (*1*) Co (*2*) (+ Ab *L* 8 f. ut (*1*) *Pla* (*2*) *Cani senes venerunt, Cani* (*3*) *Nigri L* 10 quasi (*1*) Compositio quae sit (*2*) | cum *erg.* | pleonasmo *L* 11 nigri, (*1*) +) (*2*) cavendum *L* 12 ad (*1*) exponentem (*2*) exponentium *L* 13 obliqua (*1*) (non contra) (*2*) (non semper contra: *Qui Apo* (*3*) (videtur (*4*) (non procedit inversio: (*5*) procedit: *L* 14 f. *arcus.* (*1*) Exemplum autoris non quadrat: *Qui Christi suscipit Christum suscipit, Ergo* (*2*) Consequentia *L* 16 *salvatur*, (*1*) potest re (*2*) revera *L* 17 Enthymema (*1*) , supplendus (*2*) . Nempe: *L* 18 *salvatur.* (*1*) Sed (*2*) Potest *L* 20 communia | usque ad 16 *gestr.* | . Cap. 16 *L* 26 pro (*1*) specie (*2*) aequipollentiarum *L* 27 cum (*1*) propositio (*2*) | syllogismus *erg.* | *L*

concludit, quia reciproca est aliqua propositionum, quod tamen non exprimitur; ut quando propositio est definitio. Crypsis negationis, est cum negativa sumtio pro infinita est posita, *Qui non ex Deo est verbum Dei non audit, Impii non sunt ex Deo, Ergo verbum Dei non audiunt*, cum tamen ex puris particularibus nil sequatur. Sensus est, *impii sunt tales qui non sunt ex Deo*. Crypsis obliquitatis cum terminus syllogismi in obliquo casu positus formam syllogismi occultat ut *Pater Alexandri est Rex, pater Aristotelis non est Rex, Ergo Aristoteles non est Alexander.* ⟨aequipollentiae et⟩ obliquitatis: *Ignoti nulla cupido, Philosophiam rusticus ignorat, Ergo non appetit.*

Cap. 17. seqq. De syllogismo conjuncto, ⟨ – ⟩ connexo disjunctivo etc.

Ad instar primae figurae syllogismi categorici talis fit conditionalis. *Si Dii futura significant divinatio est, Atqui si Dii sunt Dii futura significant. Ergo si Dii sunt divinatio est.* (+ Revera est Sorites, sunt enim duo *Si Dii sunt*, *Si Dii futura significant. Atqui Dii sunt, ergo Dii futura significant.* Probatur assumtio: *Si Dii sunt Dii futura significant. Atqui Dii sunt. Ergo Dii futura significant.* +)

Cap. 22. De Inductione. Primaria ex singularibus, secundaria ex speciebus omnibus. Primaria semper incompleta, quia infinita sunt singularia (+ imo non semper, v.g. si singularia sint restricta ad certum quid, ut v.g. *omnes planetae nobis apparentes*, *Omnes libri veteris testamenti* +). Inductio non est, comprobatio omnium requisitorum, ut *candida, longa, recta est, Ergo pulchra.*

Cap. 25. Variae sunt dianoeae compositae ex consequentiis immediatis syllogismis et inductionibus meris vel inter se mistis.

Cap. 26. Polysyllogistica. Prosyllogismus est qui infert sumtionem alterius syllogismi, Episyllogismus cujus sumtio ab alio infertur. Cicero prosyllogismum vocat approbationem. Locum hoc habet et in dianoeis immediatis. Aliud est syllogismus compositus, aliud multiplex ob terminos ut si medius terminus sit duplex, v.g. disjunctivus. Sorites et Dilemma sunt polydianoeae.

Cap. 32. Syllogismus biformis. *Quae doctrina spiritus sancti donis confirmatur praeferenda illi quae non confirmatur, Pauli doctrina confirmatur Pseudo-Apostolorum*

5 *sunt* (*1*) *tales* (*2*) *illi qui non sunt* (*3*) *ii qui non* (*4*) *illi, qui* (*a*) *sunt* (*b*) *non sunt ex* (*5*) *tales* *L* 7 *Ergo* (*1*) *Alexander no* (*2*) *Aristoteles* *L* 8 *appetit* (*1*) ⟨ – – ⟩ (*2*) Cap. 17. *L* 10 f. *Dii* (*1*) *sunt* (*2*) *futura significant* *L* 12 *sunt* (*1*) *divinatio* (*2*) *Si Dii* (*a*) *sunt Dii* (*b*) *futura* *L* 16 singularia (*1*) Reductio (*2*) (+ imo *L* 20 Cap. (*1*) 23. (*2*) 25. *L* 23 infertur. (*1*) Sy (*2*) Cicero *L* 24 f. syllogismus (*1*) multiplex propositionibus (*2*) compositus, *L*

23 f. CICERO, *De inventione rhetorica*, I, 36, 62–65.

*non confirmatur, Ergo illa huic praeferenda.* Syllogismos quartae figurae negat esse syllogismos c. 31. Debere enim invenire et aliam suppositionem ut mens ita ratiocinetur. (+ Fateor esse magis indirectam, quia sine duplici contrapositione demonstrari nequit. Nempe non sine conversione, quam ostendi non posse. Demonstrari nisi per syllogismum figurae secundae vel tertiae. At ipsa figura secunda vel tertia non indiget conversione sed tantum principio compositionis. +)

Liber IV. De Apodictica. Principia Definitiones et Experimenta. (+ Interdum non possunt statim haberi reciprocae notiones sed incipitur a sumtione quadam inconvertibili. +) Subreptio quaedam est geminata definitio quando non ostenditur eas aequipollere. Experientia confusa, cum quid toti tribuit, quod uni parti est proprium, vel partim huic partim illi. Ut Nigrum oculi alii atrum, alii glaucum sive caesium, alii fulvum χαροπόν, alii obsolete flavescens seu caprinum αἰγωπὸν dicunt, sed revera pupilla omnibus nigra est, corona vero oculi est vel caesia vel caerulea vel fulva, vel obsolete flavescens vel aquili coloris vel ex flavo fusca sive nigricans. Quo magis autem ad nigrorem accedit corona quoque laxior est pupilla hoc nigrior apparet intuenti totus circulus intra album oculi comprehensus. Est et confusa experientia respectu accidentium, ut si quis butyrum mordicare vulnera opinetur, quia id in salito expertus est. Experientia vulgaris est seu casu obvia, alia arte a philosopho instituta, seu observatio (+ Potest etiam observatio esse casu obvia, observationem voco cum alius ex vulgo carens philosophicis oculis, eadem videns non idem observasset. +)

Cap. 5. De Divisione. Apodicticus distinctiones definitione antevertit. Si plures divisiones vel partitiones sint ejusdem totius, vel generis, sunt vel subpartitiones sive subdivisiones; vel compartitiones quae a se invicem independentes sunt. Partitio in scientiis est vel directa objecti, vel reflexiva, ipsius systematis scientiae. Ideo pertinet non ad scientiam, sed ad ejus prolegomena sive ad logicam disciplinae propriam. Divisio cujus membra secundum majus aut minus differunt, accidentalis est; ut motus celer aut tardus. Dividimus subjectum per adjuncta accidentia, adjunctum per subjecta, adjunctum per adjuncta; Effectum per causas, Causam per effectus; relatione insita respectivum per objecta terminantia. Divisio per causas est v.g. per materiam transeuntem ut acetum ex vino vel cerevisia, vel

1 figurae (*1*) refert ad (*2*) negat *L* 2 aliam (*1*) syllo (*2*) suppositionem *L* 7 Experimenta. (*1*) Sub (*2*) (+ Interdum *L* 8 statim *erg. L* 9 inconvertibili. +) (*1*) Subreptiones (*2*) Subreptio *L* 12 χαροπόν *erg. L* 12 seu . . . αἰγωπὸν *erg. L* 18 est (*1*) alia (*2*) seu *L* 22 divisiones (*1*) sint ej (*2*) vel *L* 22 totius, (*1*) sunt vel (*2*) vel *L* 23 f. sunt. (*1*) Divisio (*2*) Partitio *L* 24 ipsius (*1*) di (*2*) systematis *L* 27 per (*1*) accidentia, accidens per subjecta (*2*) adjuncta *L* 30 v.g. *erg. L* 30 transeuntem (*1*) vel perm (*2*) ut *L*

permanentem, ut vestis e serico, panno laneo, etc. Partitio mutatur in divisionem, si partem consideres ut genus variasque partes ut species. Saepe fit, ut plures simul species constituant novum; ut ad ludos veniunt alii spectatum, alii lucratum, alii certatum. Sunt et qui et spectatum et lucratum et certatum. Divisio in proxima fiat membra seu non per saltum; hoc quantum licet si quis dicat *planta vel est rationalis vel irrationalis*, vera est propositio, sed non est divisio. Divisio si ut propositio consideretur, vel est per se nota, vel est propositio demonstrabilis, vel est experientia; qualis haec ultima *Quadrupes solidungulum est vel equus vel asinus, vel mulus, vel zebra* quod est in Congo, et cicurari nequit ut alia solidungula; nec enim alia hactenus innotuere.

Reductio dianoearum usum habet ad auditorem hebetem docendum, aut praeoccupatum convincendum.

Cautionibus opus in inductione, non omne lignum aqua levius est, doceret buxi et aquifoliae lignum et guajacum et brasilianum. Sic non omnis arbor latifoliam hyeme defrondescit. Ecce enim laurum, aquifolium, buxum, ilicem, suber. Omne cornutum quadrupes sevo non adipe pinguescit, fieri tamen potest ut fallat regula in aliquo nobis inexplorato animali.

Cap. 10. Materia demonstrationis sunt propositiones eam constituentes. Axioma seu propositio assertiva per se vera, innotescit per inductionem (+ 𝔑 +) quasi tacitam nobis non animadvertentibus factam. Principium contradictionis est omnium primum. Est vel affirmativum, vel negativum, utrumque vel directe vel reflexive propositum. Affirmativum directum: *Quidvis vel est vel non est*, sive *vel est hoc vel non est hoc*, sive *vel est tale vel non est tale.* Affirmativum reflexum: *Quidvis de quovis affirmandum vel negandum.* Negativum directum: *Idem non simul est et non est. Idem non simul est hoc et non hoc. Idem non simul est tale et non tale.* Negativum reflexum: *Idem de eodem non licet simul affirmare et negare. De eadem notione non licet simul contradictorias notiones affirmare.* Si disjunctiva particula completo significatu sumatur (+ ut non sit scil. subdisjunctiva sed perfecte disjungens +) axioma contradictionis appellatur completum. (+ Omissum est principium identitatis, *quale quid est tale est, quidlibet sibi ipsi aequale est.* Si divisio constet oppositis expresse membris est quasi contractio seu subsumtio sive applicatio Axiomatis contradictionum. +) Hypothesis stereometrae: *Duo solida esse aequalia quorum convexae superficiales perimetri, eidem*

1 e (*1*) lino (*2*) lane (*3*) serico, (*a*) etc. (*b*) panno *L* 1 f. si (*1*) partes (*2*) partem *L* 2 ut (*1*) uni plures simul species competant (*2*) plures *L* 6 Divisio (*1*) vel est ⟨a⟩ (*2*) si *L* 8 f. quod . . . solidungula *erg. L* 13 f. hyeme *erg. L* 17 f. Axioma (*1*) innotescit per (*2*) seu *L* 18 (+ 𝔑 +) *erg. L* 27 sed (*1*) sim (*2*) omn (*3*) perfecte *L* 29 est | axioma *gestr.* | quasi *L*

*concavae superficiali perimetro congruunt.* Sunt Hypotheses quae ex eventu seu conclusionibus demum assensum impetrant ut Astronomicae.

Cap. 11. Ex Theoremate fit Canon seu regula si dicas: *majorem in Cesare converte simpliciter et habebis modum in Celarent.* Consectarium seu porisma appendix facilis demonstrationis principalis estque vel theorematicum vel problematicum. Sunt propositiones quae censentur non scientiales, quia, ut *omnis peripheria est linea curva*, sunt propositiones quae extra demonstrationem non aestimantur ideo in censum systematicarum non recipiuntur.

Cap. 16. De scientia totali.

Cap. 17. De ordine didascalico, incipiendum ab his quae facilius cognoscuntur, ergo a simplicioribus et ab his quae caetera sunt probanda, ab universalioribus. (+ Putat interdum de genere nihil posse demonstrari, verbi gratia[8] de speculo in genere, sed hoc est erroneum. Potest enim de eo demonstrari quod angulus reflexionis et incidentiae sint aequales respectu plani speculum tangentis. +) (+ Transsilit scientiam inveniendi. Hanc enim servavit alteri tractationi. +)

Lib. V. Cap. 1. (+ Probabile etiam definit ab opinione, cum sit fundamentum ejus in natura. +) Persuasio in probabilibus est error, opinio est gradus ad scientiam. (+ NB +)

Cap. 2. De Quaestione. Eam Stoici dividebant in interrogationem ubi respondetur affirmando vel negando; et in sciscitationem vel percontationem, ubi aliquis terminus vel termini pars adjicienda. Est igitur interrogatio nihil aliud quam dubia enuntiatio, responsio vero dubitationem determinat. Sunt quae poena vel sensu sunt solvenda, ut *utrum Deus sit colendus* poena; *an ignis sit calidus* sensu. Est quaedam interrogatio quae aperit, utrum contradictionis partem magis probet interrogans, *utrum an non virtus est habitus. Num continuo si vespertilio volat etiam pennas habet.* Duplex interrogandi modus magis tegit, ut *estne interiturus Mundus an non.* Multiplex interrogatio conjunctim *estne Musica utilis et necessaria.* Disjunctim *estne corylus frutex an arbor.* Tecte multiplex *num soli ex sanctis Apostoli sunt invocandi*, nam simul quaeritur

[8] *Am Rande*: NB

3 Cap. 11. *erg. L* 6 ut (*1*) *omne* (*2*) *omnis L* 10 incipiendum (*1*) a simplicioribus, item ab his (*2*) ab *L* 17 in probabilibus *erg. L* 17 (+ NB +) *erg. L* 26 conjunctim *erg. L* 27 *invocandi*, (*1*) ⟨ – ⟩ enim (*2*) nam *L*

15 Eine »altera tractatio« nicht nachgewiesen. 16 f. Definition nicht aufgefunden.

an sancti sunt invocandi. *An homo homini quia homo est consultum velle debet*. Est quidam modus tectus quasi per praesuppositionem, ut si ex temperante quaeram, *an helluari desierit.* Sunt et sciscitationes insidiosae *Quodnam sit initium duodecimae Eclogae Virgilij.* Quaestio est vel realis vel notionalis, v.g. *Quodnam sit genus proximum semitonij.* Realis est vel absoluta vel comparata, v.g. *utrum virtus expetenda; utrum magis expetenda quam sanitas.* Transcendentalis quoque alia vel praedicamentalis. Transcendentalis, ut *an id quod meliorem rem cui inest efficit sit melius*, mixta, ut *an pilus pars corporis.*

Cap. 3. De Locis argumentorum. Argumenta sumuntur partim a locis partim ab instrumentis dialecticis. Locus est titulus a communissima relatione desumtus sub quo plures maximae continentur. Maxima est propositio probabilis maxime universalis. Sunt quidam loci inter se quasi relati, ut species et genus ab uno scil. ad aliud.

Cap. 4. Cum unico syllogismo constat argumentatio potest determinari locus ex habitudine medii aut ejus partis ad extremum. Et quia diversa potest esse relatio ad minorem terminum ab ea ad majorem hinc potest referri ad diversa loca. Quo pluribus vel multiplicioribus syllogismis constat argumentum eo plures continet relationes Topicas.

Cap. 5. Maximae directae vel reflexivae, reflexivae ut quae dicit *affirmari, negari, convenire* etc. Sunt et maximae aliae dirigentes argumentum aliae constituentes, maximae directae semper sunt constituentes, reflexivae plerumque dirigunt tantum, possunt tamen et constituere. Dirigentes maximae rectius omittuntur in argumentatione tanquam superfluae. (+ Interdum tamen utile est eas quasi admonitionis causa adjici. +) Autor in locis exempla adducens saepe ea reducit ad dianoeas in forma, ubi interdum utitur inversione relationis, aequipollentia verborum (ut *sol nobilior est quovis suo effectu. Ergo sol nobilior est quovis solis effectu*). Contractio seu contractiva consequentia (v.g. *Quod universaliter competit generi id etiam speciei. Ergo quod universaliter animali, etiam speciei animalis*).[9] Aequipollentia reflexivae et directae Enuntiationis (*Piscis universaliter participat* τὸ *sensu praeditum. Ergo piscis est sensu praeditus*). Si quis maximas reflexivas faciat constituentes, necessario opus habet hac aequipollentia.

---

[9] NB. Consequentiae Immediatae

1 *An . . . debet. erg. L* 10 desumtus (*1*) ut majoris, minoris. (*2*) sub *L* 12 quasi (*1*) oppositi | vel relati *erg.* | (*2*) relati *L* 13 Cap. 4. *erg. L* 13 unico (*1*) termino (*2*) syllogismo *L* 14 relatio (*1*) pr⟨–⟩ d (*2*) ad *L* 16 plures (*1*) locos (*2*) continet *L* 18 reflexivae, (*1*) dir (*2*) reflexivae *L* 20 constituentes, (*1*) d (*2*) reflexivae (*a*) se (*b*) plerumque *L* 26 v.g. *erg. L* 29 faciat (*1*) dirigentes, necessari (*2*) constituentes, *L*

Consequentia a rectis ad obliqua. Directae maximae fere conclusionis transcendenter relativis serviunt. Sunt quaedam maximae duobus locis communes, ut *majoris causae major effectus.*

Loci sunt artificiales vel inartificiales. [Cap. 6.] Artificiales sunt verbales, notionales, reales. Locus notionalis singularibus vere tribui nequit ut genus animali non animalibus. Locus realis vel internus vel externus. Internus cujus extrema subjectum et terminus alterum alterius essentiam constituit, ut totum et pars, causa interna. Externus conjunctus vel disjunctus. Conjunctus locus ubi cohaerentia loci aut temporis.[10] Huc locus causae externae, antecedentis et consequentis, concomitantium, subjecti et adjuncti. Disjunctus locus est comparatorum et dissentaneorum.

Sunt et loca relationis parilis vel disparilis, parilis, ut similium contrariorum, disparilis, ut generis et speciei, causae et effectus.

[Cap. 7.] Consequentia a rectis ad obliqua inversa. *Omne reptile est animal, Ergo qui creavit omne animal creavit omne reptile.*[11]

[Cap. 9.] *Fortitudo est virtus, Fortitudine praeditus est virtute praeditus, Fortis est virtute praeditus.* Universa loci, ut *ubique, nullibi*; temporis, ut *semper nunquam.*

Loci notionales: Generis, Speciei, universalis cujuscunque; Definitionis vel Descriptionis.

Loci reales: Totius et partis, Causae et Effectus, Antecedentis Consequentis et Concomitantium; Subjecti et adjuncti. Locus comparatorum, nempe parium, majoris minoris; similium et dissimilium; locus dissentaneorum seu oppositorum.

[Cap. 11.] Totum quantitativum est vel Essentiale. Quantitativum vel integrale est permanens vel successivum; utrumque similare vel dissimilare. Totum successivum similare est motus, et tempus; dissimilare succesivum, ut oratio, convivium, comoedia, bellum. Totum quasi medium inter Essentiale et quantitativum, quod per mistionem est constitutum, potius tamen quantitativum est; ut muria, oxymel, drama. Pars totius quantitativi seu integrantis, est alia principalis, sine qua totum existere nequit, alia minus principalis, sine qua existere quidem potest, sed non nisi mutilum.

---

[10] (+ ubi positio aliqua accedit +)

[11] Dianoeae

7 ut . . . interna *erg. L*   20 parium, (*1*) similium, (*2*) majoris *L*   22 vel integrale est *erg. L*

---

4 Vgl. Jungius, a.a.O., lib. V, cap. IV, 1.

[Cap. 13.] Causa externa vel interna. Interna materia vel forma. Materia ex qua, in qua et circa quam. Materia ex qua Permanens vel transiens. Materia permanens est etiam pars constituens ut lignum statuae, transiens ut truncus est materia statuae. De materia in qua et circa quam infra ubi de subjecto. Causa externa est vel Efficiens vel finalis. Efficiens est, a qua primum mutationis principium est. Efficiens est vel procreans vel conservans vel corrumpens. Item est vel principalis vel minus principalis, et haec vel impulsiva vel instrumentalis; illa quae primariam efficientem movet, haec quae a principali agente movetur. Impulsiva est interna (προηγουμένη) externa (προκαταρκτική). Instrumentalis est vel administra ut in bello miles; vel instrumentum in specie dictum, ut arma. Causa autem auxiliaris ad principales pertinet, quia principalis defectum supplet. Causa meritoria est impulsiva praemij aut poenae. Id quoque quod deterret refertur ad causam impulsivam. Item Efficiens est vel solitaria vel socia. Solitaria vel simpliciter vel respectu causae ejusdem ordinis, simpliciter, ut sol respectu diei, secundum quid, ut cum una tantum est causa principalis, vel una tantum administra etc. Unde et socia causa intelligi potest vel ejusdem ordinis, vel utcunque. Efficiens quoque est vel naturalis sive necessario agens vel voluntaria et haec libera vel coacta.

Rursus causa Efficiens est vel aequivoca vel univoca. Item sufficiens vel insufficiens. Item necessaria vel non necessaria. Item Efficiens per se vel per accidens quia aliquid accidit ex parte causae vel effectus. Improprie causas per accidens dicimus requisita agendi seu causae sine quibus non, item causa quae applicat conditiones sive requisita, ut arcum sagittae. Talis est quae jungit causas socias, item principalem et minus principalem. Item quae praeter intentionem efficit, et tale dicitur factum casu.

[Cap. 16.] Ut causae opponitur effectus, ita fini, DESTINATUM seu causatum a fine. Finis et efficiens sibi solent mutuo esse causae. Finis est vel cujus vel cui, ut sanitas, et homo. Finis, cum est proprie dictus est primarius vel secundarius. Item alius propinquus alius remotus. Propinquus dicitur remoto subordinari. Inter remotos unus est ultimus. Finis per se vel per accidens, temere est sine fine certo agere.

[Cap. 17.] Antecedens Concomitans et Consequens intelliguntur hic ordine temporis. Unde alii ad vitandam aequivocationem malunt dicere *praecurrens, subsequens et concomitans.* Quodlibet horum est vel necessarium vel quasi necessarium seu plerumque. Concomitantia nonnulli referunt ad adjuncta.

13 causae *erg. L* 14 ut (*1*) dux (*2*) cum *L* 14 vel *erg. L* 25 f. ut . . . homo *erg. L* 31 *concomitans.* (*1*) Utrumque (*2*) Quodlibet, *L*

[Cap. 18.] Subjectum sustinet rem loco sibi conjunctam. Adjunctum a subjecto sustinetur, alias accidens. Subjectum est recipiens vel occupans; Recipiens vel in se vel ad se. In se recipiens est proprie subjectum cui respondet adjunctum inhaerens, quod et adjunctum internum, ut substantia accidentibus, accidens perfectum imperfectioribus, ut calor intensioni et remissioni. Subjectum ad se recipiens habet adjunctum externum, quod et dicitur *Adjacens* vel *circumstans* ut solum subjicitur aedificio. Subjectum occupans alias objectum seu materia circa quam est id quod terminat in se tam relationem potentiae actus habitus. Per actum intelligitur actio immanens. Nam actio transiens idem quid est cum passione, et habet subjectum non occupans sed recipiens, ut terra calefactionem, licet possit terra dici solis objectum. Faciunt alii subjectum in se recipiens vel inhaesionis vel imputationis, sed subjectum imputationis est solum denominationis, estque posterius objecto, nam subjectum denominatorium, supponit objectum. Abrahamus subjectum justitiae imputativae objectum justificationis. Subjectum et adjunctum vel necessariam habent connexionem vel non. Interdum subjectum necessarium adjuncto, interdum adjunctum subjecto, interdum utrumque utrique quod est reciproce necessarium. Necessarium intellige vel quasi necessarium.

[Cap. 19.] De loco comparatorum. Comparata aliquo adjuncto conferuntur. Paria similia, imparia dissimilia, scil. quantitate, vel qualitate. Quantitas hic omnem continet etiam intensionem et perfectionem.

[Cap. 20.] Comparatio fit vel simpliciter vel secundum quid.

[Cap. 21.] Pro argumentis a majori ad minus vel contra Aristoteles adhibet argumenta a magis probabili vel minus probabili.

[Cap. 22.] Similitudo est rhetorica vel logica, rhetorica adhibetur ad illustrandum, Logica ad probandum. Rursus similitudo est vel contracta vel explicata. Contracta qualitatem illam in qua duae res sunt similes vel reticet vel imperfecte proponit; ut *Homo bullae similis est, homo bullae instar fragilis est.* Similitudo explicata est quae per enuntiationem relative compositam proponitur, duasque partes habet discretas, protasin et apodosin. *Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum, tempore sic duro est inspicienda fides*. Explicata similitudo est vel continua vel disjuncta. Continua cum idem terminus in protasi est consequens in apodosi antecedens, ut *sicut Magistratibus leges, ita populo praesunt Magistratus. Disjuncta aurum* : *ignis* : : *fides* : *calamitas*. Sex termini: ut

1 rem (*1*) qua (*2*) loco | quasi *gestr.* | sibi *L* 3 inhaerens, (*1*) vel (*2*) quod et *L* 7 f. tam (*1*) objectionem (*2*) relationem *L* 10 subjectum | vel *gestr.* | in *L*

21 f. Vgl. ARISTOTELES, *Topica*, II, 10, 115 a 6–14. 28 f. *Scilicet . . . fides*: OVID, *Tristia*, I, 5, 25.

Ieremiae c. 17: *perdix ova cumulat sed non excludit, sic impii divitias congerent, sed non fruentur*: *perdix* : *ova congerere* : *ova excludere* : : *impius* : *divitias congerere* : *divitiis frui.*

[Cap. 23.] Dissentanea sunt ita diversa ut sibi invicem tribui nequeant, et sunt vel disparata vel opposita. Disparata sunt, quorum unum pluribus eodem discrepantiae modo adversatur (+ ℜ +) vel quorum alterum absque altero simpliciter existere potest (+ ℜ +). Disparata sunt vel tantum disparata, ut homo et equus, motus et figura, vel repugnantia, ut nigrities et rubor. Opposita sunt, quorum uni tantum eodem discrepantiae modo adversatur, suntque vel affirmate opposita vel negate. Affirmate quorum utrumque affirmativa sive positiva notione exprimitur; suntque vel relative opposita, vel contraria. Relative opposita dicuntur et correlata, ut dominium et servitus, dominus et servus, dominus Davi et servus Davi. Contraria quae sub eodem genere late sumto plurimum distant ut Albedo et Nigredo, prodigalitas et avaritia. Strictius dicta contraria quae sui eodem subjecto non tolerant, ut virtus et vitium, calor et frigus. Et haec strictius dicta contraria etiam sub repugnantibus sunt comprehensa. Mediata contraria sunt ex pluribus repugnantibus extrema, ut Album et nigrum; medii enim alii colores. Et horum contrariorum proinde utrumque a commune subjecto abesse potest. Immediata par et impar, curvum et rectum. Negate opposita sunt vel privative, vel contradicenter. Privative, ut lux et tenebrae, contradicenter ut lux et non lux.

## 228. OPPOSITA

[November 1678 (?)]

**Überlieferung:** *L* Notiz: MS IV 470 Bl. 63. 1 Zettel ca. 8°. (Kriegsverlust, unsere Druckvorlage: ein Katalogeintrag mit dieser Datierung.)

Die Datierung erfolgte nach früherer Katalogisierung.

1 Ieremiae c. 17: *erg.* *L*    4 sibi (*1*) tribui (*2*) invicem *L*    6 vel (*1*) differuntur (*2*) quorum *L*

1 f. Jer. 17, 11.

## Opposita

Thomasius in *Consilio de locis communibus condendis*
[*Rest nicht mehr zu rekonstruieren.*]

## 229. CAP. XV. DE NOTIONIBUS. JUNGIANARUM SCHEDARUM EXCERPTA ANNOTATA
[Herbst 1679 bis Frühjahr 1680 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 148. 1 Bl. 2°. 2 S.

Jungius' genauere Betrachtung verschiedener Arten von Begriffen katalogisiert Leibniz als letzte Entdekkung im Felde der Logik (N. 106). Vorlage, Autor, Schreiber, Vermittler an Leibniz, Anlaß oder Gelegenheit zum Exzerpt, vielleicht Abschrift, konnten nicht ermittelt werden. Die Datierung beruht auf dem gut belegten Wasserzeichen.

### Cap. XV. De Notionibus

1) Notio recta est objecti extra mentem positi, Reflexa est operationis Mentis.[1]

2) Pure reflexa solius operationis, et quidem alia essentiae concipiens eam secundum essentiam, ut *notio generica*, alia accidentis; concipiens eam secundum ejus aliquod accidens ut *notio subjecta*, *subjectum*, *medius terminus* (essentiale notioni est, ut sit generica, accidentale, ut sit praedicatum vel subjectum in propositione[)].

[1] Notio primaria vel secunda

16 f. (essentiale . . . accidentale, ut (*1*) subjiciatur vel (*2*) sit . . . propositione *erg. L*

2 J. THOMASIUS, *Erotemata Rhetorica pro incipientibus. Accessit pro adultis consilium de locis communibus eloquentiae studioso comparandis*, Leipzig 1670. 12 Vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. I, cap. XV.

3) Mixtim reflexa (aliis secunda) est rei ut a mente conceptae, et ipsa alia essentiae, ut *genus proprium*, alia accidentis, ut cum *panem* concipio ut subjectum, *nutriens* tanquam praedicatum, *moderate dulce* tanquam medium terminum.

4) Notio omnis est Ens reale; mixtim reflexae autem objectum Ens rationis. Reliquarum objecta[2] possunt esse entia vera, entia rationis, entia ficta.

5) Notio connotans[3] est quae praeter rem primario designatam simul aliam quandam cui illa quasi inhaeret, subinnuit, ut *coloratum dulce*. Simpliciter referens, quae non innuit, ut *color*, *dulcedo*.

Res significatur hoc loco vel completa vel incompleta, rei scilicet perfectio, pars, gradus.

6) Respectiva[4] quae ob respectum sibi insitum aliam quasi notionem requirit, a qua terminetur; absoluta quae ipsa per se terminata est; absoluta ut *homo*, respectiva ut *pater*.

7) Concretim composita[5] dicitur connotans cum rei connotatae notione coalita. Constare ea potest non nisi unica tantum simpliciter referente, connotantibus autem potest pluribus: *Corpus dulce, quadrilaterum et aequiangulum*.

Compositio haec potest dici recta quia casu recto potest exprimi.

8) Terminative composita dicitur respectiva cum terminante aliqua in unam coiens, ut *aequale quadrato*, *possidens multa*.

Compositio illa obliqua dici potest, quia termini notio casu obliquo est exprimenda.

9) Omnino ergo absoluta est quae nullum prorsus respectum includit, absoluta secundum quid quae includit respectum vel rectum ut *quadratum circulo*

---

[2] *Am Rande*: 𝔑

[3] abstracta
concreta
(+ imo connotans ut *animal* simpliciter referens ut *rationale* vid. n. 18 +)

[4] absoluta
respectiva

[5] composita in recto
obliquo

12 f. ; absoluta | ut *erg.* | . . . *pater erg.* *L* 23 rectum (*1*) *circu* (*2*) ut *L* 28 *rationale* (*1*) +) (*2*) vid. *L*

*aequale*, vel reflexivum, seu reciprocum, ut *figura lateribus inter se aequalibus terminata*, *corpus semper sibi simile*, *corpus attributa habens a pristinis diversa* (+ absoluta tamen est, quia respectum absolvit; seu continet quod ad terminationem requiritur [+).]

10) Inclusa[6] est, quae ad aliam includentem componendam cum alia aliisve convenit, sive (+ hoc est compositione recta vel obliqua +) connotans sit, sive connotata, sive terminans, sive terminata, ut *Entis* notio concretim est inclusa in *substantiae* et *accidentis* notione, in *Entis* item *finiti* et *infiniti* (contra Suaresium). *Solidae figurae* notio terminative includit notionem *superficiariae*, *mixti* notio, notionem *simplicis*.

11) Comprehendens[7] seu comprehensiva est ipsa illa quae in logica dicitur latior, comprehens[a] quae strictior c. 15. § 7.

12) Comprehensiva secundum abstractionem (ἀφαίρεσιν) quae in comprehensa includitur, ut concretim componens. Ut *trianguli* notio comprehendit notionem *trianguli aequilateri*, concretim ex utraque compositam: Vel ut terminatim componens, sic *possidentis* notio[8] comprehendit *divitis* notionem tanquam terminatim eam componens, nunquam autem ut pars terminans, notio enim *multarum opum divitis* notionem non comprehendit. Potest tamen per accidens et terminans notio eam cujus ipsa est terminans, comprehendere. Sic *anguli deinceps positi* notio comprehendit *anguli recti* notionem, et ipsa tamen est inclusa in notione *anguli recti*, tanquam pars terminans.

13) Comprehendens sine abstractione[9] est quae in notione comprehensa non ita includitur, sic notio *curvae* comprehendit notionem *peripheriae*;[10] item notio

---

[6] Requirens
requisita

[7] Latior
strictior

[8] (+ Dives est possidens multas opes, itaque *dives possidentem* componit terminative seu compositione obliqua, licet enim dives sit possidens, tamen *multas opes* de divite non praedicari patet. +)

[9] *Am Rande*: 𝔑

[10] ⟨An⟩ quia definitionem rectae non ingreditur *linea non-recurrens*? Verum conficere possumus, ut ingrediatur ⟨curvae cum mutantur⟩ definitiones.

1 reflexivum, (*1*) ut (*2*) seu *L* 3 f. (+ absoluta ... requiritur *erg. L* 6 (+ hoc ... obliqua +) *erg. L* 11 comprehensiva *L ändert Hrsg.* 15 comprehendit (*1*) *divites* (*2*) *divitis L* 17 cujus (*1*) com (*2*) ipsa *L* 26 | 𝔑 *gestr.* | (+ Dives *L*

---

8 Vgl. F. Suarez, *Metaphysicae disputationes*, 1597, II, bes. II, 9. 10 f. J. Jungius, a.a.O., lib. I, cap. XV, 7.

*recurrentis* comprehendit notiones *peripheriae* et *Ellipticae. Non recurrentis* notio comprehendit notiones *Rectae*, *parabolicae*; *Hyperbolicae conchyleos.*

14) Comprehensa κατὰ πρόσθεσιν appositionem sive restrictionem est cujus comprehendens κατ' ἀφαίρεσιν. Ex paragrapho 12. hic.

Comprehensa absque restrictione, est cujus comprehendens absque aphaeresi talis est ex § 1[3]. hic.

15) Restringens contrahens seu determinans notio dicitur quae vel concretim adjecta notioni comprehendenti vel eandem terminans cum ipsa notionem comprehensam componit.

16) Conceptus formalis est ipsa notio menti inhaerens et rem menti repraesentans. Conceptus objectivus est res ipsa vel [ali]quid rei a conceptu formali repraesentatum, quatenus ita [repraesentatur.]

De conceptibus formali et objectivo nota, quod ille semper est Ens reale etiam cum fictam rem repraesentat. Hic plerumque Ens rationis etiamsi rem veram repraesentet, quandoquidem multis inadaequatis notionibus rem unam depingit, et tot fingit conceptus objectivos quot sunt formales.

Nota secundo dum breviloquentiae studio objectivis conceptibus inhaeserunt Logici pepererunt notiones praedicabilium mixtim reflexivas.

17) Notiones praedicabiles sunt quarum altera de altera praedicari potest.

18) Notiones inter se essentiales (coessentiales), quae ejusdem rei essentiam perfectius aut imperfectius exprimunt.

Ex iis

Generica est simpliciter referens quae ad alteram ita essentialis est ut eam comprehendat.[11] Specialis seu specifica est simpliciter referens ad alteram ita essentialis ut ab ea comprehendatur.

Differentialis est connotans quae genericam restringens eandem specificam concretim componit. Non differt differentialis a generica in eo quod strictior sit illa, vel specificae reciproca, si enim est quandoque reciproca per accidens illud est.

---

[11] (+ Differt ergo *Genus* a *differentia*, quod *genus* est simpliciter referens, ut *animal*, *differentia* est connotans ut *rationale*; permutando fieri posset *rational* genus, *animale* differentia. +)

1 f. notio (*1*) comprehendens (*2*) comprehendit *L* 2 *Hyperbolicae* (*1*) comprehendit (*2*) *conchyleos. L* 3 14) (*1*) Comprehendens (*2*) Comprehensa *L* 4 f. hic (*1*) 15 (*2*) Comprehensa *L* 6 14. *L ändert Hrsg.* 8 f. notionem (*1*) comprehendentem (*2*) comprehensam *L* 18 f. reflexivas (*1*) 18. (*2*) 17 *L* 26 f. specificam (*1*) concretivam (*2*) concretim *L* 27 illa, (*1*) quae (*2*) vel *L* 28–S. 1089.1 est (*1*) 18 (*2*) 19 (*a*) Transcendens notio est quae (*b*) Reciprocae *L* 30 *rationale*; (*1*) si mutes (*2*) permutando *L*

19) Reciprocae notiones dicuntur quarum utraque de altera praedicabilis est.

20) Transcendens notio ut *Ens* est quae per aliam *rationale* ita restringitur, ut ipsa ut *Ens* absque hac *rationalis* possit, haec *rationalis* absque ipsa non possit in mente formari.

21) Inaequaliter univoca dicitur comprehendens cujus comprehensarum una a reliqua vel reliquis includitur vel praesupponitur (+ ut *Numerus* respectu *unitatis* et aliorum +).

22) Divisio Entis quam minimo cum incommodo haec potest esse, ut Ens aliud sit infinitum aliud finitum. Hoc vel completum quod ad essentiam alterius constituendam non pertinet, et vel substantia quidem completa vel accidens completum, Accidens vel forma accidentalis vel modus externus; vel incompletum quod pertinet. Et aliud quidem substantiale, nimirum vel pars sive essentialis sive integrans, vel modus internus.

23) Notio abundans seu pleonastica est, ex qua pars aliqua auferri potest, ita ut reliqua eandem rem aeque perfecte referat.

24) Expresse abundans, in qua eadem notio bis eadem compositionis specie includitur, ut *homo rationalis*, *animal vivens*, *animal pedatum*. NB. in externa oratione tecta videri haec potest: latet enim *rationalis* notio in *hominis* vocabulo, imo etiam in notione ejus confusa, non tamen in distincta.

Est interdum pleonasmus ob vocum structuram, in externa oratione in definitionibus necessarius, ut *triangulum*, *figura tribus lineis terminata* definitur recte, quanquam τὸ *lineis terminatum* includatur jam in *figurae* notione.

25) Tecte pleonastica est in qua eadem notio non iteratur[12] eadem compositionis specie, ut *curva circumferentia*, *uniformis circumferentia*, *uniformis recta*.

Geometrae non curant magnopere nec in quo praedicamento sit peripheria, nec an tanquam genus de diametro praedicetur *linea inscripta*, an ut aliud praedicabile, sed

[12] (+ Ut ad 13 dixi omne comprehendens ingredi, ita hic dicam in omni pleonastica eandem notionem iterari. +)

2 f. ut *Ens* *rationale* ut *Ens* *rationalis* *rationalis erg. über* notio aliam ipsa hac haec *L* 6 f. (+ ut (*1*) *Unitas Numerum* licet (*2*) *Numerus* . . . aliorum +) *erg. L* 8 incommodo (*1*) fieri potest (*2*) a finito (*3*) haec *L* 11 forma (*1*) vel (*2*) accidentalis *L* 12 sive (*1*) accidentalis (*2*) | sive *str. Hrsg.* | integrans, *L* 18 confusa | etiam *str. Hrsg.* | , non *L* 22 f. eadem . . . specie *erg. L* 25 ut *erg. L* 26 (*1*) quia ad 13 dixi omne comprehendens ingredi, itaque (*2*) (+ ut . . . ita *L*

notiones tantum comprehendentes per restringentes ita contrahunt, ut pleonasmus obscuritas, ambiguitas, circulus notionum et reliqua definiendi vitia vitentur.

26) Praedicatio recta (synonymica, primitiva essentialis, quidditativa[)] est ubi simpliciter referens de simpliciter referente praedicatur. Hujus, affirmantis, fundamentum est identitas duorum inter se; negantis diversitas.

Transversa (paronymica, denominativa, accidentalis[)] ubi connotans vel de simpliciter referente, vel de connotante praedicatur. Hujus affirmantis fundamentum est identitas duorum [in tertio], negantis diversitas.

Nota: Adjectiva praedicati loco posita, nullo adjuncto substantivo non semper connotant ipsius enuntiationis subjectum, sed sufficit aliquod substantivum, quodcunque illud sit intelligi, vel confuse tantum, v.g. *nullus corvus est albus*, id est *res alba*. Hinc distinguitur inter accidentia ἁπλᾶ seu simplicia seu simpliciter talia quae certum subjectum non connotant, et inter συνδεδυασμένα, quae certum subjectum determinate ⟨innunt⟩, quale est simum, quod nasum connotat non aliud. Aristot. 6 *Metaph.* 2 et 7. Docere hoc potest dianoea haec: *Omnis corvus est niger. Nullus cygnus est niger. Ergo Nullus cygnus est corvus.* Ubi si praedicatum majoris esset *corvus niger*, minoris *cygnus niger* forent quatuor termini. Cum tamen legitimum sit argumentum.

8 inter se *L ändert Hrsg. nach Jungius* 11 tantum, (*1*) ut (*2*) v.g. *nullus L* 13 inter (*1*) δεδυσμένα (*2*) συνδεδυασμένα, *L*

8 Vgl. J. JUNGIUS, *Disputationes noematicae*, VIII, 17 (JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 28 S. 996; LH IV 7C Bl. 179 v°). 12–14 Vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, VI, 2, 1026 a 33 – 1027 a 28; VII, 5, 1030 b 14 – 1031 a 8.

# 230. ARS LULLIANA IVONIS
[1680 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug: LH IV 3, 5d Bl. 1. 1 Bl. 4°. 2 S.

In Auseinandersetzung mit Ivos Darstellung von Lulls *Ars magna*, exemplarisch des *circulus tertius* (vgl. N. 215) mit *termes generaux, comme Magnitudo, Potentia, Duratio, Virtus*, entwickelt Leibniz eine eigene Reihe allgemeiner Begriffe: *lieber etwas zusammengesetzt als ganz einfach*. Die Datierung entspricht dem gut belegten Wasserzeichen.

## Ars Lulliana Ivonis

In *Digesto sapientiae* P. Ivonis debebant Indices rerum Alphabetici trium Tomorum redigi in unum,et non tam paginae adjici, quam potius combinationes, ad quas unaquaeque res pertinet; in indice Alphabetico dicitur Acceptilationem quaerendam Tomo 2 pag. 516. Satius dixisset quaerendam sub combinatione cui eam subjecit nempe: finis contrarietatis.

Eundum erat a combinationibus, ad terniones et quaterniones.

Ita: Cognitio finis contrarietatis. Potestas cognitionis virtutis.

Octodecim TERMINI sunt: ABSOLUTI Bonitas, Magnitudo, Duratio, Potestas, cognitio, voluntas, virtus, Veritas, Gloria. RELATIVI differentia, concordantia contrarietas, principium medium finis; Majoritas aequalitas minoritas.

Absolutos disticho huic inclusi.[1]

*Si Bonitas Magna est Duratque Potentia Docti*

---

[1] *Am Rande*: *Omne bonum magnum est duratque potentia docti Si vis virtutem stat tibi verus honor*

12 sub (*1*) hac combinatione ubi (*2*) combinatione *L* 12 f. nempe: (*1*) pr (*2*) finis *L* 15 f. virtutis. (*1*) In octodecim illis TERMINIS (*2*) Octodecim TERMINI *L* 16 ABSOLUTI *erg. L* 19 f. inclusi. (*1*) Nam (*2*) Si *L*

---

9 IVO Parisiensis (Capucinus), *Digestum sapientiae*, Editio secunda, 3 Bde, Paris 1659–1660. 16–18 Leibniz folgt hier der Aufzählung im *Prooemium*, Bd 1, S. 11. 21 f. Diese Fassung des Lullianischen Merkverses hat Leibniz auch bei N. 216 in einem Wort verändert am Rande notiert.

*Qui Vult virtutem Vera illi gloria praesto est.*

Relativos huic versui

*Convenit in Medio quodcunque aequale vocatur.*

Nam sub Convenientia seu concordantia facile meminisse possumus differentiae et contrarietatis; sub Medio, principii et finis; sub aequali majoris et minoris.

Caeterum in ipsis Octodecim Terminis haec displicent: 1mum) aliquos superesse atque resolvi posse in alios ex his ipsis: ita Voluntas est cognitio bonitatis, Virtus est potestas bonitatis. Gloria est cognitio virtutis. Majoritas aequalitas Minoritas ad magnitudinem reducuntur. 2o) multos terminos deesse, exempli gratia locus, actio, tempus. Hinc duratio resolvitur in terminos duos: unum ex positis alium ex omissis, est enim magnitudo temporis. 3o) posse plures relativos sub uno comprehendi. Nempe differentia concordantia contrarietas sub collatione; principium Medium finis sub ordine. Ex his ergo octodecim supererunt isti tantum: Bonitas, Magnitudo, Duratio, potestas, cognitio, ordo, collatio. Simpliciora multo: Essentia, coessentia. Existentia, coexistentia. Cogitatio, Extensio. Vel sic potius: Subjectum, Essentia, Mutatio, Relatio; cogitatio, extensio. Ex relatione essentiae multitudo et comparatio. Ex multitudine eorum quae in aliquo comparari possunt seu homogenea sunt totum et pars: seu magnitudo. Magnitudo essentiae in parvo subjecto est perfectio seu bonitas. Ex perfectione existentia. Ex Essentia et Mutatione causa et effectus, actio passio. Ex his etiam prius et posterius; adeoque tempus; simul, adeoque locus. Res redit ad ista quatuor praedicamenta: Substantia sive subjectum; Qualitas sive forma; Actio-passio sive Mutatio. Denique Relatio. Nam cogitatio et Extensio sunt speciales quaedam expressiones formae et subjecti. Et videtur omnis substantia esse extensa et cogitans simul, adeoque substantiae, qualitatis, mutationis, relationis varietates, ab extensione et cogitatione sumi.

Formas non alias invenio quam ideas seu id quo cogitationes distinguuntur. Est autem in cogitatione adhuc aliud quiddam quam in objecto. Nam in objecto sunt tantum magnitudo, figura, motus, cogitatio. Sed Magnitudo figura, motus, supponunt alicujus rei magnitudinem et figuram, velut subjecti; quod ipsum subjectum denique rursus cogitans est. Itaque cum in rebus reperiantur: extensio, motus, cogitatio, necesse est esse aliquid in

6 haec (*1*) desidero | (*2*) displicent *erg.* | *L* 6 f. aliquos (*1*) amplius (*2*) superesse atque *L* 7 ita (*1*) Duratio est magnitu (*2*) Voluntas *L* 10 resolvitur (*1*) partim (*2*) in *L* 14 f. coexistentia. (*1*) Cognitio, Extensio (*2*) Cogitatio *L* 15 Subjectum *erg.* *L* 15 Essentia, (*1*) Relatio (*2*) Mutatio *L* 17 comparari | perfecte *gestr.* | possunt *L* 21 forma; (*1*) Mutatio (sive Actio-passio) (*2*) Actio-passio *L* 23 videtur (*1*) extensio ipsa subjecti ratio; (*a*) cogitatio autem ipsa ra (*b*) cogitandi autem v (*2*) omnis *L* 23 esse (*1*) cogitans, (*2*) extensa *L* 24 ab (*1*) extensionis et cogitationis varietate (*2*) extensione *L* 26 f. tantum (*1*) extensio, situs (*2*) magnitudo *L* 29 reperiantur: (*1*) magnitudo, mutatio (*2*) extensio *L*

cogitatione quod in his non est. Cogitatio est expressio objecti multiplicis in uno subjecto. Imo videtur praeterea in cogitatione esse expressio sui. Actio haec in seipsum videtur intimam constituere naturam cogitationis. Nam etsi expresse mihi sint objecta, si cognoscere non possim, ea mihi expressa esse, nihil agam.

Itaque ex Actione in seipsum caetera sequuntur. Nam eo ipso quod in me expressum est, seu passiones meas percipio, perceptio enim nihil aliud est quam actionis in seipsum modus. In omni actione et passione necesse est agens in patiente exprimi.

Caeterum ad promtum Terminorum generalium usum, malim nonnihil jam compositos quam plane simplices adhibere: sumamus ergo:

Generalia Praedicamenta: Substantia, Quantitas, Qualitas, Actio -Passio, Relatio, Quando, ubi, ordo. (Versus: *res talis tanta est, age refert quando ubi et ordo.* )

Specialiora: Extensio, Figura, Motus, Potentia, Scientia, Voluntas.

Praedicabilia: individuum, Genus, Species, differentia, proprium, accidens.

Loca: Nomen; definitio, divisio; subjectum, Adjunctum; idem, diversum; pars, totum. Causa, effectus; Antecedentia, consequentia; consonantia repugnantia.

Quaestiones: quis quid ubi quibus auxiliis cur quomodo quando. Quamdiu, quibuscum, quantopere (*quamdiu* et *quantopere* complecti liceat sub *quousque* ) quoties, quove ordine. Hoc in deliberativo ubi quaeritur non quid sed quomodo.

Commendationes: Necessarium, honestum, jucundum, utile tutum, justum, pulchrum, commodum, aptum comprobatum consuetum, durabile. Hoc in demonstrativo, ubi quaeritur non quomodo sed quid.

Probationes: Testes, documenta, ⟨fama⟩, confessio, signa, omina. Haec in genere judiciali ubi quaeritur an aliquid factum sit aut etiam futurum.

(+ Utilius rem totam una imagine complecti et ejus partes percurrere quam procedere per dichotomias. +)[2]

---

[2] *Am Rande*: Huc versus Lucretii . . . *viae connexus pondera plagae Concursus, Motus, Ordo, positura, figura.*

Catalogus affectuum, virtutum, vitiorum. Catalogus scientiarum nam res

9 f. ergo: (*1*) Bonitas, Magnitudo, | (*2*) qualitas, quantitas *erg.* | Tempus, Locus, potentia, Scientia, Voluntas (*3*) Generalia Praedicamenta: *L* 11 Relatio (*1*) ord (*2*) Quando *L* 11 ubi, (*1*) situs (*2*) ordo *L* 11 f. ordo. (*1*) Bonitas, figura, (*a*) situ (*b*) Exten (*c*) N (*2*) | (Versus: . . . *ordo.*) *erg.* | Specialiora *L* 13 Praedicabilia: (*1*) Genus, Specie (*2*) individuum *L* 14 Loca: (*1*) definitio, Divisio (*2*) Nomen; *L* 14 divisio; (*1*) pars to (*2*) subjectum, Adjunctum *L* 14 diversum; (*1*) causa (*2*) pars *L* 19 f. quomodo. (*1*) Bona (*2*) Commendationes (*a*) jucundum, (*b*) Necessarium *L* 20 f. tutum . . . aptum *erg. L*

---

27 f. vgl. LUCRETIUS, *De rerum natura*, V, 438 f. u. I, 685.

## 231. AUS ADAM BRUXIUS, SIMONIDES REDIVIVUS
[1680 bis 1682 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug: LH IV 6, 19 Bl. 16. 1 Zettel (10,5 × 18 cm). 2 S.

Vorwiegend in den hier angenommenen Jahren gilt Leibniz' Interesse mnemotechnischen Hilfsmitteln. Den Titel seiner Vorlage hat er im Verkaufs-Katalog von Fogels Bibliothek wie zahlreiche andere markiert. Die Randbemerkung rückt das Stück in die Nähe von N. 232.

Adamus Bruxius Sprotta – Silesius Medicus Halensis editit *Simonidem redivivum* Lipsiae 1610. 4°. in quo continentur variae Tabulae ad artem m[n]emonicam utiles, ipsarum Tabularum usum ait se privatae seu orali institutioni servare.[1]

Et primum exhibet modos figurandi Numeros, [Tabula I, p. 28–33] tum per res numerorum Characteribus similes (ita *5* repraesentat per anguillam tortuosam), tum per res quarum nomina sunt ipsorum nominibus similia (ut *Tria* et triticum), tum per res certi numeri (ut *septenarium* per planetas).

Deinde Literas [Tabula II, p. 34–48] exhibet per animalia quorum nomina iisdem literis incipiunt, et quidem tam per nomina propria virorum et foeminarum, quam per nomina appellativa animalium (ita *A Abraham, Absolon* etc. *Adelgunda, Agnes* etc.

---

tractari potest theologice juridice medice mathematice etc.

Catalogus professionum vitae, ut consideremus quid in unoquoque nobis quadrans. Catalogus officiorum vel munerum in aliqua ditione. Omnia itaque absolvuntur CATALOGIS.

[1] *Am Rande*: Joh. Ravennas, Marafiotus, Schenckelius. Subjectus est libro Bruxii *Nomenclator mnemonicus seu index Alphabeticus rerum figurabilium tam nominum quam verborum*. Saepe discipuli una voce a praeceptore suggesta omnium ⟨recor⟩dantur. De mnemonica Muret lib. 3. *variar*[*um*] *lect*[*ionum*] c. 1.

15 propria (*1*) hominum et ma (*2*) virorum *L*

---

7 f. A. BRUXIUS, *Simonides redivivus: sive Ars memoriae et oblivionis tabulis expressa . . . Cui accessit Nomenclator mnemonicus ejusdem authoris*, Leipzig 1610. 24 M. A. DE MURET, *Variarum lectionum libri XV*, Antwerpen 1586, lib. III, cap. 1. Die Hinweise auf Ravennas, Marafioti, Schenckel und Muret finden sich im Vorspann von Caspar Cunradus zum *Simonides redivivus* unter dem Titel *In . . . Adami Bruxi . . . Artis Memoriae Tabulas*; ohne Seitenzählung.

*Accipiter, Acanthis* etc.), per res figurae similes ut *A* per circinum expansum fabrorum lignariorum cum axe, *E* per pectinem.

Voces infigurabiles [Tabula III, p. 49–60] (rerum quae sensibus non subjacent) per alias voces consonantes: (ita *palam*, per *paleam* vel *paliurum* sive per *saponem seiffe*); ut scilicet ista quae alias imaginari non licet, imaginationi subjiciantur ubi adhibet etiam commutationes literarum (ut *simium* pro *nimium*, *porrum* pro *porro*). Signum factae commutationis est si rem litera sua prima permutata similem dictioni signandae adjunxerimus, ut pro Gallico *siege* ponatur *wiege*, in ea jacere fingatur puer cui nomen *Salomon*. Pro voce *per* poni potest *aper* truncato capite. Possunt et plures voces infigurabiles jungi inter se ad conficiendam figurabilem, ut pro *qui es* fingatur *aliquis quiescens*. Et contra resolvi potest in voces figurabiles, ita pro *suspectus* cogitetur *sus*, *pectus*, item pro *Casus* ponatur *Ca* rolum *sus* mordet. Si baculum ponas pro syllaba *ba* distingues eum colore et figura etc. a baculo pro seipso posito. Interdum scribitur litera prima et postrema, ut *so* pro *subito*. *Nempe*, *Nicolaus mactat equum*.

Propria nomina [Tabula IV, p. 61–63] notantur per facinus egregium, Etymologiam, ut *Cicero* a *Cicere*, insignia, ut *Gallia* per tria lilia, character corporis, ut *Scanderbeg* per labia cruenta.

Substantiva [Tabula V, p. 64 f.] notantur item per Metonymiam generis pro specie, partis pro toto, subjecti pro adjuncto, vel contra, ac metaphoram, ita invicem se habent *passer* et *salacitas*, *navis* et *anchora*, *Homo* et *manus*, *animal* et *taurus*; *Distillatio* et *alembicus*; *plebs* et *bellum multorum capitum*; item per signum, *judaeus* et pileus ruber, *aurum* et ☉.

Abstracta [Tabula VI, p. 66 f.] per subjectum ut *Castitas* per *Josephum*, per oppositum, ut *divitiae* per *Lasarum suspicientes*, consequens, ut *blasphemia* per *linguae amputationem*, causa[m], ut *foecunditas* per *salviam*, *puritas* per *ignem*, *diligentia* per *ferulam*.

Adjectiva [Tabula VII, p. 68 f.] per subjectum (ut *dives* per *Croesum*), per oppositum (ut *magnus* per *pygmaeum*), per consonantiam (ut *acerbus* per *cerberum*, *prudens* per *rudens*), signum, ut *pacificus* per oleam.

3 (rerum . . . subjacent) *erg. L* 9 plures (*1*) literae (*2*) voces *L* 13 etc. *erg. L* 14 ut (*1*) *De* pro *Di* (*2*) *so L* 15 f. egregium, (*1*) (+ ⟨rem⟩ nomin⟨e⟩ prop (*2*) Etymologiam *L* 16 ut (*1*) *Bohemia* per (*a*) G (*b*) leo (*2*) *Gallia L* 18 Substantiva (*1*) notantur per virtutem aut vitium, (*2*) notantur (*a*) ut *salacitas* per *passerem*, (*b*) item *L* 20 *salacitas*, (*1*) *argent* (*2*) *navis L* 20 *anchora*, (*1*) *Bibli* (*2*) *Homo L* 21 *alembicus*; (*1*) *argentum* (*2*) *plebs L*

6–9 Signum . . . *Salomon*: vgl. BRUXIUS, a.a.O., S. 51, Nota.

Verba [Tabula VIII, p. 75–80] per consonantiam, ut *amare* per *amarus*. Per animal tale quid agens, *decipio* per *alchymistam*, *applico clysterem* per *ibia*. Per instrumentum (ut *findo* per cuneum), per gestum concurrentem (ut *taceo* per impositum ori digitum), per consequens, ut *pejerare* per *digitorum amputationem*. Per proverbium (ut *invidere* per *rumpantur ut ilia Codro extollere*, *Elephantum ex Musca facere*, *dissimulare artem*, *Mercurius infans*, similia exempla fabulae; ut *domari*, *canis lignum alligatum portans*, *incarcerari*, *Bajazethes*; *placere pater et filius cum asino peregrinantes*.

Sententiae integrae, [Tabula IX, p. 81–93] ut *stat sua cuique dies*. Per primam literam, syllabam, vocem, aut plures. Per imagines proprias (ut Aphorismus Hippocratis: *qui tabe molestantur, si sputum quod extussiunt grave olet injectum carbonibus et capilli a capite defluunt*, *lethale*. Figuretur phthisicus in prunas expuens quem nares obturantem mors a tergo crinibus trahit relicta in capite calvitie). Per historias (*Mala citria resistunt veneno*, repraesentatur mulier pomum citrium dans facinoroso qui cicutam bibere debebat. *Vires explorandae in minoribus*, ut Porcia Bruti uxor se novacula vulnerans. *Mutare dominum in pejus*, fabula ranarum trabis et ciconiae, vel asinus coria gustans, *habenti dabitur*, Equus imperatoris in aqua mingens). Hieroglyphica, ut grus cum lapillo significat *vigilandum esse*. Somnia, ita Mandanis Astyagis filiae.

Historiae vel fabulae [Tabula X. p. 94] integrae retinentur per partem notabiliorem.

Contiones et orationes [Tabula XI, p. 95] distinguantur in partes. Citationes per autorem et numerum.

Carmina [Tabula XII, p. 96 f.] per verba stropharum ⟨ordientia⟩.

Syllogismi [Tabula XIII, p. 98 f.] inprimis per medios terminos.

Tempora [Tabula XIV, p. 100 f.] per numeros, circum⟨stantias⟩.

4 ut (*1*) *furari* per (*2*) *pejerare* *L* 9 literam, (*1*) S supra ⟨figuretur⟩ (*2*) syllabam *L* 12 quem (*1*) mors (*2*) nares *L*

5 *rumpantur . . . Codro*: VERGIL, *Eclogae*, VII, 26. 8 *stat . . . dies*: VERGIL, *Aeneis*, X, 467. 10–12 Vgl. HIPPOCRATES, *Aphorismi*, sect. 5.

# 232.SCHENCKELII METHODUS LATINAM LINGUAM DISCENDI ET ARS MEMORIAE
[1680 bis 1682 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 6, 19 Bl. 1–4. 2 Bog. 2°. 8 S.

Der Datierung liegen die Wasserzeichen zugrunde, von denen eines gut belegt ist, das andere selten. Das Exemplar des Buches von Schenckel mit Randbemerkungen unbekannter Herkunft, aus dem Leibniz exzerpierte, liegt nicht vor. Er folgt dem Autor teils wörtlich, teils stark zusammenfassend. Das von Schenckel 1619 zitierte *Congestorium* von Romberch (1620), im Verkaufs-Katalog der Fogelschen Bibliothek ohne Erscheinungsjahr, hatte Leibniz dort wie zahlreiche andere Titel markiert.

Leibniz' eckige Klammern sind in Text und Varianten durch (: . . . :) wiedergegeben.

TITULUS

*Lamb. Th. Schenckelii Methodus, sive declaratio quomodo Latina lingua sex mensium spatio ab adolescentibus octodecim aut plurium annorum magnum desiderium et diligentiam afferentibus possit addisci.*[1] *His subjungitur brevis tractatus de utilitatibus et effectibus artis memoriae summa dignis admiratione. Elogia de eadem doctorum hominum. Item Apologia in eos qui librum Schenckelii de arte memoriae male edidere. Argentorati impensis Eberhardi Zezneri 1619* 8°. Libellus est 124 paginarum in 8°.

PAGINA VERSA

Graeca[2] promittit docere tribus mensibus, ut idem praestent quasi tribus quatuorve annis in vulgaribus scholis essent instituti. Efficiet etiam ut pueri X vel XII annorum et ultra, intra biennium tantundem praestent. Addit et quo eruditionis aliqui 18, 20, 30, 40 annorum intra unum mensem aut ad summum duos in latina, graeca vel quavis alia perduci possint ab artifice perito. Item de singulari docendi Methodo regum summorumque principum filios. Item de latina graecaque linguis vel quavis alia solo usu perfecte comparanda.

[1] *Bezugsstrich nach unten* Graeca
[2] *Bezugsstrich von oben* addisci

14 *et diligentiam erg. L*

16 *eos*: vgl. unten nach Fußnote 16. 16 *librum*: L. TH. SCHENCKEL, *De memoria lib. II*, Douai 1593; *Traité de la mémoire*, Douai 1593.

Schenckelius libellum hunc edidit Pragae 1617.

Monet praeceptorum latinae linguae non esse tantam multitudinem quin intra menses duos aut tres enucleari possint, et quatuor 5 aut 6 memoriae feliciter mandari; inprimis superfluis omissis. Si praxis (+ analysis +) linguae latinae in tribus quaternionibus Ciceronis alteriusve boni autoris demonstretur, idem erit judicium de reliquis, nam eaedem praxes occurrent. Qui potest in ordinem grammaticum disponere quae in uno quaternione continentur poterit quae in toto libro. Non opus seorsim vocabula composita aut derivata ediscere. In syntaxi vix triginta vel quadraginta regulae fere semper se offerentes, reliquae rariores. Quicquid ex prosodia scitu magis dignum, octiduo doceri potest.

Inter eos qui de re didactica melius sensere sex tantum nominabo, Philippum Alovinum Cominii Dominum, cui do Comitem Nic. Clenardum collegam patris mei in Lingua Graeca docenda in collegio Bellovaco Lut. Paris. 1531, Dom. Antonium du Val Mathematicum regium, et Dom. Joh. Faugerium Consiliarium regium consummatissimum Jurisconsultum qui duobus mensibus linguam Germanicam superiorem Gallus Lutetiae[3] attigit, Dominum Davidem Montferrarii Dominum in Curia Montpeliana praesidiali Judicem criminalium et legum Professorem; Dominum Annaeum Feliso insignem Jurisconsultum, Patronum causarum in Parlamento Lutetiano, qui ignarum artis legendi 15 diebus promte legere docuit, ut silentio praeteream Jul. Scaligerum, Cornelium Valerium Ultrajectinum, Simonem Verrepaeum, Nic. Frischlinum, alios.

Experientia testis est puerum 15 aut 16 annorum, si linguae discendae desiderio teneatur, et habitet in urbe ac domo, ubi nullam aliam sex mensium spatio audiat, frequentibusque variis de rebus colloquiis intersit, non tantum intelligere, sed et loqui, quanto magis si individuum habeat socium promte de omni re loquendi materiam, formulas, proverbia, sententias in quotidianum sermonem frequenter incidentes, suppeditantem et interpretantem, errores accentumque corrigentem, repetentem ut parca serventur, maxime idem faciant aequales, cum quibus ludendo confabulandoque

---

[3] *Am Rande*: NB.

4 in (*1*) uno, du (*2*) tribus *L* 13 Dom. *erg. L* 18 causarum (*1*) , qui (*2*) in *L* 26 omni (*1*) mater (*2*) re *L* 26 materiam (*1*) suppeditantem, (*2*) , formulas, *L* 28 repetentem ut parca serventur *erg.* (*1*) si (*2*) | maxime *erg.* | *L*

---

1 a.a.O., Dedicatio, S. 5. 2–S. 1099.2 a.a.O., S. 6–9. 16 a.a.O.: addidicit.

versetur puer. Quae si in lingua succedunt minus regulari, quanto magis in graeca et latina.

Pueris vulgo ediscendi proponentur versus obscuri, quibus praecepta continentur, quos deinde explicant prosa; dumque omnia sine judicio accumulant, onus aetna gravius pueris imponunt, succumbentes clamoribus, minis, verberibus extimulant, haud secus atque videmus asinos passim tractari.

Si quis artem adhibeat plus discent adolescentes sex mensibus, quam alias totidem annis.

Volumus auditores esse convictores, nullis rebus distractos, in ampla domo vel castro ab urbe dissito, una duabus vel pluribus horis. Surgent mane, ut parati sint hora quinta, cubitum ibunt nona. Studebunt ipsi in Musaeo a sexta ad septimam, a nona ad decimam, a prima ad secundam, a semioctava ad seminonam, deinde lectis precibus ibunt cubitum. Docebuntur a septima ad octavam, a decima ad undecimam, a secunda ad tertiam, a quinta ad sextam. Sed a quinta matutina usque ad sextam habent horam si volent repetitioni et studiis tribuendam. Omnis lectio erit semihorae vel trium quadrantum, reliquo quadrante retractabunt audita, inter se conferentes, dubiaque magistro proponent, ejusque responsionem ad singula in libello diligenter annotabunt. Octo itaque horas impendent studiis quotidie, sed audire docentem non est laboriosum, ut neque attendere ad emendationem compositionum, vel translationum, item scribere materiam loquendi componendi vel transferendi; semihora qua jentaculum sumunt, hora qua prandent, et alia qua caenant instar respirationis est, et tamen colloquiis de cibis secandis, porrigendis, aliisque rebus ad propositum facientibus multum proficient. Recreationis tempore conabuntur ipsi in medium proferre et usui applicare quae didicere, nec minus proficient latine semper loquentes quam in schola. Dominicis et festis diebus, horis ab officio divino liberis repetent quicquid tota septimana didicerunt ut parca conserventur. Labor difficilior est quatuor in die horis studere, ut memoriae tradantur quae scitu necessaria sunt; translatio et compositio quatuor supradictis horis includuntur. In summa 8 horis studemus, 8 respiramus, 8 dormimus; die naturali in tres aequales partes diviso.

Pronomina cum sint tantum 18 facile noscuntur. Tantum aliquid subtilitatis in reciprocis, ubi exemplis opus. Participia sunt tantum nomina verbalia tempus connotantia. Praepositiones sunt tantum 47, et octo inseparabiles. Interjectiones paucae et faciles. Conjunctiones plures sed ab officio fere dignoscuntur. Adverbia plura, sed usitatiora una

14 Sed *erg. L*

3–8 a.a.O., S. 10–12. 9–29 a.a.O., S. 13 f. 30–S. 1102.18 a.a.O., S. 15–19.

comprehendas pagella. Has sex partes in suum locum redigere aliquis discet intra triduum vel quatriduum.

Declinatio prima una lectione disci potest, et exceptiones quas habet paucissimas, item secunda quarta quinta; uno igitur die 4 discent declinationes. Diebus sequentibus duobus discant tertiam; et exceptiones accusativi singularis et pluralis; ablativi singularis; [nominativi et genitivi] pluralis; figura et exceptiones una continentur pagina, quae in octo aequales partes divisa quis facile addiscet. Genera nominum regulariter internoscuntur significatione et terminatione, sed addendae exceptiones, non adeo multae, omissis peregrinis, propriis, rarioribus nominibus, ita omnia continebuntur tribus paginis et 4, 5, aut 6 dierum spatio discentur. Una cum genitivo singulari nominum tertiae declinationis, et accentu penultimae, vel producto vel correpto. Quatuor enim in die habebuntur lectiones per Temporis intervalla modo supradicto.

(+ Quid[4] si solum doceantur sufficientia ad omnem animi sententiam latine enuntiandam, omissis aliis vocabulis non necessariis, ita putem posse aliquem discere quod ad loquendum latine sufficiat intra Mensem. +)

Supersunt in nomine irregularia, variant scilicet genus declinationem, utrumque: pauca ex his in frequenti usu. Raro numerum habentia pluralem in genere, in specie vero singularia masculini foeminini vel neutra; indeclinabilia deficientia, uno, duobus, tribus, quatuor, quinque casibus; in singulari vel plurali: sed valde pauca haec talia. Abundantia casu, declinatione; haec omnia duabus paginis et una facie comprehensa sunt, faciamus 5 vel 6 dies in ediscendo transire, tribus commode docebuntur. De comparatione unde et quomodo comparativus et superlativus formentur: quae regularis, irregularis et defectiva: una continet pagina, et octo vicibus memoriae commendarentur. Haec de Nomine.

Verbi formae conjugandi activorum et passivorum sane uno die docerentur, octo diebus memoriae mandarentur cum magna sit similitudo, ut qui unum activum et passivum teneat unius conjugationis, visurus sit omnia reliqua verba sic fere procedere. *Sum* fere totum ingreditur verbum passivum. *Fero*, *volo*, *nolo*, *malo*, *edo* paucis exceptis ad formam regularium conjugantur. Restant tantum praeterita et supina.

---

[4] *Am Rande*: NB.

6 ablativi singularis et *L ändert Hrsg.* 13 omnem (*1*) sermonem eleganter e (*2*) animi *L* 15 sufficiat (*1*) ; ho (*2*) intra (*a*) septimanam (*b*) Mensem *L* 18 vel (*1*) neutri generis (*2*) neutra; *L*

---

18 a.a.O.: feminini vel neutri generis. Pluralis tantum numeri in genere: in specie masculina, feminina, neutra; 24 f. a.a.O.: docerentur, duobus memoriae.

Primae secundae et quartae conjugationis generales sunt regulae, exceptiones non ita multae, ita ut 18 exercitiis queant memoria comprehendi, tribus lectionibus doceri exacte. Tertia sola fere 24 requireret exercitia, ut firmiter memoriae imprimatur. Octo vero horis per intervalla sufficienter explicarentur omnia, ita ut nihil de verbo restet, quam irregularia et defectiva, quorum tractatio 4 foliolis comprehensa est. Et fingamus 24 exercitiis constare, ut perfecte omnia insculpta sint memoriae.

In syntaxi 30 vel 40 ad summum regulae usitatiores semper in examine alicujus sententiae prosa vel carmine propositae, vel in auctore imitationis occurrentes, reliquae rariores, omnes tamen explicentur et discantur. Viginti syntaxeos paginae, sed praecepta sine exemplis vix essent paginarum 5 aut 6. Unaquaeque pagina in octo partes divisa, octo vicibus id est duobus diebus memoriae traderetur, ergo 160 diebus disceretur tota syntaxis, cum omnibus exemplis, videlicet spatio 5 mensium.

Restat mensis pro prosodia qui abunde sufficit, nam 7 aut 8 diebus docebitur 15 memoriae imprimetur, quia cum genitivo nominum tertiae declinationis et cum praeteritis et supinis verborum simplicium, quibus semper unum adjectum est compositum cum declaratione quantitatis, magnam partem prosodiae imbiberunt. (+ Est quaedam pars prosodiae quae pronuntiando non sentitur, ut quantitas antepenultimae, haec differri potest ad poesin. +) Quantitas syllabarum omnium cognoscitur positione et diphthongo, una lectione docebuntur, duabus horis discentur. Quinque regulae ad idem servientes una lectione explicantur, alia memoriae traduntur, reliquas sex regulas fac duabus per intervallum horis exponi et memoriae mandari.

Exemplo ut cognoscatur quantitas explicatis annotationibus de[5] Synaloepha et Ectlipsi, mensione[6] breviter una atque altera lectione docta ediscentur a pueris hora vel duabus, reliquum consistit in versibus aliquot Ovidii vel Virgilii ut ex iis quantitas appareat autoritate. Adde Textoris *Epitheta*, *Prosodiam* Smetii et similia. Prima ac

[5] *Am Rande*: 𝔍l

[6] *Darüber*: 𝔍l

14 tertiae (*1*) conjugationis (*2*) declinationis *L*

7 a.a.O., S. 19–22. 25 J. RAVISIUS TEXTOR, *Epitheta. . . . Opus absolutissimum, post varias editiones ipsiusque auctoris recognitionem, et doctissimorum virorum emendationes locupletatum, et innumeris mendis repurgatum. Accesserunt de prosodia, libri IIII . . .*, 1587; Basel 1602; 1617. 25 H. SMETIUS, *Prosodia . . . quae syllabarum positione et diphthongis carentium quantitates . . . demonstrat*, 1613; Frankfurt 1633.

mediae syllabae quantitas cum exceptionibus, quomodo vocalis ante vocalem noscatur, hora docebitur, duabus discetur. Quomodo autem derivatione hora docebitur, tribus discetur. Quomodo quantitas primae syllabae cognoscatur in specie praepositione hora docebitur, hora discetur. Compositione dimidiae, accentu diminutione eodem temporis spatio docebitur et discetur. Ultimae syllabae quantitas vocalis longae una hora docebitur, duabus discetur. Brevis una hora docebitur una hora discetur. De communi idem. Restat consonantis longae *as*, *es*, *os*. Singulae tribus horis docebuntur et totidem discentur. *An*, *in*, *on*, una docebuntur, duabus discentur. *B*, *C*, *D*, *L*, *M* commodissime una hora explicantur, alia discentur. Item *R*, *IS*, *US*, et *T* cum exceptionibus.

P e d e s sex vel octo simplices, Spondaeum, pyrrichium; Trochaeum, jambum; Dactylum, anapaestum; Molossum, tribrachym; nosse sufficit una lectione, et uno exercitio. Ex his enim alii componuntur. Carminum genera unde nomen habeant, quae illarum constitutio una lectione vel duabus doceri poterit, nec opus ediscere. Praecepta prosodica transferenda ad usum brevioribus carminum generibus.

Nobis ita propositum Grammaticam totam tribus exhibere Tabulis una cum annotationibus scitu magis necessariis; reliquas annotationes libello respondente Tabulis, pro iis scilicet qui volunt in docenda juventute perseverare, vel secretiora cognoscere. Idem et de Grammatica Graeca in animo est, tantum librarii sunt in mora.

Degustatis regulis syntaxeos generalibus translationi et compositioni operam dabunt quod fiet initio secundi mensis quotidie, semper latine loquentur a primo aut secundo mense incepti cursus. Mulcta in eos qui recident in syllogismos jam emendatos. Magister de quacunque velint materia loquendi formulam suppeditabit, soloecismos in loquendo scribendoque emendabit, addita ratione. Praecepta in sententiis prosa et carmine examinabit, in aliquot etiam Epistolis Ciceronis vel oratione; monstrato Grammaticae collocationis ordine, compositiones et translationes eorum corriget, suam dictabit pro exemplo. Regulas elegantiae aliquot suppeditabit. Epitomam copiae verborum declaratam usui applicare monstrabit. Quotidie ab[7] opere incoepto quater per temporis intervalla loquendi formulas quinque sermoni vel compositioni inservientes ex Terentio, Caesare, Cicerone, Plauto aliisque scriptoribus Romanis desumtas et quotidiano sermoni accommodatas ediscent, et vespertina repetitione efficient, ut nihil excidat perceptorum. Locutiones

[7] *Am Rande*: (+ male locutus +)

19–S. 1103.7 a.a.O., S. 23–25. 20 f. a.a.O.: secundo die incepti.

variare addiscent per modos, tempora, personas, numeros, casus, Activam in passivam, aliisque modis in Epitome copiae verborum explicatis. Praeceptorem quotiescunque voluerint de dubiis consulent. Ipsi quas volent Epistolas sermone patrio conscribent et in Latinum convertent. Secundum admonitiones ipsius diligenter in legendo singula observabunt.

Graecam linguam intellecta latina discere multo facilius, triumque mensium spatium sufficit, neque enim opus declarare quod nomen, verbum, etc.

Rem Experientia probare sum paratus, in Latina Graeca Hebraea et Gallica satis feliciter uno anno cum multorum admiratione tradenda, ut non tantum intelligant, transferant, componant, sed et promte loquantur. Haec de adolescente 18 aut plurium annorum, pueri vero 10, 12, 14 annorum duobus annis in lingua Latina et Graeca possunt illis esse pares. Idque sine taedio labore, sanitatis offensione, magnaque cum alacritate.

Quatuor annos antequam me ad docendum contuli sum de his meditatus, inde 24 annos docendo consumsi aliaque longe majora inveni. Docui Etteni, Mechliniae, Thenis, Antverpiae, Rhotomagi, Lutetiae Parisiorum; anno 1576 edidi jam Tabulam publicae Scholae Mechliniensis Antverpiae apud Plantinum, titulus est: *Tabula publicae scholae Mechliniensis summam rei scholasticae breviter complectens omnibus docentibus perutilis, sic digesta per Lambertum Thomam Schenckelium Dusilvium* (+ Herzogenbusch +) *publicae scholae rectorem ac Scholarcham Mechliniensem*. Item edidi *exemplum Scholae trilinguis artium liberalium a Corn. Valerio Lovanii in Collegio Trilingui Professore celeberrimo aliisque viris doctis examinatum et approbatum* Antverpiae apud Ant. Thilenium 1580, item *Tabulam Declinationum comparationum et conjugationum* Latinarum item Graecarum *artificiose concinnata*[*m*] *unoque intuitu omnia simul oculis objiciens*, apud eundem eodemque anno praeter multos alios libellos editos. Et hic subjungere placet Specimen laudabiliter dirigendae in studiis adolescentiae.

In Classe sexta quae infima, rudimenta linguae latinae exacte et distincte tradentur usque ad syntaxin, idque fiet tribus mensibus, in qua erunt 8, 9, 10 annorum pueri, scientes legere promte, et mediocriter scribere, simul addiscent quater in die per idonea temporis intervalla, tres loquendi formulas, in quotidiano colloquio frequentem usum

8 paratus, (*1*) Latinam Graecam Hebraeam et Gallicam (*2*) in . . . Gallica *L* 13 meditatus, (*1*) Ante (*2*) inde *L* 23 *conjugationum* (*1*) apud eundem et eodem anno (*2*) *Latinarum* *L*

8–26 a.a.O., S. 27–29. 15–24 a.a.O.: exstat ab anno . . . Tabula . . . Item exemplum . . . Tabula . . . concinnata . . . 27–S. 1104.25 a.a.O., S. 29–31. 27 a.a.O.: et discrete.

habentes, reliquis tribus mensibus exercebuntur in iisdem, repetendo et utiliter fructuoseque disputando, reliquis sex regulae syntaxeos generaliores pro captu explicabuntur, et exempla similia suo marte formare assuescent, audita conservabunt repetitione disputatione translatione et compositione brevissimarum epistolarum.

In Quinta classe syntaxis integra vel regulae in sexta omissae, compositionibus praecepta usui applicabunt paulo longioribus in formulis ediscendis continuabunt. Altero quadrante generalia rudimenta linguae graecae discent facili et jucunda methodo, formulas graecas in quotidianum usum incidentes conjungent, et loqui non infeliciter incipient, reliquis duobus anni quadrantibus jungentur graeca exempla latinis earum regularum quae cum his conveniunt ut ostendatur id verum esse majori ex parte, et compositione breviuscula puerili ingenio accommodata, praeceptiunculas in usum traducent, atque etiam translatione.

In Quarta prosodia latina brevis in qua necessariae scitu tantum praeceptiones, perspicua methodo et facili ordine. Et ex graeca quae cum latina conveniunt, ut positio, diphthongus, vocalis ante vocalem etc. In elegantibus sententiis usus demonstrabitur, et denique in libello Ovidii *Tristium* aut *de Ponto*. Et componere incipient a brevioribus ad longiores versus progredientes: declinatis vitiis et observatis virtutibus carminum. Materia puerorum ingenio accommodata et grata a Magistro suppeditanda. Et in nullo exercitii genere onerandi, sufficit si tres quatuor aut quinque versus componant, Epistolium 6 aut 8 linearum. Et haec fient tribus mensibus, aliis tribus continuabitur exercitatio componendi disputandi repetendi. Obiter breves sententias, hemistichia vel carmina Graeca memoriae commendabunt. Non plura quam duo vel tria simul. Posterioribus duobus Quadrantibus reliqua praecepta syntaxeos Graecae primo, prosodiae secundo audient. Componere incipient et progredientur, ut dictum est de Latinis.

In Tertia. *Rhetorica* Cornelii Valerii Ultrajectini *per interrogationes et responsiones perfecte digesta* pro utiliore puerorum disputatione praelegetur, et sex Mensibus absolvetur. Et dispositiones per omnia causarum genera dilatare et contrahere assuescent. Exercitationibus in prosa et carmine, latinis et graecis, neutiquam intermissis. Declamationibus publicis latinis et graecis prosa et carmine, brevioribus tamen in principio secundum artificium Rhetoricum exercebuntur. Et comoedia vel tragoedia semel aut bis in anno latine vel graece exhibebitur.

7 et (*1*) expedita (*2*) jucunda *L*

26–S. 1106.4 a.a.O., S. 31–33. 26 f. C. VALERIUS, *Rhetorica . . . universam bene dicendi rationem perspicua brevitate optimoque ordine absolute complectens, nunc ad majorem puerorum commoditatem per interrogationes et responsiones perfecte digesta, . . . per Lambertum Schenckelium*, Antwerpen 1593; 1596.

In Secunda Dialecticae compendium Aug. Hunnaei vel Titelmanni docebitur tam exacte, ut in disputationibus argumenta forment idonea, in quavis figura et modo; et reducant nunc ad secundam ex tertia, et ex hac et secunda ad primam: ad impossibile etc. Haec primis sex mensibus. Sequentibus sex Physicae Epitomen satis absolutam audient, fietque repetitio eorum, et plenior declaratio, quae non satis ex dialectica assecuti fuere, et disputationibus publicis instituendis exercebuntur, ad quas patebit aditus quibuscumque viris doctis. Idque in Materia studiosis idonea, non intermisso exercitio compositionis, prosae et carminis, latini et graeci: declamationum, actionum, comoediarum et tragoediarum. Orator Graecus et Poeta enucleabitur, promtissime latine et graece loquentur.

In Prima seu suprema. Hic Physicae Compendium Titelmanni vel alterius docebitur exacte. Exercitationes Rhetoricae ac Dialecticae privatae et publicae continuabuntur in orationibus in utramque partem latine et graece componendis et publice habendis. Orator Graecus et Poeta altioris paulo styli proponetur: ac dabitur opera ut multis orationibus Latinis ac Graecis oratione soluta et ligata omnia et singula praecepta in usum revocentur. Promtiores in sermone Latino et Graeco hic erunt quam in lingua (+ male +) materna. Posteriore semianno Grammatica Hebraica exponetur et una cum praeceptis dabuntur formulae loquendi in quotidiano usu necessariae ut satis promte loquantur tribus primis postremi semianni mensibus, posterioribus syntaxi et prosodia explicatis component, sicut declaratum est de Latina et Graeca linguis.

Diebus Dominicis et festis Catechismus Minimus in sexta et quinta, in quarta parvus Catechismus; aliaque nonnulla, in tertia et secunda major, in prima de casibus conscientiae, ita docebuntur, ut non modo examinati ad sacerdotium, sed etiam ad pastoratum, munusque concionandi idonei sint ac cum fructu bonoque exemplo vitae officio Ecclesiastico fungantur.

Hinc futurum ut Exercitationes istae aliis civitatibus innotescant et undique convolent plurimi convictores. Auditores talis collegii aut scholae, Lutetiae vel in quacunque alia Academia, in ascensu primum locum supremumque honorem consequantur, et

9 comoediarum (*1*) , latinarum et Graecarum (*2*) et *L*

1 A. HUNNAEUS, *Dialectica, seu generalia logices praecepta omnia, quaecunque ex toto Aristotelis Organo, philosophiae tironibus ad ediscendum proponi consueverunt*, neue Ausg. Antwerpen 1552; 1568; 1579. 1 F. TITELMANS, *Dialecticae considerationis libri sex, Aristotelici Organi summam, hoc est, totius dialectices ab Aristotele tractatae complectentes*, Antwerpen 1533; Paris 1582. 11 F. TITELMANS, *Philosophiae naturalis compendium, seu libri XII de consideratione rerum naturalium*, Antwerpen 1530; Köln 1544.

celebritas collegii longe lateque vagetur per Galliam vel aliud regnum in quo tale Gymnasium erit institutum.

Haec pluribus exposita in *Tabula scholae Mechliniensis* et *exemplo scholae Trilinguis artiumque liberalium.*

TRES METHODI linguarum docendarum secretae Schenckelii:

I. Methodus qua declaratur quantum quis uno mense in lingua latina possit proficere. Si quis (vir eximius et occupatus aliis) velit, uno mense tantum in latina lingua proficere, ut sciat exacte declinare conjugare comparare, genera, praeterita supina, cum exceptionibus; accentu longo brevive penultimae syllabae, nominum tertiae declinationis et in compositione verborum; regulas syntaxis generalis et prosodiae scitu necessarias; et ut de variis rebus in communem sermonem incidentibus eleganter loquatur cum admiratione audientium; rationem praeceptorum in Autore imitationis (+ classico +) reddat; latine inter se loquentes, concionem ⟨item⟩ vel orationem habitam vel lectam aliosque libros humili dicendi genere conscriptos majori ex parte intelligat, quoad verba scilicet seu filum orationis, non quoad materiae difficultatem, ac per se deinceps ulterius progrediatur, quod magnum requirit honorarium seu remunerationem non vulgarem.

Requiritur autem ut magnum afferat desiderium, ut sit eo mense liber ab omnibus aliis occupationibus. Ne vero se quis putet obrutum iri majori onere quam par est, septem vel octo horae permittentur quieti nocturnae, [quater] in die per tres horae quadrantes et temporis intervalla docentem audiet, quatuor horis per interstitia studebit, octo horis respirabit intra quas comprehenditur hora prandii et altera coenae. Tempore respirationis jocando, ludendo, corpus exercendo audita in usum reducet, sine labore molestia et taedio magna cum animi voluptate.

Idem judicium de lingua graeca.

II. Methodus docendi magnorum principum filios, ut ipsi nesciant (+ quasi +) se unquam opem dedisse literis, et tamen latine et graece sciant, utramque

4 f. *liberalium.* (*1*) Methodus qua declaratur quantum quis uno mense in lingua latina possit proficere, si quis magnus dominus vellet ut sciret exacte declinare et conjugare et comparare, genera, praeterita et supina cum exceptionibus; accentu longo aut brevi penultimae syllabae, nominum tertiae declinationis (*2*) TRES *L* 5 linguarum docendarum *erg. L* 20 quatuor *L ändert Hrsg.* 27 tamen (*1*) graece et latine (*2*) latine *L*

3 a.a.O., S. 33. 3 S. oben vor Classe sexta. 6–S. 1107.7 a.a.O., S. 36–38. 10 a.a.O.: Regulas Syntaxis generales. 11 a.a.O.: in quotidianum sermonem. 13 a.a.O.: reddat; si audiat Latine.

promte loquantur; pietatis teneant praecepta et religionis; historias et fabulas cum earum morali interpretatione: documenta imperii et regni gubernandi tam belli quam pacis tempore non minus quam illi qui quinquennio aut sexennio in scholis a quibusdam imperitis vel ad officium recte faciendum non serio admodum attendentibus, detinentur.

III. Brevis facilis et perspicua methodus docendae linguae latinae et graecae, absque taedio, hilari cum recreatione, s o l o u s u, unius anni spatio alterutram, ut tam promte loquantur ac intelligant, imo promtius quam maternam.

Obtulit operam Imperatori, et Henrico IV regi Galliae, cui a Domino de Marillac Magistro libellorum supplicum fuit oblatus.

Ejusdem Schenckelii *brevis tractatus de utilitatibus et effectibus* admirandis *artis memoriae, ad eum perfectionis gradum perductae, ut nihil restet nisi applicatio, et quid singulis lectionibus proponatur, deque circumstantiis et conditionibus, a Lamberto Thoma Schenckelio Dusilvio ejusdem plus quam 26 annis professore. Argentinae typis Conradi Scher. 1619.* 8°.

Schenckelius docuit hanc artem in Belgio, Germania, Burgundia, Gallia, Bohemia, auditores habuit Archi-Episcopos, Episcopos, Duces, Comites, Barones, Praesides, Consiliarios, Senatores, Doctores in omni facultate, aliosque viros magnos, et studiosos quam plurimos. Examinatus ab Episcopis Antverpiensi, Leodiensi, Coloniensi, Herbipolensi, Basileensi, Atrebatensi: a Senatu Academico Lovaniensi, Duacensi, Herbipolitano et aliis, postremo a Magnifico rectore Parisino praemisso examine acceptoque juramento in numerum Universitatis cooptatus est. Permissum ipsum literis Regiis artem memoriae docere per totam Galliam, auditoresque prohibiti ne publice aut privatim citra ejus voluntatem aliosque doceant, sub gravi mulcta.

Cum caeterae corporis et ingenii facultates arte poliantur, quidni et memoria quae inter praestantissimas haberi debet. Cui connexa ars dictandi, X, XV, XX aut pluribus scribis diversas eodem tempore materias. Et tam celeriter excipiendi calamo, ac concionatores, oratores vel advocati loquuntur. Una[8] cum Methodo studendi artibus liberalibus,

[8] *Am Rande*: NB.

8 Obtulit (*1*) specimen (*2*) operam (*a*) C (*b*) Imperatori, *L*

3 a.a.O.: qui sexennio aut octennio in. 8 f. a.a.O., S. 5 u. 33. 10 a.a.O.: *effectibus admirabilibus* 15–23 a.a.O., S. 42 f. 24–S. 1108.27 a.a.O., S. 43–45.

et gravioribus disciplinis, minori labore et fructu majore, ut quis commilitones ea destitutos superet, quamvis ingenio et industria praestantiores.[9] Aliud praeterea artificium memoriae neque locis, neque imaginibus indigens. Item quomodo praemissa exercitatione trium aut 4 septimanarum formari possint ducenta quinquaginta locorum millia, intra spatium orationis Dominicae, idque decies [aut saepius] in die sine studio aut labore, exactius quam alius destitutus arte, toto faceret anno.

Ita distribuere omnia et singula quae quis arti semel applicuit, ut sine confusione facilius 7 artes liberales, tres sublimiores disciplinae, historiae omnes, conciones, fabulae, earumque explicationes retineantur, quam alius sine hac directione tres artes liberales, et unam ex superioribus disciplinis, eaque habere extra (+ puto intra +) memoriam, cui tantum opus, sensum retinere (+ si scilicet non est verbotenus ediscendum +).

Sic disponere artes liberales, Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam, Historias sacras et profanas, D. Thomam aliosque[10] Ecclesiae Doctores, controversias, Casus Conscientiae, quicquid denique cognitione dignum est, ut omnia oculis repraesententur corporeis.

Formare in Mente Bibliothecam omnium arti applicatorum librorum, et in iis contentorum, et illa uti quasi Bibliotheca materiali, quae maximo sumtu et molestia circumferretur.

Absolvet cursum novem vel XI diebus unam tantum horam quotidie impendens; decimam vel duodecimam. Dubia quae se offerant ex omnibus lectionibus proponentur, ad quae ex tempore respondebitur.

Si qui in dignitate constituti domi suae artem audire cupiant, modo aliquot simul conveniant statuta hora lubens quocunque tempore et loco se illis sistet, quod si absoluto cursu quidam existiment sibi non satis factum, summittet se arbitrorum judicio sine omni contradictione.

Sed hoc etiam omnes admonitos cupit se non nisi mense uno aut ad summum duobus in hac urbe commoraturum.

---

[9] *Am Rande*: NB.
[10] *Am Kopf der Seite*: Programma

5 septies *L ändert Hrsg.* 5 sine (*1*) ullo s (*2*) studio *L*

---

17 a.a.O.: in memoria Bibliothecam. 18 a.a.O.: quae magno compararetur sumtu, et maxima huc illuc nobiscum molestia circumferretur.

Hoc velut programma autoris mox uberius declaratur hoc modo:

Prima lectione traduntur fundamenta artis, et regula Vocabulorum intellectorum, et declaratur exemplo XXV talium vocabulorum, quae statim aliqui ex auditoribus recto, retrogrado et intercalari ordine repetent, sine mora ac haesitatione, quidam adeo promte, ac si ex charta legerent. Sequenti die alia 25 vocabula ab ipsis [auditoribus] suo marte applicantur et repetuntur feliciter. Ita consequenter de quo Hippias gloriatur apud Platonem, velut de magno bono quod possit 50 vocabula quolibet ordine repetere. Si quis quotidie duos quadrantes divisim huic exercitio vellet tribuere X vel XV diebus 200, 300, 500 aut plura referret. Et posset usque ad 6000 paulatim deinde pervenire et nominata quacunque voce numerum indicare, tanta cum admiratione hominum, ut putent id captum excedere humanum.

Sequitur Regula secunda, sententiarum sive textus continui, declaratur exemplo 12 aut 15 sententiarum, quas auditores repetunt quaternas, deinde a duodecima reditur ordine ad primam, et contra, quod a quibusdam fit felicissime hora, quidam exercitatione indigent unius duorum vel trium dierum. Neque hic licet synonymum pro synonymo collocare in quibus tamen facillimus est lapsus; nec situm dictionum mutare. Sequenti die dicuntur aliae 12 aut 15 sententiae a professore, bis unaquaeque, quas auditores per se applicant et repetunt. Et nonnullis felicius succedit, quam cum alterius ductum sequuntur. Haec est difficillima regula totius artis. Si quis tamen in ea se exerceat X aut XV diebus, XX vel XL sententias exacte poterit ad verbum recitare. Si quid raro tamen contingat transponi vel omitti leviter admonitus facile supplet.

Ita Biblia, Institutiones, Tituli, et compendia ad verbum retineri possunt.

Longiore exercitio anni aut duorum, [60, 200] sententiae a quibusdam repeterentur quod Seneca in prologo declamationum de se testatur.

Tertia est regula collocandarum rerum mire facilis, ut exempla memorabilia, Apophthegmata, similitudines, historiae; conciones, causarum actiones, subjungitur demonstratio in XII exemplis antea si fieri possit non auditis; auditores facile vident, 50 vel 100 exempla eadem facilitate posse repeti, qua totidem vocabula. Haec facile accomoduntur ad conciones, causarum actiones, negotiorum tractationes.

6 autoribus *L ändert Hrsg.* 18 repetunt. (*1*) Haec est d (*2*) Et *L* 23 60 a 200 *L ändert Hrsg.*

1–29 a.a.O., S. 45–49. 7 f. Platon, *Hippias major*, 285e. 13 f. a.a.O., Errata: quaternas vel quinas, deinde a duodecima vel 15. reditur. 23 a.a.O.: 60. 80. 100. 200. 24 L. A. Seneca Major, *Controversiae*, I, praef., 2; zitiert bei M. A Muret, *Variarum lectionum libri XV*, Antwerpen 1586, lib. III, cap. 1, S. 61.

Quarta Regula monstrat quomodo vocabula non intellecta et non figurata retineantur, ut sunt Adverbia, conjunctiones, praepositiones, interjectiones, Numeri item Arithmetici, et quomodo personae sint exprimendae (+ nomina propria credo intelligit +), quae[11] lectio nobis magis jejuna et sterilis est visa, aliis [aliter] videtur. Si tamen unum quod in ea est praeceptum exercitatione assequamur, non modo sterilis sed et aliarum fere omnium instar esset. Puto autem esse neminem, quin si serio vellet animum applicare semihora bis quotidie, possit assequi. Si autem 6 vel 9 menses vel annum consumamus, ut legere promte et scribere discamus, cur recusemus aliquid temporis huic studio impendere.

Quinta lectione Modus disponendae concionis, sive nos ipsi velimus habere, sive ab alio habitam eadem celeritate qua loquitur excipere; tum de oratione, in qua cum sint plures partes quam tres vel 4, aliter procedendum esse demonstratur. Et hoc fit non de verbo ad verbum, sed 4, 6 vel 8 a nonnullis XII sententiae sive [citationes] verbotenus retinentur ex concione, alia vero [materia] ordine suo, et quia fere eaedem sunt formae loquendi alicujus linguae, cujus peritissimi sumus,[12] fit ut videamur aliis imo ipsis concionatoribus ad verbum repetiisse. Repetere autem verbatim concionem, vel orationem unius horae non modo naturae vires omnemque exercitationem, verum etiam artem ipsam conjunctam longe superat. Fit tamen id sine arte, articulatim ediscendo, ut experientia patet, in quo apparet donum Dei. Accedente tamen arte, et hoc praestabitur citius. Additur quoque facilior modus retinendae concionis, quo et foeminae uti possunt. Postea de argumentorum collocatione et de praxi quam si quis exerceat quotidie, una hora, divisa in duas partes praesertim quod sibi promtitudinem comparabit, etiam thesaurum quo per totam vitam ornabitur consequetur.

Sexta docet latiorem tractatum locorum realium et imaginariorum, et quomodo praemissa exercitatione duarum trium aut 4 septimanarum sine alio studio et labore 250 locorum millia, imo millio seu 10,00000 intra spatium orationis Dominicae formari possint, idque decies vigesies aut saepius in die, ut absoluto exercitio praeparatorio, nunquam quis de iis deinceps in vita solicitus esse debeat, quod maximi in hac arte est

[11] *Am Rande*: NB.
[12] *Am Rande*: NB.

13 conciones *L ändert Hrsg.* 14 memoria *L ändert Hrsg.*

1–S. 1111.7 a.a.O., S. 49–51. 26 a.a.O.: decies centum milia.

momenti. Nam amatores hujus artis, alioquin in iis effingendis per totam vitam deberent esse occupati, quod molestum ac taediosum nimis foret. Modus quoque ita omnia distincte distribuendi, ut etiamsi artes liberales omnes, facultates, Historias, fabulas quicquid denique cognitione dignum est, retinere velimus, sine onere et confusione facilius retineamus quam alias tres artes liberales, unam ex disciplinis gravioribus et aliquot historias. Postremo docetur quo fulcro sustententur[13] omnia regulis artis applicata, ut nihil corruat, sed ut perpetuo maneant.

Septima lectio demonstrat Modum collocandorum librorum, quomodo videlicet singuli exprimendi, nulla in hoc difficultas. Major in citatione, quarum si magnus numerus, et satis difficilis satis tamen longe procedimus.

Subjungitur demonstratio dictandi ad verbum, 6, 8 vel 10, 20, 30, imo 100 scribis diversas Epistolas, sine haesitatione aut confusione in quo tamen plus est admirationis quam utilitatis, et oportet eum qui sic velit dictare prius omnia ad verbum ediscere quae singulis vult dictare. (+ Ita fateor rem esse facilem praesuppositis prioribus artis legibus. +)

Subjungitur modus dictandi 4, 6, 8 aut XII extempore. Exempli gratia accepit[14] aliquis fasciculum literarum, in quo 6 aut 8 Epistolae, legit singulas, quid cuique respondendum subito collocat, statimque responsiones deinde ordine dictat, sine ullo labore aut praeparatione, et hoc usum habere potest magnum, et tum non obligamur ad verba.

Subjungitur et modus tam celeriter excipiendi calamo ac loquitur orator, hoc tribus modis fit, primus nullam requirit praeparationem sed statim in praxim redigi potest, secundus et tertius requirunt mensis duorum aut trium, sed promtitudo semel acquisita nunquam amittitur, fingamus insumi tardioribus 4, 5, aut 6 imo annum, an non res dignissima. Tertius modus nobilissimus formamque occulte scribendi habet conjunctam, a nemine indagabilem. Si quis velit posteros legere sic descripta relinquet illis declarationem.

[13] *Am Rande*: NB.
[14] *Am Rande*: NB.

9 Major (*1*) pro (*2*) in *L* 14 esse (*1*) facilem +) (*2*) facilem praesuppositis *L*

3 a.a.O.: omnes (sub quibus Mathematicas complector) Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam, Historias. 8–S. 1112.12 a.a.O., S. 51–55. 9 f. a.a.O.: in Citatione, . . .: praecipue cum multae simul extempore sunt retinendae: . . .

Regula octava ostendit quomodo haec praecepta omnibus disciplinis applicentur, per earum divisiones et subdivisiones, Biblia, D. Thomas, tituli legum, ut semel applicata inhaereant; quomodo hac arte uti possint Advocati, Consiliarii, Legati, Notarii, Mercatores, Nuntii, idque uno ex 5 modis ad lubitum cujusque, dico tamen quae mihi magis probetur; forma quoque ostenditur disponendi scientias et historias ut omnia et singula oculis repraesententur corporeis.

Nona explicantur tres regulae ex 28, quibus observatis felicius majoreque cum decoro ars exercetur, reliquae privatim auditoribus legendae offeruntur impressae. Occasione unius ex tribus explicatis monstratur ars illa memoriae quae nec locis nec imaginibus indiget,[15] cujus opera quidam maxima quaeque praestant, licet prima fronte exigui videatur momenti, non potest tamen haec ex tempore exerceri, sed privato domi studio quaecunque volumus, accommodamus, ut perpetuo retineamus.

Adjicitur Methodus studendi minore labore et majore profectu quam commilitones, vide programma.

Postremo forma Bibliothecae conficiendae in qua non tantum tituli librorum, sed etiam tota materia in specie ita disponitur, ut quocunque simus loco etiam remotissimo illa utamur quasi praesentes oculis corporeis singula legamus in libro materiali. Subjiciuntur admonitiones aliquot, quid D. Thomas obscure et paucis de hac Arte, Cicero, autor ad Herennium, Quintilianus.

Subjiciuntur testimonia, quidam dicunt se conatos artem memoriae ex aliis autoribus assequi sed nunquam potuisse sicut vel ex primae lectionis declaratione. Delrio prima audita lectione statim 25 vocabula dictata quovis ordine repetiit. Quidam cum post auditam regulam sententiarum sexdecim sententias, et denique 32 sine haesitatione repetere didicisset, convictor ejus putabat eum valde defatigatum, sed ille respondit se citra ullam molestiam fecisse et velle certare post quadrantis spatium alia 20 repetere. Alius

[15] *Am Rande*: NB.

13 quam commilitones *erg. L*

13–19 a.a.O., S. 55 f. 14 Vgl. oben bei Fußnoten 8 u. 9. 18 THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae*, Secunda secundae, qu. 49, art. 1, resp. ad 2. 20–S. 1113.4 a.a.O., S. 60–64. 20 a.a.O.: Dn. Carolus de Bourgeois I. V. L. et in Senatu Ducatus Brabantiae Consiliarius . . . Antonius Heet Veldius I. V. L. Senator Lovaniensis . . . 21 f. a.a.O.: R. D. Joannes Del-rio Archidi: et Officialis Antverpiensis . . . 22 a.a.O.: D. Carolus Breidelius Pensionarius Brugensis, . . . Pensionarius Iprensis . . . 26 a.a.O.: Montii Hannoniae R. P. R. . . .

dixit: *didici quadrante horae, quod sine beneficio hujus artis nollem triduo discendum suscipere*. Alius, *si haec juvenis scivissem, quantus nunc essem*. Quidam duabus tantum lectionibus auditis, poterat jam concionem repetere, licet regulam de concione nondum audivisset; modumque quo usus fuerat exposuit.

Quidam R. Pater qui ante 12 annos me audierat Dolae, cum audisset artem jam ad eam perfectionem deductam, ut nihil deesset nisi applicatio, denuo audire non neglexit.

Cic. lib. 2. *de oratore*: *neque verum est quod ab inertibus dicitur opprimi memoriam imaginum pondere, et obscurari etiam id quod per se tenere* memoria *potuisset. Vidi enim ego summos homines et divina prope memoria, Athenis Carneadem, in Asia quem vivere hodie ajunt Sceptium Metrodorum, quorum uterque tanquam literis in cera, sic se ajebat imaginibus in iis locis quos haberet, quae meminisse vellet perscribere.*

Subjicitur REFUTATIO CAVILLATIONUM, anno 1592 ait se rudi demonstratione artis intellecta judicasse fundamentum esse firmum, cui plura superstrui possent, juvisse colloquia cum viris perspicacibus. Ait a nemine mortalium hactenus inventum modum formandi spatio quadrantis horae (praemisso exercitio, 2, 3, vel 4 hebdomanarum) tot locos quot opus pro omni scibili, ut 10 aut 20 milliones, imagines nullas invenire vel excogitare necesse est, omnes illas praeceptiones de imaginibus[16] inveniendis a multis traditas, tanquam superfluas omittimus, modum exercendae memoriae usitatum non rejicimus, sed sublevamus, et ita perficimus, ut si cui profectus cordi est, possit jucunda via hoc modo stupendum in modum progredi. Et si quis quater in die, per intervalla semihoram huic exercitio tribueret, nihil sanitati noceret. Nunquam auditum cuiquam hoc exercitium nocuisse. Artem hanc etiam nescientes quotidie aliquo modo exercent, nullius rei meminimus, nisi per locos et imagines. Nulla dieta observanda ideo vel a vino abstinendum.

Cosmas Rossellius edidit thesaurum artis memoriae, Perusiae 1575. Citat Schenkkelius quendam R. P. Joh. Romberch Theol. Professorem, qui anno 1520 de arte memoriae scripsit.

---

[16] *Am Rande*: NB.

1 hujus *erg. L* 3 licet (*1*) artem (*2*) regulam *L* 15 hactenus (*1*) formatum (*2*) inventum *L* 27 R. P. *erg. L*

---

2 a.a.O.: D. Caspar Wercelnastius I. V. D. Illustriss. Duci Lotharingiae a Consiliis, et in Camera Spirensi Agens, . . . 5 f. a.a.O., S. 67 f. 7–12 a.a.O., S. 73. – CICERO, *De oratore*, II, 88, 360: . . . id, quod per se natura tenere potuisset. Vidi . . .; bei Schenckel: . . . tenere natura . . . 13–28 a.a.O., S. 75; cav. 2, S. 78; cav. 3, S. 78 f.; cav. 6, S. 82; cav. 7, S. 91; S. 91–94. 26 Vgl. C. ROSSELLIUS, *Thesaurus artificiosae memoriae*, hrsg. v. D. Rossellius, Venedig 1579. 27 f. Vgl. J. ROMBERCH, *Congestorium artificiose memoriae*, Venedig 1520.

Subjicitur APOLOGIA in quosdam qui Schenckelii libellum ipso invito male ediderunt. Primus quidam Castelfranc minister Calvinianus librum in 4° Castresii edidit ante aliquot annos paucis mutatis suo nomine praefixo; ab aliquo perfido exemplum primae aut secundae editionis nactus, nam auditor meus non fuit, quod sciam. Hunc post secutus Ant. Bertramus Academiae Argentuensis typographus qui data fide silentii de octernione aut sesqui imprimendo, non servavit, sed clam vendidit, cumque lucrum perciperet tandem totum libellum latine ac separatim gallice sub meo tamen nomine specioso titulo typis subjecit (praefixo libro primo Duaci 1593 edito), edidit anno 1611. Eodem fere tempore duo alii prodiere, D. Joh. Papius Galbaicus et Francisc. Martinus Ravellinus, hic Heidelbergae Italicae et Gallicae linguae agit informatorem, is suo nomine edidit librum meum, male et mutile edidit, ait ab Italo quodam sibi traditum. Putat is artem tenerae aetati instillandam, inepte requiruntur circiter 16 aut 18 anni, et promta cognitio linguae latinae est afferenda, adeoque neminem soleo admittere nisi sit in rhetorica vel supra, tam crasse in aliis errat ut facile appareat secretae scripturae interpretationem non ab ejus manasse cerebello sed ab alio sagaciore suggestam vel emendicatam.

D. Joh. Papius Galbaicus edidit librum titulo: *Schenckelii detecti seu memoriam artificialem hactenus occultatam, a multis desideratam, nunc primum in lucem datam a*

7 latine . . . gallice *erg. L* 11 f. traditum. (*1*) 〈 – – 〉 est propu (*2*) Putat *L* 14–16 tam . . . emendicatam *erg. L* 17 librum (*1*) quem Schenck (*2*) titulo: *L*

1 libellum: L. TH. SCHENCKEL, *De memoria libri II*, Douai 1593. 2–S. 1115.18 a.a.O., S. 98–111. 3 a.a.O., S. 104: ante sex vel 8. annos – CASTELFRANC: nicht nachgewiesen. 4 secundae: vgl. L. TH. SCHENCKEL, *De memoria*, Lüttich 1595. 5–8 L. TH. SCHENCKEL, *Gazophylacium artis memoriae, in quo duobus libris, omnia et singula ea quae ad absolutam hujus cognitionem inserviunt, recondita habentur . . . Compendiose absoluteque et collectum et illustratum, . . . His accesserunt de eadem arte memoriae adhuc 3. opuscula: quorum 1. Joannis Austriaci, 2. Hieronymi Marafioti, 3. Joh. Sp. Herd. Omnia lectu et cognitu dignissima*, Straßburg 1611, S. 1–182. 9–12 F. M. RAVELLINUS, *Ars memoriae. Hactenus ab ejus primo autore, hujusce secundo quidem incognito, ita obscure studio tradita, ut legere nedum intelligere quis posset. Jam vero in gratiam et usum juventutis explicata, exemplis aucta*, Frankfurt 1617; vgl. *Variorum de arte memoriae, tractatus sex*, Frankfurt und Leipzig 1678: L. TH. SCHENCKEL, *Gazophylacium . . . His accesserunt . . . adhuc 5 opuscula: quorum . . . 4. Fr. Mart. Ravellini, 5. Joannis Willissi*, nach S. 378. 17–S. 1115.1 J. PAEPP, *Schenckelius detectus: seu, memoria artificialis hactenus occultata, ac a multis quam diu desiderata: nunc primum in gratiam optimarum artium, ac sapientiae studiosorum luce donata*, Lyon 1617; vgl. *Memoria artificialis Lamberti Schenckelii. Omnibus litterarum et sapientiae amantibus luci donata, una cum clavicula illam legendi, modum aperiente*, hrsg. v. A. Backhusius, Köln 1643.

*I. A. P. G. S. P. D.*, ego vero inquit Schenckelius non detectum sed contectum facile probavero; ipse jam detexi tam multos docens per 26 annos; pauci ex multis millibus, tanquam non satis capaces non admissi: libellum Latine quater excudi curavi, et semel Gallice in subsidium auditorum. Imo jam olim scriptum de arte, ipse D. Thomas licet paucis et obscure *secunda secundae* Q. 49. a. I. R. ad 2, et extant tot magni nominis autores. Ait se artem perfecte proprio marte assecutum, ergo non obligatum quominus alios doceat. Negat Schenckelius perfecte assecutum. Jactat se hic Papius, quod[17] invenerit lectionem occultae scripturae, cum tamen multi per se collegerint, quis enim non facile Hebraicum legendi modum tentet, si rectus non succedat. Adrianus Romanus Mathematicus celebris vix viso libro statim legit; licet literam otiosam praeposuerim idque interdum in longiorum dictionum partibus divisis.

In[18] tertia et quarta editione multis abjectis adjectis mutatis transpositis ars ad eam perfectionem deducta, ut vix agnoscatur idem esse liber. Ac in quinta editione quam in proximas vernales praeparo videbuntur multa hactenus non addita. Est enim nunc ars perfecta. Scribam autem tam aperte ac clare ac tot illustrabo exemplis, ut qui non hebeti sint ingenio plus inde queant proficere quam hactenus quisquam. Attamen nisi viva vox accesserit, corculum medullae non gustabunt.

Schenckelius nunc 72 annorum.

Specimina Justi Jungmanni impressa Marpurgi ante 16 annos, Corsici vero 1. cap. *var. lect.* Mureti.

Joh. Alstedius in *Systemate Mnemonico* haec verba habet: *Hujusmodi Alphabetum ex Schenckelio petitum accipe, quia Nic. Simonis non placet.* Sed cur meminit Alphabeti tantum, cum et fundamenta, et isagoge, et pene omnia ex eo transportata, pauca ex aliis,

[17] *Am Rande*: NB.
[18] *Am Rande*: NB.

4 Gallice: L. Th. Schenckel, *Traité de la mémoire*, Douai 1593. 4 f. Thomas von Aquin, *Summa theologiae*. 6 f. Ait: Paepp, a.a.O., Epist. dedic., S. 12; vgl. 1643, S. 12. 7 f. J. Paepp, a.a.O. 19 J. Jungmann, *Specimen artis memoriae Marpurgi Hassorum XXIX. XXX. Sept. et I. Octob. Styl. vet. anni MDCII. exhibitum*, Marburg 1603; vgl. J. Paepp, a.a.O.; vgl. 1643, S. 29–42. 19 f. a.a.O., S. 118. 19 f. M. A. Muret, *Variarum lectionum libri XV*, Antwerpen 1586, lib. III, cap. 1, S. 62–64. 21–S. 1116.2 a.a.O., S. 118 f. – Vgl. J. H. Alsted, *Systema mnemonicum duplex I. Minus . . . quatuor libris adornatum. II. Majus . . . septem libris. In quibus artis memorativae praecepta plene et methodice traduntur*, Frankfurt 1609–1610, Minus, lib. II, cap. 8, S. 81. 23 fundamenta: vgl. J. Paepp, *Artificiosae memoriae fundamenta, ex Aristotele, Cicerone, Thoma Aquinate, aliisque praestantissimis doctoribus petita, figuris, interrogationibus, ac responsionibus clarius quam unquam antehac demonstrata . . .*, Lyon 1619. 23 isagoge: vgl. J. Paepp, Ἐισαγωγή, *seu introductio facilis in praxim artificiosae memoriae*, Lyon 1618.

paucissima vel nihil ad rem ex sua pharetra. Frustra medicamenta ex Medicorum libris describit, nam nullis utor.

Venio ad Joh. Sommerium Silesium, eum gratis docui, potestatem ei dedi docendi artem communi lucro, fidem non servavit. Witebergae multum lucratus est. [Prodit] denique liber nomine *Gazophylacii* Venetiis impressus, sed revera Rostochii vel Lipsiae. Libellum meum ultimae editionis ei dederam, hunc mutilavit et corrupit.

(: Regulae a quodam exemplari Huic Schenckelii ascriptae: Nil magis memoriae nocet, quam potus extra coenam vel prandium, ideo non nisi site urgente bibendum; coena debet esse modica. Inter quietem non bibendum, nam pestis est ingenii et corporis. Inter potum et lectum debet esse intervallum semihorae. Quo plura memoriae mandabis hoc custodiet fidelius. Cum aliquid ei credideris, quiescere sine, postea ab ea reposces, quod ediscere vis ante cubitum aliquoties pellege [(+ ] meditare singula verba quae vis ediscere +). Cavendum a cruditate, crapula, a frigore potissimum cervicis. Per diem lecta ante cubitum in memoriam revocanda. [:)]

Ex Fabio quaedam. Si longior oratio per partes ediscenda, quae tamen non sint nimis exiguae, alioqui nimis multae erunt, et dandi quidam termini, quo facilius haereant apponendae notae, Ancoram si de navi dicendum, si de praelio spiculum. Memoria rem vestigiis quibusdam sequitur, ut intueri animo videatur, non paginas modo, sed et versus prope ipsos. Memoria expeditior, si discatur tacite, ne strepitus turbet, sit tamen vox modica et quasi murmur, ut duplici motu juvetur memoria dicendi, et audiendi. In experiendo sola quae excidere retractentur. Multum valet divisio et compositio. Prius exerceamur in ediscendis poeticis, post oratorum. Mirum dictu quantum interposita afferat firmitatis nox. In ediscendo de verbo ad verbum observetur ne quidem syllaba effugiat. In recitando ne ad libellum respiciatur, nihil admoneatur.

4 Prodidit *L ändert Hrsg.* 12 (: meditare *L ändert Hrsg.* 13 ediscere +). (*1*) Vinum nocet memoriae, (*2*) Cavendum *L* 18 ut (*1*) intueatur (*2*) intueri *L* 22 post (*1*) oratoriis (*2*) oratorum. *L* 24 , nihil admoneatur *L*

3–6 a.a.O., S. 121 f. 3 Joh. Sommerium: d. i. Martin Sommer. 4 f. M. SOMMER, *Gazophylacium artis memoriae, in quo omnia ea, quae ad absolutam hujus cognitionem inserviunt, recondita habentur compendiose et absolute collectum per Lambertum Schenckelium, nunc vero ipsius permissu . . . in diversis Germaniae academiis traditum et illustratum, Venetiis 1619. Apud Antonium Paduanium, bibliopolam Florentinum.* – Vgl. M. SOMMER, *Brevis delineatio de utilitatibus et effectibus admirabilibus arti memoriae ad eum perfectionis gradum perductae, ut amplius nihil restet, nisi applicatio, Venetiis 1619.*
15–24 QUINTILIAN, *Institutionis oratoriae libri XII*, XI 2, 27–29, 32 f., 35 f., 41, 43–45.

## 233. AUS UND ZU VAGETIUS’ EDITION VON JUNGIUS’ LOGIK
[Ende 1681 bis Anfang 1682 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 151. 1 Bl. 2°. 1 $^2/_3$ S.
*E* COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 426–428 (Teildruck).

Jungianischer Behandlung der Dianoea, insbesondere nicht syllogistisch beweisbarer Konsequenzen, galt Leibniz’ Aufmerksamkeit in N. 37, 39, 224, 227, 106. Die zweite Ausgabe der *Logica Hamburgensis* widmete Vagetius Hamburgs Stadtvätern am *8. Nov. jul. 1681*. Leibniz hat das Buch also wohl kaum vor Ende November gesehen. In seiner Abschrift des *dianoetischen Schlüssels* hat Leibniz nach den Seitenzahlen Beispiele und ergänzende Stellenangaben wohl nachträglich eingefügt. Daß er Vagetius’ Ausgabe erst später zur Hand nahm, etwa im Hinblick auf eigene Untersuchungen in Zusammenhang mit N. 162, 165, ist nicht auszuschließen.

Die wie bei Vagetius von Leibniz horizontal und durch geschweifte Klammern eingeteilte Tafel ist vertikal und durch abgestuften Einzug wiedergegeben.

Hanc Tabulam Jungius solebat commendare discipulis, et Logicae clavem dianoeticam appellare, adjecta est Editioni 1681.

Dianoea seu Consequentia vel immediata vel syllogistica. Et haec vel simplex quae sola apud Aristotelicos vel composita.

Dianoea immediata
- Mutua, sive Aequipollentia Logica
  - Syncategorematica in partibus sc. orationis non per se significantibus
    - Versatur in signis universalitatis et particulari[ta]tis affirmationis et negationis, p. 135, 136 *Logicae Hamburgensis*.
  - Categorematica
    - Inversio relationis *David est pater Salomonis* et *Salomon est filius Davidis* lib. 2. c. 10. § 12.
    - Conversio simplex, p. 175.

15 f. (*1*) Ad (*2*) Hanc . . . 1681 *erg. L* 17 seu Consequentia *erg. L* 27 *est erg. L* 27 *Davidis erg. L*

15 f. Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 35 S. 757 f.; Suppl. 14, lib. III, fin. 21 Bei Vagetius: Syncategorematica. 25 Bei Vagetius: Ratione partium per se significantium, qualis est. 26 Bei Vagetius folgt: 137. Aequipollentia praedicationis Physicae et Logicae, sive ab abstractis ad Concreta, et contra 174. 28 Bei Vagetius folgt: in propriis, 179.

Contrapositio, 178. *Omnis homo est animal, Ergo qui non homo non est animal*, add. p. 179.

Aequipollentia reflexae et rectae praedicationis p. 384, 385. *Omne animal est sensu praeditum, Ergo »animal« universaliter participat* τὸ *sensu praeditum. Omnis piscis est animal, Ergo animal est genus piscis.*

Sub qua etiam continetur aequipollentia ex oppositione orta p. 172. *Nullus lapis est frutex, Ergo falsum est quendam fruticem esse lapidem.*

(+ NB. +) Divisio relationum p. 387. *Rectae AB, AC sunt inter se aequales, Ergo recta AC est aequalis rectae AB.*

Non Mutua

Subalternatio p. 173. *Omne animal sentit, Ergo quoddam animal sentit.*

Conversio per accidens p. 176. *Omne animal vivit, Ergo quoddam vivens est animal.*

Ab Exponibili ad exponentem p. 181. *Animatum quatenus animatum vivit, Ergo omne animatum vivit.*

A rectis ad obliqua p. 181, affirmative. *Circulus est figura, Ergo qui circulum describit is figuram describit* lib. 2. c. 4. § 8.

A rectis ad obliqua inversa p. 395. *Omne reptile est animal, Ergo qui creavit omne animal is omne reptile creavit.*

[Ab obliquis ad recta] negative p. 499. *Quidam opulentus non est felix, Ergo quaedam opulentia non est felicitas.*

Dianoea composita

Nominata

Syllogismus biformis p. 266, 267. *Doctrina spiritus sancti donis confirmata praeferenda est non confirmatae. Illa Pauli, haec Pseudapostolorum. Ergo*

*Contractiva consequentia* p. 380, 381, 382, 383. *Quod*

11 387 (*1*) (+ non inversio +) (*2*) *Rectae L* 17 *est erg. L* 24 A rectis ad obliqua *L ändert Hrsg.* 28 267 (*1*) primi modi secundi modi (*2*) . *Doctrina L*

9 Bei Vagetius: 172, (Contradictoria sc.). 11 f. Vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 2. Ausg., hrsg. v. J. Vagetius, Hamburg 1681, lib. V, cap. V, § 32, S. 389, u. J. VAGETIUS, *Admonitio*, § 23. 31 Bei Vagetius: 380. 381. 383.

*universaliter convenit generi etiam speciei universaliter convenit. Ergo quod universaliter convenit animali etiam speciei animalis universaliter competit.*

Sorites p. 255.

Dilemma p. 25[8].

Innominata

p. 268.

p. 270.

In *Logicae Hamburgensis* secunda editione quae est anni 1681 quaedam correcta. Adhuc tamen corrigendum, quod pro *Maxima Directa* substituendum *Recta* toto lib. V.

In praeloquio huius editionis Vagetius quaedam non spernenda notavit.

Insufficientia communium Logicarum apparet ex eis quae habet Scheiblerus *log.* tr. 4, c. 13, tit. 9, ubi de syllogismo ex obliquis dicto. Cudisse apparet Scholasticos varias regulas ad syllogismos obliquos bonos a malis distinguendos, sed insufficientes, et parum tutas ut notavit Scheiblerus.

Dianoeae vel Immediatae simplices vel ex immediatis et Syllogismis Compositae. Simplices: ut inversio relationis lib. 2, c. 10, § 12, consequentia a rectis ad obliqua lib. 2, c. 4, § 8. Consequentiae ab enuntiationibus ad earum exponentes lib. 2, cap. 14 ad 18. Ex Compositis praecipuae sunt Contrapositio (lib. 3, c. 4, § 11 prior dicta) cap. 25, § 1 ad 3, Consequentia a rectis ad obliqua inversa tum affirmata lib. 5, c. 7, § 10, tum negata ibid. § 12, et lib. 3, c. 25, § 4 sqq., ab obliquis ad recta lib. 5, c. 24, § 14, syllogismus biformis lib. 3, c. 32, contractio lib. 5, c. 5, § 13 et 15, et nominibus nondum hic insignitae mixtim compositae duae frequentissimi usus lib. 3, c. 33 explicatae altera § 2 ad 7, altera § 15 ad 17.

Autor *Artis cogitandi* ed. Trajecti 1666 exprobrat Logicis imperfectionem hoc syllogismo: *sol est* [*res*] *sensu destituta, Persae adorant solem, ergo adorant rem sensibus destitutam* (+ hoc mihi perinde videtur ac si quis Euclidi exprobrat, quod non scivit quae

2 *etiam* (*1*) *cani* (*2*) *speciei* *L* 4 255 *L ändert Hrsg.* 7 f. 270 (*1*) Pro (*2*) In lib. V. pro *Maxi* (*3*) Inversio (*4*) In *L* 14 insufficientes, (*1*) ut (*2*) et *L*

11 J. VAGETIUS, *De Logica Hamburgensi ad candidum lectorem admonitio*, S. 1–110. 12–15 § 4–5. – C. SCHEIBLER, *Opus logicum*, Marburg 1634. 16–24 § 11. 25–S. 1120.2 § 13–14. – A. ARNAULD u. P. NICOLE, *La logique ou l’art de penser*, Paris 1662; lat. Übers. v. C. van Ackersdyck, Utrecht 1666, pars III, cap. 10, S. 256.

Appollonius +). Resolutio Jungiana: *Sol est res sensu destituta, Ergo qui adorant solem adorant rem sensu destitutam. Persae adorant solem. Ergo*.

Semper succedit analysis nostris regulis, ne syllaba quidem mutata, nisi ex regula.

Pelletarius ita argumentatus erat. *Angulus contactus nihil est, angulus contactus angulo contactus minor. Ergo angulus contactus minor est nihilo*. Optima consequentia. Clavius male contra argutatur, quasi par esset collectio: *Angulus in semicirculo rectus est. Angulus in semicirculo angulo acuto major est. Ergo angulus acutus major recto est*. Clavius Schol. Def. 1. *Triang. Sphaer.*

Aristoteles monuit 1. *prior.* c. 37, t. 23, obliquos resolvendos in rectos. Scheibleri regulas dicto loco examinat Vagetius et non satis accuratas ostendit. Utilis determinatio quantitatis in praedicato.

Objectio: *Episcopus est homo, Ergo qui facit Episcopum facit hominem. Studiosus est homo, Ergo qui incipit esse studiosus incipit esse homo*. (+ Consequentia vera foret: *Episcopus est Homo. Ergo qui facit Episcopum, is hominem facit Episcopum. Episcopus est aliquid quod est homo. Ergo qui facit Episcopum facit aliquid quod est homo. Studiosus est homo. Ergo qui incipit esse studiosus incipit esse aliquid quod est homo*. [ +)]

Quaedam consequentiae procedunt rigorose, etsi enuntiatio earum evitetur, ut *sol est stella, sol est stella lucida, Ergo sol est stella stella lucida*. Ex hac consequentia *A est B, et A est C, Ergo A est BC*. Ineptitudo hic est non falsitas, sed idem est quasi diceres: *sol est stella quae est stella lucida*.

Jungius vitavit has locutiones Horneio admissas *Omnis homo non est lapis* pro *Nullus homo est lapis*.

6 argutatur: (*1*) *Angulus in se* (*2*) quasi *L* 10 ostendit. (*1*) *Omne vitium est malum, qu* (*2*) *Omnis boni est scientia* (*3*) Utilis *L* 11 f. praedicato: (*1*) verb. gr. *In planta quaedam anima* (nempe rationalis) *non est. In planta sensitiva anima est. E.* (*2*) v.g. *Cupiditas est* (*3*) Objectio *studiosus est homo* (*4*) Objectio: *L* 13 f. foret: (*1*) *Qui facit Ep* (*2*) *Episcopus L* 15 *est* (*1*) *is qui* (*2*) *id quod* (*3*) *aliquid quod L* 19 *lucida.* (*1*) Ut si dicas (*2*) Ex hac consequentia *L*

3 Vgl. § 24. 4–8 § 27–30, 34. – Vgl. J. PELETIER, *In Euclidis Elementa Geometrica demonstrationum libri sex*, Leiden 1557; *In Christophorum Clavium, de contactu linearum, apologia*, Paris 1579; C. CLAVIUS, *Theodosii Tripolitae sphaericorum libri III . . . perspicuis demonstrationibus . . . illustrati. Item . . . sinus, lineae tangentes, et secantes, triangula rectilinea, atque sphaerica*, Rom 1586; EUKLID, *Elementorum libri XV*, hrsg. v. C. Clavius, 4. Ausg. 1607, lib. III, theor. 15, prop. 16, schol., S. 258–261. 9–11 § 40–55. – ARISTOTELES, *Analytica priora*, I, 36, 48 b 40 – 49 a 5; C. SCHEIBLER, *Opus logicum*, 1634, pars IV, cap. 13, n. 68–72. 12 f. § 113. 18–21 § 117–118. 22 f. § 126. – Vgl. C. HORNEIUS, *Compendium dialecticae*, 2. Ausg. Helmstedt 1627, lib. II, cap. 4, n. 1–2, S. 46 f.

Quod Vagetius citat ex *Diario eruditorum* Parisino die Lunae 22. Aug. 1678 in laudem Jungii dictum, mihi debetur, ego enim Abbati de la Roque significaveram. Ita autem habent verba: *Ce Jungius estoit sans contredit un des plus grands Mathematiciens et Philosophes de son temps, et un des plus habiles hommes que l'Allemagne ait jamais eu. Il n'y a pourtant esté peu connu pendant sa vie, et beaucoup moins ailleurs, parce qu'il n'a jamais rien voulu publier de son vivant* (+ *je n'avois pas parlé si generalement* +) *ne pouvant se contenter soy même sur ses propres ouvrages*.

Vagetius corrigit quendam Jungii lapsum. Lib. 3, c. 3, tertio § 12 exemplo haec enuntiatio *Omnis planta est corpus non sentiens* in duas istas convertitur *Ergo quodcunque est corpus sentiens non est planta*, Et *Nullum corpus sentiens est planta.* Sed secundum leges consequentiae debebat ita fieri conversio: *Quodcunque non est corpus non sentiens non est planta*, seu *nulla res quae non est corpus non sentiens est planta*. Haec Vagetius. Sed ego puto Jungium tacite innuisse has duas aequipollere: *Quicquid est planta est corpus non sentiens* Et *Quicquid est planta id non est corpus sentiens*.

5 *Il* (*1*) *a* (*2*) *n'y a* *L* 9 *sentiens* (*1*) ita (*2*) in *L* 12 *corpus* (*1*) *non est s* (*2*) *non* *L* 13 f. aequipollere: (*1*) *Omne* (*2*) *Quicquid est* *L* 14 f. *corpus* (*1*) *non* (*2*) *sentiens* *L*

1–7 § 128. – XXIX. *Journal des Sçavans, du Lundy 22 Aoust, M.DC.LXXVIII*, Paris, S. 342; Amsterdam, S. 364 (III, 2 N. 186). 8–13 § 130–131.

## 234. AUS UND ZU ALSTEDS ENZYKLOPÄDIE
[1682 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 11–12. 1 Bog. 2°. 4 S.

Das aus Alsteds enzyklopädischer Darstellung der Logik über die *Axiomatis affectiones* Exzerpierte will Leibniz anschließend oder später nach N. 235 übertragen. Die Datierung stützt sich auf das wenig belegte Wasserzeichen.

Joh. Henricus Alstedius *Encyclopaediae* suae Editionem secundam anno 1630 fol. Gabrieli Bethleno Transsylvaniae principi dedicat. In ea dedicatione libros recenset suos inde ab anno 1608 editos.

In praefatione citat Fortii Ringelbergii *Encyclopaediam*, Autorem *Margaritae philosophicae* et *Catenae scientiarum*, Th. Freigii *Paedagogum*, Petri Gregorii Tolosani *Syntaxin*, Corn. Gemmae *Cyclognomica*, [Jac.] Lorhardi *Heptadem philosophicam*, Matth. Martinii *Encyclopaediam*, Keckermanni et Timpleri *Systemata*, Rob. Fluddi

12 Joh. *L ändert Hrsg.*

---

8 J. H. ALSTED, *Encyclopaedia septem tomis distincta, . . . Serie praeceptorum, regularum, et commentariorum perpetua*, 2 Bde, Herborn 1630, Dedicatio. 10–S. 1123.6 a.a.O., Praefatio. 10 J. F. RINGELBERGIUS, *Lucubrationes vel potius absolutissima* κυκλοπαιδεια*; nempe liber de ratione studii, utriusque linguae, Grammatice, Dialectice, Rhetorice, Mathematice et sublimioris philosophiae multa*, Basel 1541. 10 f. GR. REISCH, *Margarita philosophica*, Freiburg 1503; *Cum additionibus novis*, Basel 1517. 11 *Catena scientiarum*: nicht nachgewiesen. 11 J. TH. FREIGIUS, *Paedagogus. Hoc est, libellus ostendens qua ratione prima artium initia pueris quam facillime tradi possint*, Basel 1582. 11 P. GRÉGOIRE (Gregorius Tolosanus), *Syntaxes artis mirabilis in libros septem digestae*. 2 Bde, Lyon 1578, Venedig 1586; *Syntaxeon artis mirabilis in libros XL digestarum tomi duo*, 2 Bde, Köln 1600–1602. 12 C. GEMMA, *De arte cyclognomica*, 3 Bde, Antwerpen 1569. Vgl. N. 215. 12 Vgl. JAC. LORHARD, *Ogdoas philosophica*, St. Gallen 1606. 13 M. MARTINIUS, *Idea methodica et brevis encyclopaediae, sive brevis adumbratio universitatis*, Herborn 1606. 13 B. KECKERMANN, *Systema disciplinae politicae*, Hanau 1607; *Systema rhetoricae*, Hanau 1608; *Scientiae metaphysicae compendiosum systema*, Hanau 1609; *Systema physicum*, Hanau 1610; *Systema systematum*, hrsg. v. J. H. Alsted, 2 Bde, Hanau 1613; *Systema theologicum*, Hanau 1615. 13 C. TIMPLER, *Metaphysicae systema methodicum*, Steinfurt 1604 u.ö.; C. TIMPLER, *Physicae seu philosophiae naturalis systema methodicum*, 3 Tle, Hanau 1605–1607; C. TIMPLER, *Philosophiae practicae systema methodicum*, 3 Tle, Hanau 1608–1611; C. TIMPLER, *Logicae systema methodicum*, Hanau 1612; C. TIMPLER, *Rhetoricae systema methodicum*, Hanau 1613. 14 R. FLUDD, (Radulphus Otreb), *Utriusque cosmi majoris scil. et minoris metaphysica, physica atque technica historia*, Frankfurt 1617–1621.

*Macrocosmum* et *Microcosmum*; Joh. Colle *De idea et theatro imitabilium et imitatricium ad omnes intellectus facultates scientias et artes*, Theod. Zwingeri *Theatrum*, Cardani *Varia* et *Subtilitates*, Petr. Ramum in *Professione regia*, Wowerii *Polymathiam.*

Prior editio (anni 1620) erat tantum Encyclopaediae Philosophicae, adjectae postea sunt facultates superiores et artes Mechanicae.

Dimidia operis pars videtur posse resecari, contra tantundem suppleri.

Praemittit compendium, quod non placet, continet jejunas tantum definitiones et divisiones quod Tabularum potius est paulo ante positarum. Hic praecepta potius fundamentalia erant tradenda. Pars tamen compendii chronologiae non mala.

Praecognita Encyclopaediae nulla habet, pro iis ponit suas Hexilogiam, Technologiam, Archelogiam, et Didacticam in quibus parum reperio bonae frugis.

Inter optimas Alstedianae *Encyclopaediae* partes habeo Grammaticam et Poeticam. Rhetorica, Logica, Oratoria, Metaphysica, non magni momenti. Physicam hodie plane aliam habemus. Mathematica quoque omnia longe aliter tradenda sunt. Musica tamen videtur aliquid bonae frugis habere. Ethica, Oeconomica, Politica scholastica mediocres et bonae sunt melius, tamen concinnandae. De Theologia aliquid majus expectari poterat ab autore Theologo non indocto. Sed Jurisprudentia et Medicina ejus parvi momenti. De artibus Mechanicis mediocria afferuntur.

Septem artes liberales hoc versu vulgari expressae:

*Lingua, tropus, ratio, numerus, tenor, angulus, astra.*

5 f. postea *erg. L* 6 f. Mechanicae. (*1*) Nu (*2*) Innumera mihi videntur (*3*) Dimidia . . . videtur *L* 9 f. potius (*1*) prima (*2*) fundamentalia *L* 10 f. Pars . . . mala *erg.* (*1*) Hexilo (*2*) Praecognita *L* 16 f. mediocres . . . sunt *erg. L* 17 f. Theologia (*1*) et Jurisprudentia res per se patet, et Medicina res per se patet. (*2*) aliquid . . . momenti *L* 20 vulgari *erg. L*

1 G. COLLE, *De idea et theatro imitatricium et imitabilium ad omnes intellectus facultates, scientias et artes libri aulici*, Pesaro 1618. 3 TH. ZWINGER, *Theatrum humanae vitae*, hrsg. v. J. Zwinger, 29 Tle in 5 Bden, Basel 1586–1587 u. 1604. 3 G. CARDANO, *De rerum varietate libri XVII*, Basel 1581. 3 G. CARDANO, *De subtilitate libri XXI*, Nürnberg 1550 u. Basel 1582. 3 P. RAMUS, *Professio regia. Hoc est, septem artes liberales, in Regia cathedra, per ipsum Parisiis apodictico docendi genere propositae, et per Ioann. Thomam Freigium in tabulas perpetuas, ceu* στρώματα *quaedam, relatae: ac ad publicum omnium Rameae philosophiae studiosorum usum editae*, Basel 1576. 3 f. J. WOWER, *De polymathia tractatio. Integri operis de studiis veterum* αποσπασματιον, Basel 1603. 5 J. H. ALSTED, *Cursus philosophici encyclopaedia libris XXVII complectens universae philosophiae methodum, serie praeceptorum, regularum et commentariorum perpetua . . .*, Herborn 1620. 8 a.a.O., S. 27–46. 9 a.a.O., tab. I-XXXVIII, S. 1–26. 10 a.a.O., lib. XXXIII, S. 43–46. 11 f. lib. I-IV. 13 lib. VI u. X. 14 lib. VII, VIII, IX, XI. 14 lib. XIII. 15 lib. XIV-XIX. 15 lib. XX. 16 lib. XXI-XXIV. 17 lib. XXV. 18 lib. XXVI u. XXVII. 19 lib. XXVIII-XXX. 20–S. 1124.7 a.a.O., lib. I, cap. I, reg. I, S. 49.

Encyclopedia Vitruvio lib. 1. cap. 1. et praef. libri 6 dicitur *Encyclios disciplina*. Athenaeus sub finem lib. 5. meminit τῆς ἐγκυκλίου παιδείας. Et libro 13 ei Epicurus ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος. Ita et Suidae ἐγκύκλιος παιδεία. Gregorio ἐγκύκλιος παίδευσις. Plutarcho in *Alexandro* τὰ ἐγκύκλια. Hinc factum ut ἐγκύκλιον *vulgare*. [I] 3 *Eth.* Aristoteles vocat ἐγκυκλίους λόγους quos alibi exotericos, id est in circulis, in publico dicendos. Quintilianus diserte *orbis doctrinae quem Graeci* ἐγκύκλιον παιδείαν *vocant*, lib. I. c. 10.

In Tabulis disciplinarum haec notanda reperio: Disciplinae pars generalis, specialis, Habituum species, enumeratio seu partitio, et possessio seu exercitatio, est quasi essentia et existentia.

Opponit in habitibus seu Hexilogia verum falso, rectum pravo, innatum adventitio, acquisitum infuso, simplex mixto, liberale illiberali, necessarium contingenti, theoreticum practico, et ποιητικῷ, usum hujus vitae futurae, totale partiali, ordinarium extraordinario, imperfectum perfecto, noeticum dianoetico (NB.), naturale supernaturali.

Opponuntur in Technologia seu Artibus convenientia differentiae, ordines inventionis naturae, dignitatis, doctrinae, internum seu habituale externo seu systematico, Archetypum ectypo, Architectonicum subdito, subalternans subalternato, purum mixto, proprie dictum improprie dicto, acroamaticum exoterico, simplex composito, simplex totale simplici partiali, objectivum directivo, mensurans mensurato, accuratum conjecturali, reale instrumentali, docens utenti, naturale supernaturali. [Opponit] significationem lexicam, assignificationi Grammaticae, substantiam accidenti, spirituale corporeo, Mathematicam puram, Mediae, societatem primam ortae, artem liberalem illiberali, disciplinam

2 lib. 5. (*1*) τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν (*2*) meminit *L* 8 Tabulis (*1*) divisionum (*2*) disciplinarum *L* 8 reperio: (*1*) Scien (*2*) Disciplinae *L* 9 et (*1*) usus (*2*) possessio *L* 11 in . . . Hexilogia *erg. L* 13 ποιητικῷ, (*1*) hanc (*2*) usum *L* 15 in . . . Artibus *erg. L*

1 VITRUVIUS, *De architectura libri X*, I, 1, 12 u. VI, praef., 4. 2 f. ATHENAEUS, *Deipnosophistarum libri XV*, IV, 25, 184 b; I. CASAUBON, *Animadversionum in Athenaei Deipnosophistas libri quindecim*, Lyon 1600, 1664, col. 313: . . . ut ex libro sequente transferrentur aliquot pagellae in locum hunc. – Epicurus: XIII, 6, 588 a. 3 SUIDAS, *Lexicon*, s. v. ἐγκύκλιον. 3 GREGOR VON NAZIANZ, *Funebris oratio in laudem Basilii Magni Caesareae in Cappadocia episcopi*, orat. 43, 12 u. 23 (PG 36, Sp. 509, 525–529). 4 PLUTARCH, *Vitae parallelae*, Alexander, VII, 1. 5 f. ARISTOTELES, *Ethica ad Nicomachum*, I, 3, 1096 a 3; 13, 1102 a 26 f., u. VI, 4, 1140 a 3; *Politica*, I, 7, 1255 b 25, u. II, 5, 1263 a 21; *De coelo*, I, 9, 279 a 30. 6 f. QUINTILIAN, *Institutionis oratoriae libri XII*, I, 10, 1; in der Ausgabe bei Stoer, [Genf] 1591, und bei Alsted: ἐγκυκλοπαιδείαν. 8 a.a.O., tab. VI-XXXVIII, S. 6–26. 11–14 a.a.O., lib. I, cap. II, praec. I-XIII, S. 51. 14 (NB.): vgl. N. 235 vor Fußnote 1. 15 a.a.O., lib. II, cap. I, praec., S. 61. 15 f. a.a.O., lib. II, cap. II, praec., S. 64. 16–20 a.a.O., lib. II, cap. III, praec., S. 64 f. 21–S. 1125.1 a.a.O., tab. III, S. 3.

proprie dictam seu totalem, partiali (v.g. categorias esse partem Metaphysicae, Trigonometriam Geometriae, Rhabdologiam Arithmeticae); disciplinam homogeneam alteri ex variis aliarum partibus collectae, qualis ipsi videtur esse Chronologia, Architectonica, Apodemica, critica, paroemiographia, aenigmatographia.

Ex Hexilogia: recte in scholis *natura incipit, ars dirigit, usus perficit.*

Mathesis[1] in usu ascendit ad metaphysica, descendit ad physica.

Principia innata ut *totum majus esse parte* Scaliger eleganter vocat Zopyra, alii semina aeternitatis.

*Deus*[2] est primum nomen, *sum* est primum verbum. Itaque primum cognitum diverso respectu *Deus* et *Ens*. *Ivum*, *ile*, *are*, tria principia incomplexa, *creativum*, *creabile*, *creare*.

In Mathematicis demonstrationibus sex partes, 1) πρότασις, qua exponitur datum et quaesitum v.g. rectam bisecare. 2) ἔκθεσις dati expositio in Abaco, v.g. data recta sit *AB*. 3) Διορισμός, quaesiti determinatio, v.g. haec secanda in duas partes. 4) Κατασκευὴ delineatio v.g. super data recta *AB* duo constituantur triangula aequicrura *ABC*, *ABD*; recta per eorum vertices ducta *CD*, producta si opus, secabit datam *AB*, in puncto *E*. 5) Ἀπόδειξις demonstratio. 6) Συμπέρασμα conclusio. Ramus Euclidis problemata theorematice primus exposuit.

---

[1] *Am Rande*: Technolog.
[2] *Am Rande*: Archelog.

1 (v.g. (*1*) mathema (*2*) categorias *L* 3 alteri *erg. L* 3 variis (*1*) collectae (*2*) aliarum *L* 5 Hexilogia: (*1*) ut Alstedius praecognita (*2*) recte *L* 6 in *erg. L* 6 ad (*1*) supe (*2*) metaphysica, *L* 7 eleganter *erg. L* 9 f. Itaque . . . *Ens. erg.* (*1*) *Creativum* (*2*) *Ivum*, *L* 13 v.g. . . . bisecare *erg. L* 14 quaesiti (*1*) explicat (*2*) determinatio *L* 15 *AB erg. L* 16 *ABC*, *ABD erg. L* 16 *CD erg.* (*1*) secabit rectam *AB*, in (*2*) , producta *L* 18–S. 1126.1 exposuit (*1*) Didactici Autores (*2*) Didactica. *L*

---

2–4 a.a.O., lib. II, cap. IV, praec., S. 65; tab. III u. XXXVI-XXXVIII, S. 3 u. 25 f. 5 a.a.O., lib. I, cap. I, reg. VI, S. 50. 6 Vgl. a.a.O., lib. II, cap. IV, reg. XV, S. 70. 7 f. a.a.O., lib. III, cap. VII, praec. V u. reg. VI, S. 77 u. 79. – J. C. SCALIGER, *Poetices libri septem*, Lyon 1561, lib. III, cap. 12 u. 20. 9–11 a.a.O., lib. III, cap. VII, reg. II u. III, S. 78. Bei Alsted: *Deus* et *Ens* principia prima incomplexa. *Ivum, ile, are* tria principia coessentialia. 12–17 a.a.O., lib. III, cap. IX, reg. VI, S. 84. 17 f. problemata: P. RAMUS, *Scholarum mathematicarum, libri unus et triginta*, hrsg. v. L. Schoner, Frankfurt 1599, ab lib. VIII. – theorematice: *Arithmeticae libri duo: Geometriae septem et viginti*, hrsg. v. L. Schoner, Frankfurt 1599, Geometria, ab lib. IV.

Didactica. Hujus autores: Vives *De disciplinis*, Rivius *De institutione puerorum*, Erasmus et Sadoletus *De liberis recte educandis*, David Chytraeus *De ratione* recte docendi et *discendi*. Ramus in *Oratione pro disciplina philosophica*, Sturmius *De scholis aperiendis* et in *Epistolis Classicis* et *Academicis*. Caelius Secundus Curio *De perfecto Grammatico*, Emundus Richerius in *Obstetrice animorum*, Keckermannus *Methodo universali formandorum studiorum*, Matth. Martinius *De promta rerum meditatione*, sed omnium accuratissime Bonnaeus in *Tr. de ratione discendi* didacticam generalem descripsit. Augustini libri *De ordine*.

Lumen mentium esse dixerunt Platonici ad discenda omnia per eundem ipsum Deum a quo facta sunt omnia. Augustin. *De Civ. Dei* lib. 8. c. 7. Hinc Deus intellectus agens.

Libri Necromantici non legendi: liber Picatricis, Anselmus Parmensis.

Facultates mentis sunt cognoscendi conservandi (+ imo reminiscendi, vel potius *s'aviser*, animadvertendi +). Cognoscendi sensitiva intellectiva; sensitiva externa interna, haec sensus communis et phantasiae; intellectiva est εὐμάθεια, ἀγχίνοια, δύναμις κριτικὴ apprehensionis, inventionis, judicii facilitas. Conservandi facultas memoria est. (+ Putem esse in homine sensuum externorum facultatem, imaginandi vim, [vim] consequentias ducendi, vim reperiendi discrimina inter duo data cognata, vim reperiendi cognationem inter data diversa; vim non data in rem praesentem accomodandi, [vim]

9 Platonici (*1*) eunde (*2*) ad *L* 9 per *erg. L* 13 reminiscendi, (*1*) *s'aviser* (*2*) vel *L* 14 f. sensitiva (*1*) est (*2*) externa . . . haec *L* 17 vim, (*1*) ductus (*2*) | vis *ändert Hrsg.* | *L* 18 ducendi, (*1*) vis conferendi data, vis (*2*) vis (*3*) vim *L* 18 data (*1*) , vim reperie (*2*) cognata, *L* 19 data *erg. L* 19 vim (*1*) alien (*2*) non *L* 19 vis *L ändert Hrsg.*

1–8 a.a.O., lib. IV, cap. I, reg. I, S. 89. 1 J. L. VIVES, *De disciplinis libri XX*, Antwerpen 1531. 1 J. RIVIUS, *De institutione puerorum*, Leiden 1550. 2 Vgl. D. ERASMUS von Rotterdam, *De civilitate morum puerilium*, Köln 1530. 2 Vgl. J. SADOLETO, *De liberis recte instituendis liber*, Venedig 1533. 2 Vgl. D. CHYTRAEUS, *De ratione discendi, et ordine studiorum in singulis artibus recte instituendo*, Wittenberg 1564; Leipzig 1595; Pesaro 1617. 3 P. RAMUS, *Pro philosophica Parisiensis Academiae disciplina oratio*, Paris 1551; in P. RAMUS, u. A. TALAEUS, *Collectaneae praefationes, epistolae, orationes*, Paris 1577; verm. Ausg. Marburg 1599, S. 254–323. 3 J. STURM, *De literarum ludis recte aperiendis liber*, [Straßburg 1539]; verb. Ausg. 1543; J. STURM, *Classicarum epistolarum lib. III. Sive scholae Argentinensis restitutae*, Straßburg 1565; J. STURM, *Academicae epistolae urbanae lib. I.*, [Straßburg 1570]. 4 C. S. CURIO, *Schola, sive de perfecto grammatico, libri 3. De liberis honeste et pie educandis, libellus. Acc. Grammatica*, Basel 1555. 5 E. RICHER, *Obstetrix animorum, hoc est brevis et expedita ratio docendi, studendi, conversandi*, Paris 1600. 5 Vgl. B. KECKERMANN, *Methodus studiorum generalis, nudis primum tabulis adornata, nunc scholiis illustrata per Joannem Blasium*, Basel 1630. 6 M. MARTINIUS, *De prompta utilium rerum meditatione libri IV*, 2 Tle, Bremen 1614. 7 f. F. BONNAEUS, *Tractatus de ratione discendi*, hrsg. v. P. Paschalis, Straßburg 1619. 12 liber Picatricis: MS. aus dem 14.(?) Jh. 12 GIORGIO DE ANSELMIS: *De magia disciplina* [MS.].

memoriae. Vis illa conferendi data indiget subtilitate quadam exquisiti ut ita dicam tactus in animo; sed vis reperiendi non data, sed apta ad rem, indiget celeritate cogitandi seu per multa subito discurrendi et simul illo ipso exquisito sensu, ut subito in transcursu quod ad rem discernas. Haec omnia suppleri possunt Methodo, et per Tabulas, ubicunque non est opus extemporalitate. +) Cuique harum facultatum octo vel ut alii 4 gradus assignari possunt.

Joh. Huartis *Examen ingeniorum*.

Socrates apud Platonem, scriptionem esse certissimam memoriae necem. Ordo est anima mundi.

Phil. Melanchthon principi cuidam viro hanc temporis distributionem praescripsit. Horae octo somno, totidem cibo exercendo corpori et recreationi, octo studiis. Et hae ultimae sic distribuendae, ut matutinis horis memoria judiciumque exerceatur, pomeridianis stylus et lingua, vespertinae Historiae artis quam tractamus et repetitioni.

Jac. Sylvius librum integrum exaravit, quo ordine legendi libri Hippocratis et Galeni.

In legendo post quemlibet horae quadrantem pausa. Ita Marsilius Ficinus.

Cujacius studiorum Methodum postulanti institutione, *revolvens fac* (inquit) *sic, et iterum sic*.

Vives notavit in media Barbarie, Mathemathicas reliquis puriores mansisse.

Sub finem Didacticae ponit Alstedius Curriculum universae vitae scholasticae in Tabula, et modulum quomodo quis sibi pro quovis Mense calendarium conficere possit, quid eo sit facturus, item Typum studiorum per horas diei; ita distributi anni menses dies dignum exscribi et emendari.

1 indiget (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) animo (*3*) magna attentione, vis accommodandi non data indiget (*a*) celeri (*b*) delicata perceptione, (*4*) mag (*5*) subtilitate *L* 4 omnia (*1*) ubi (*2*) suppleri *L* 4 Methodo, (*1*) per Tabulas (*2*) et *L* 4 Tabulas, (*1*) ubi | (*2*) ubicunque *erg.* | *L*

7 J. Huarte, *Scrutinium ingeniorum*, lat. Übers. aus dem Span. von J. Caesar, Leipzig 1622. 8 f. Vgl. Platon, *Phaedrus*, 275a. 9 Vgl. Platon, *Timaeus*, 30a-b. 10–13 a.a.O., lib. IV, cap. IV, reg. XIII, S. 98. 10 Melanchthon principi cuidam: vgl. Melanchthons Brief vom 10. November 1554 an Herzog Johann Friedrich von Pommern, in Ph. Melanchthon, *Epistolae selectiores*, Wittenberg 1565, S. 395 (*Corpus Reformatorum* VIII, Sp. 382–387). 14 f. a.a.O., lib. IV, cap. V, reg. III, S. 102. – J. Dubois, *Ordo et ordinis ratio in legendis Hippocratis et Galeni libris*, Paris 1561. 16 a.a.O., lib. IV, cap. V. reg. III, S. 102. – Vgl. M. Ficino, *Liber de vita. In tres libros divisus*, Florenz 1489, lib. I. 17 Cujacius: entsprechende Schrift nicht nachgewiesen. 19 a.a.O., lib. IV, cap. XII, reg. V, S. 117. – J. L. Vives, *De causis corruptarum artium*, Antwerpen 1531, lib. V. 20–22 a.a.O., lib. IV, Peroratio, S. 129, 128 f., 129.

Philologica pars *Encyclopaediae* Alstedii melior reliquis videtur, et minus indigens emendatione vel supplemento.

*Encyclopaediae* l. V. de Lexica, tractat ergo de lexico condendo, et Lexica ipsa exhibet. Lexica sunt simplicia vel composita, simplicia sunt vocabularia, huc pertinent Nomenclatura, Epitheta, Antitheta, Synonyma. Composita sunt Phraseologiae item Anthologiae sive Cornucopiae, Selecta, Analecta, Elegantiae Flores oratorum et poetarum, Adagia. Mixta ex ambobus sunt Dictionaria, Sylvae, Thesauri, lexica majora.

Steph. Toletus Gallus in praef. Tomi 2. *Com. de lingua latina* suum ait institutum fuisse ut esset autor novi dictionariorum scribendorum ordinis, quem nec Graecus quisquam nec latinus sibi vindicare posset, qui inquit ordo est, ut non seriem Alphabeticam sequamur sed res rebus attexamus et dictiones significatione cognatas inter se copulemus. Ita licere et rerum actionem velut expressam imaginem contemplari. Titulis majoribus subjecti subtituli ut *Miles eques pedes*, *volo* etc. *Castra statio*, *praesidia*, *subsidium*, *signa*,[3] *impedimenta*. In fine operis index Alphabeticus. Hunc secutus Adrianus Junius; cujus titulos in meliorem ordinem digessit Theoph. Golius. Inde Nicod. Frischlinus secutus praedicamenta ordine artium, et hominum genera. Velle se ait manum dialecticae porrigere. Frid. Beurhusius in *nomenclatura* observavit seriem artium Liberalium et Mechanicarum, et Joh. Benzius edidit *Thesaurum pure scribendi graeco-latinum* in quo digessit vocabula in 76 locos communes velut totidem universitatis rerum capita, in quavis classe primum abstracta seu substantiva, inde concreta seu adjectiva, tum verba, et

---

[3] *Darüber*: male

1 Alstedii (*1*) pene optima (*2*) melior reliquis *L* 3 Lexica, (*1*) contin (*2*) tractat *L* 7 ex ambobus *erg. L* 12 copulemus. (*1*) Tituli major (*2*) Ita *L* 12 rerum (*1*) naturam (*2*) et (*3*) actionem *L* 18 Liberalium et *erg. L*

---

8–14 St. Dolet, *Commentarii linguae latinae*, 2 Bde, Leiden 1536–1538. 14 f. H. Junius, *Nomenclator, omnium rerum propria nomina variis linguis explicata indicans*, Antwerpen 1567, 1577; Frankfurt 1591. Vgl. N. 212. 15 Th. Golius, *Onomasticon latinogermanicum, in usum scholae Argentoratensis collectum . . . Cum praefatione Ioan. Sturmii*, Straßburg 1579; hrsg. v. M. J. Bloccius, Leipzig 1624, praef., Abs. 2: . . . nemo melius Hadriano Iunio: . . . Sed est antiqua haec ratio: . . . 16 f. N. Frischlin, *Nomenclator trilinguis graeco-latino-germanicus, omnium rerum quae in probatis omnium doctrinarum autoribus inveniuntur, appellationes continens, quarum aliquot millia nusquam sunt obvia*, Frankfurt 1586; hrsg. v. G. Arthusius, Frankfurt 1608, Epist. dedic., Bl. (:) 3 r° (8. Achtel). 17 f. Beurhusius in *nomenclatura*: nicht nachgewiesen. 18–S. 1129.8 J. Benzius, *Thesaurus pure loquendi, et scribendi, graeco-latinus*, Basel 1594 u.ö.

adverbia, adjicit sub aliis titulis specialibus primum exempla pro inflectendi ratione cognoscenda et selectis sententiis annotavit, deinde σύνθετα seu conjuncta, tum ἐπίθετα seu adjuncta, postremo praxes seu actiones. Sic φύσις *natura*, παράδειγμα τῶν πραγμάτων πολλάκις οὐχ αὐτὴ φύσις ἐστίν, ὡς ἕκαστος βούλεται κ' οἴεται *rerum saepe non est natura quam quidam volunt vel arbitrantur*. Syntheta: οὐσία essentia, δύναμις vis. Epitheta: θνητὴ φύσις, κοινὴ φύσις. Praxis ἔχειν τοιαύτην φύσιν, διαλύεσθαι ἅμα πάσαν φύσιν, φυσικός, φύω, φυσικῶς, ad quae tria rursus paradigmata, syntheta, epitheta, praxis.

De Harmonia linguarum Christ. Becmanni *Origines linguae latinae*. Ambo Scaligeri. Avenarius, Georg. Cruciger, Casp. Rothius. Sigism. Gelenius *Lexico symphono* Basil. 1537, διὰ τεσσάρων, διὰ τρίων, διὰ δυοῖν.

*Macer*, *mager*, *pes fuß* πούς.

Aspiratio Graecorum.

Post tria lexica Hebr. Graec. Lat. (quibus adjectae Etymologiae maxime ex Martinio in *Cadmus* et in *Lexico Etymologico*) subjicit Nomenclatorem, ubi voces plurimae maxime digestae ordine *Encyclopaediae* ipsius; ponit graece et latine, nonnunquam in primariis adjicit ebraica, non dissimulat se imprimis usum *Nomenclatore* Frischlini.

Grammaticam ponit primo Generalem. Anomaliae et figurae syntacticae aliaeque inventae ut taedium evitaretur. Grammatica generalis subtilius tradenda, specialis popularius. Elias Putschius plus quam triginta Grammaticos veteres contulit. Comparatio linguarum ut linguis Hebraeis et cognatis nulli casus. Germanis et declinationes esse ait complementa literarum, essent potius ut ait, in lexico exponenda. Orthographia et orthoepia. Literae gutturales, palatinae, linguales, dentales, labiales, Ebraei faucales

1 adjicit (*1*) et (*2*) sub . . . primum *L* 8 syntheta *erg. L* 15 f. voces (*1*) digestae per (*2*) maxime occurrentes, (*3*) plurimae maxime *L* 18 Generalem. (*1*) Optime no (*2*) Anomaliae *L* 19 evitaretur. (*1*) Elias Putschi (*2*) Grammatica *L* 21 Hebraeis (*1*) nulli (*2*) et *L*

9 C. Becmann, *De originibus latinae linguae, et quod ex illis eruatur germana significandi proprietas. Cum praefatione Josephi Scaligeri*, Wittenberg 1609; neue Ausg. 1613. 10 J. Avenarius, *Grammatices ebraicae partes III*, Wittenberg 1570–1581. 10 G. Cruciger, *Harmonia linguarum quatuor cardinalium; hebraicae graecae latinae et germanicae*, Frankfurt 1616. 10 Vgl. C. Rothe, *Lampas seu fax orthographiae*, Leipzig 1612 u. 1616. 10 S. Gelenius, *Lexicum symphonum, quo quatuor linguarum Europae familiarium, Graecae scilicet, Latinae, Germanicae et Slavinicae concordantia consonantiaque indicatur*, Basel 1537. 15 M. Martinius, *Cadmus graeco-phoenix*, Bremen 1625. 15 M. Martinius, *Lexicon philologicum praecipue etymologicum*, Bremen 1623. 20 E. Putschius, (Hrsg.), *Grammaticae latinae auctores antiqui*, Hanau 1605.

distinguunt a gutturalibus, ut sint gutturales א, ה, ח, ע sed faucales ג, כ, ק. Numeri hodie nobis non per literas (+ imo et notae nostrae a literis +). Posita vocalis inter duas vocales habet unam duarum vocalium, ut *ajo aiio*, ut antiqui scribebant ([+] non puto alioqui et *avis* quasi *auuis* et confunderetur *Vau* cum *W*. [+]) Literae exprimunt affectus *a*, *i* admirationis, *u* moeroris, *a*, *e*, gaudii et doloris, aspiratio difficultatis. *M* pro magnis.

Joh. ab Hoeckelshoven in *Didactica* defendit nomen pendere a verbo.

Videtur mihi haec Grammatica Generalis parum perfecta, nimisque ideis latinis colligata, at certe notarum vulgo linguarum Grammatica non potest meo judicio explicari, nisi cum logica, vel ex secunda, est enim cogitationum repraesentatio. Helvicus jam scripsit *Grammaticam universalem*.

Omnes literae Hebraicae in uno versu *Esaiae*, 5, 25. Omnes Graecae *1. Pet.* 3. v. 19, 20. Ordo Ebraicorum receptus occurrit *Ps.* 119, et c. 1. *Threnorum*.

Ludovicus de Dieu in *Grammatica linguarum orientalium* commendat Buxtorfii *Thesaurum Grammaticum*, vocat opus admirandum et ait: *mihi sane ea est clavis scripturae Biblicae*.

Biblia Hebraica interlinearia, Bened. Ar. Montani, vel Hutteri, in quibus literae radicales discretae a servilibus valde prosunt incipientibus.

Tabulae pro accentibus Ebraeorum, item pro Tonologia Graecorum non male. Laterculus quoque exhibens declinationes graecas.

Comma octo vel 9 syllabas non facile excedat. Colon, ubi sententia perfectior, alteri tamen conjungenda, semicolon, medium inter comma et colon, quibusdam hypostigme subdistinctio minor quam comma, ejus notam faciunt (/) v.g. *haec tria genera confusa / cogitatione distinguunt*. Donatus notat coepisse distingui comma puncto ad imum, colon ad medium, punctum ad summum. Isidorus subdistinctionem ipsam vocat Comma. Cicero jam meminit interpunctionis.

1 ג, כ, ק. (*1*) Literae (*2*) numeri *L* 3 (non . . . et *erg. L* 6 in *Didactica erg. L* 7 mihi (*1*) Grammatica haec (*2*) haec Grammatica | haec *str. Hrsg.* | Generalis *L* 10 jam *erg. L* 14 *Grammaticum*, (*1*) ait (*2*) vocat *L*

---

6 Vgl. J. v. HOECKELSHOVEN, *Didactica exhibens compendium et logicae et grammaticae*, Beuthen 1611. 9 f. C. HELWIG, *Libri didactici, grammaticae universalis, latinae, graecae, hebraicae, chaldaicae, una cum generalis didacticae delineatione, et speciali ad colloquia familiaria applicatione*, Gießen 1619, S. 1–19 (Bl. B 1 – D 2). 13 L. DE DIEU, *Grammatica linguarum orientalium Ebraeorum, Chaldaeorum et Syrorum inter se collatorum*, Leiden 1628. 13 f. J. BUXDORF, *Thesaurus grammaticus linguae sanctae Hebraeae*, Basel 1620, 1629. 16 *Biblia Hebraica et Latina, una cum Apocryphis Graecis*, hrsg. v. B. Arias Montanus, Antwerpen 1584 u.ö.; *Biblia Hebraica, ubi literae serviles et radicales partim situ et partim colore distinguuntur*, hrsg. v. E. Hutter, Hamburg 1587. 23 f. AELIUS DONATUS, *Ars grammatica*, II, 1. 24 ISIDOR VON SEVILLA, *Origines sive etymologiae libri XX*, I, 20. 25 CICERO, *Pro L. Murena*, XI, 25; *De oratore*, III, 46, 79.

Rhetorica de Tropis, figuris, voce, gestu. (+ Tropos et figuras ad Grammaticam referrem, forte et vocem et gestum ad prosodiam. [ +)]

Emphasis, catachresis, Hyperbola, allegoria conveniunt singulis tropis sc. *vis durities*, *audacia*, *continuatio*. Sunt tropi reciproci, *gubernator* pro *auriga*, et *auriga* pro *gubernatore*. Sed *scelus* pro *scelesto* non contra. Numerus Troporum, aut consentanea (connexa) permutantur in Metonymia, aut dissentanea in Ironia, aut similia in [Metaphora], aut totum et pars genus et species in synecdocha.

Figurae sententiae, non soni, aut dictionis, sed totius sententiae; non pendent a verbis sensu. An ergo magis logicae quam grammaticae. (+ Fontes hic argutiarum. +) Sane ipse autor ait disponi posse figuras sententiae secundum expositionem argumentationem dispositionem. Partem Rhetoricae de voce moderanda vocat Phonasceticam. Gestum vocant Chironomiam.

Logica agit de Themate, Argumento;[4] Axiomate, Syllogismo, Methodo. In ipso Themate potest esse vitium, ut si quaestio formetur plurium interrogationum, v.g. *an David, Cyrus, Nero, boni principes? Desiistine furari*. Sic elenchus insufficientiarum causarum.

In omni loco (seu argumento) ponuntur maximae, et abusus seu fallaciae, nempe tot fallaciarum genera, quot loca.[5]

Axiomatis affectiones ipsi competunt vel simpliciter (Expositio et Crypsis),[6] vel in collatione cum aliis spectato. Expositio declinat terminos axiomatis. Estque terminorum vel denominatio, vel acceptio, vel appellatio.[7] Denominatio vel formalis (*homo est animal*) vel extrinseca, *sol est calidus*, *Anna est doctorissa*. Acceptio terminorum quae et suppositio est determinatio significationis ambiguae, estque vel materialis, vel formalis. Materialis τεχνικῶς, *animal est nomen*, formalis sive significativa vel personalis est, cum significatio vocis attenditur, estque propria vel tropica, ut *Herodes est vulpes* vel abusiva, ut *sperare dolorem*. Propria est vel materialis seu doctrinalis, vel accidentalis, et

---

[4] *Darüber*: (Loco)

[5] *Am Rande*: NB.

[6] *Bezugsstrich nach unten* Crypsis axiomatis . . .

[7] *Bezugsstrich nach unten* Appellatio terminorum . . .

6 (connexa) *erg. L*   7 Metonymia *L ändert Hrsg.*   7 f. synecdocha. (*1*) Meto (*2*) Figurae *L*
22 extrinseca, (*1*) ⟨ – ⟩ *est albus* (*2*) *sol L*

---

19–S. 1132.13 Vgl. N. 235 nach Fußnote 14.

haec vel singularis seu discreta, vel communis. Communis vel determinata, ut *aliqua virtus suum cuique tribuit*. Quo pertinet et suppositio vel acceptio distributiva, ut *omnis homo est animal*. Item suppositio speciei, quando subjectum supponitur pro specie, id est sumitur de idea; v.g. *Dilectio est impletio legis* (quia diligere est legem implere). Appellatio[8] terminorum est qua aliquid important, quod prima fronte non apparet, estque ampliatio vel restrictio, v.g. *cor regis est in manu Dei*, quod verum est de corde cujuscunque hominis. Restrictio est vel primaria; v.g. *omni perfectioni vide finem*, sc. *creatae*, vel secundaria,[9] eaque formalis *impius displicet Deo*, qua impius; vel materialis *impius placet Deo*, qua homo. Crypsis[10] axiomatis est triplex, talis est et syllogismi crypsis, cum aliquid deest, cum aliquid abundat; transpositio, v.g. *fabrum fortunae virtus*. Enuntiatio vel Axioma alteri confertur, consensione et dissensione, ulla est consecutio et aequipollentia. Consecutio est conversio vel collectio. Aequipollentia est in sensu, cum discrepatio verbis. Dissensio est diversitas vel oppositio.

Raphael Eglinus, esse unicam syllogismorum figuram *Homo – Rationalis – Risibilis*, sive a dextro procedas sive a sinistro.

Syllogismus imperfectus seu crypticus deficit, abundat vel transponitur. Deficit, ut enthymema, inductio, exemplum, redundat et ubi plures quam tres propositiones; dilemma, sorites (+ male: sunt plures syllogismi, in unum conjuncti. Ergo potius [*bricht ab*]

Analysis logica, apud Amandum Polanum lib. *de ratione autores cum fructu legendi*.

Joh. Tesmari elegans *Institutio eloquentiae generalis* (communis oratoriae et poeticae) *et specialis*.

---

[8] *Bezugsstrich von oben* . . . vel appellatio.

[9] Non amo haec dividendi principia vaga, *primarium secundarium*.

[10] *Bezugsstrich von oben* . . . et Crypsis),

9 f. talis . . . crypsis *erg. L* 11 *virtus*. (*1*) Axi (*2*) Enuntiatio *L* 12 est (*1*) sensu ⟨ae⟩ (*2*) in *L* 13 f. oppositio. (*1*) Etiam syllogismi (*2*) Raphael *L* 16 abundat vel transponitur. (*1*) Abu (*2*) Deficit *erg. L* 25 principia (*1*) ⟨vix concr⟩ (*2*) vaga, *L*

---

14 f. a.a.O., lib. VIII, sect. II, cap. XIII, reg. I, S. 437. – Vgl. R. EGLINUS, *De ratione argumentandi*, Zürich o. J. 20 f. A. POLANUS, *Tractatus de ratione legendi cum fructu autores*, Basel 1603. 22 f. a.a.O., lib. IX, sect. I, cap. I, reg. I, S. 468. – J. TESMAR, *Institutio de eloquentia generalis et specialis, de poetica et oratoria*, Bremen 1620.

Melchior Junius lib. *De ratione movendorum animorum*. Is et formulas exhibet ex bonis autoribus, addatur et Nathan Chytraeus de hoc argumento.

Alstedius in sua Oratoria lib. 9 *Encycl.* sect. 2. cap. 13 exhibet Catalogum orationum selectarum generis didascalici, demonstrativi, deliberativi et judicialis quae extant apud autores. Ex quibus complures congestae apud Melchiorem Junium in *Orationibus ex Historicis*.

Poetica. Sunt didascalici: Lucretius *De natura*, *Sphaera* Buchanani, *Cosmographia* Honteri, *Fabrica corporis humani*, Johannis Pincieri; *Hodoeporica*.

Metaphysica. Keckermannus *disp. pract.* 22. vult modos entis non esse entia, quia alioqui daretur processus in infinitum, sed revera is datur.

Quinque rerum genera apud Platonem in *Sophista*. Essentia, idem, alterum, status, motus, qui sunt modi essentiae.

Logica et Metaphysica Alstedii mihi parum satisfaciunt.

4 orationum (*1*) notabilium (*2*) selectarum *L*

1 a.a.O., lib. IX, sect. I, cap. V, reg. IX, S. 473. – M. JUNIUS, *Animorum conciliandorum et movendorum ratio, non tam dicendi summorum magistrorum praeceptis, quam exemplis veterum oratorum tradita*, Mömpelgard 1596; vgl. N. 235, Locos logicos . . ., Variante. 2 N. CHYTRAEUS (Hrsg.), *Hodoeporica sive itineraria, a diversis clariss. doctissimisq viris, tum veteribus, tum recentioribus . . . carmina conscripta. Item: Epigrammata de praeclaris urbibus . . . collecta*, Frankfurt 1575. 3–5 a.a.O., lib. IX, sect. II, cap. XIII, S. 505–508. 5 f. M. JUNIUS, *Orationum ex historicis tam veteribus quam recentioribus partes III*, 3 Tle, Straßburg 1598. 7 f. a.a.O., lib. X, sect. I, cap. XII, S. 519–524. 7 G. BUCHANAN, *Sphaera . . . quinque libris descripta, multisque in locis ex collatione aliorum exemplorum integritati restituta. Cui accessere libri quarti et quinti, quos autor non absolverat, supplementa. Autore Johanne Pinciero*, Herborn 1587. 8 J. HONTER, *Rudimenta cosmographica*, Zürich 1546; Antwerpen 1610. 8 J. PINCIER, *Otium Marpurgense in sex libros digestum: quibus fabrica corporis humani, insertis passim disputationibus, historiis et fabulis ad rem pertinentibus, . . . carmine describitur*, Herborn 1614. 8 Vgl. N. CHYTRAEUS, a.a.O. 9 a.a.O., lib. XII, pars I, cap. V, reg. III, S. 579 f. 9 Vgl. B. KECKERMANN, *Disputationes practicae, nempe ethicae, oeconomicae, politicae*, Hanau 1608 u. 1612. 11 f. a.a.O., lib. XII, pars I, cap. V, reg. VI, S. 580. – Vgl. PLATON, *Sophista*, 254d–255e.

# 235. DE DISTINCTIONIBUS SEU FUNDAMENTIS DIVISIONUM. ALSTEDII ENCYCLOPAEDIAE EXCERPTUM ANNOTATUM
[1682 bis 1696 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 13–16. 2 Bog. 2°. 6 S.

Insbesondere im Hinblick auf die Alsteds Einteilungen zugrundeliegenden Unterscheidungen will Leibniz hier seinen Auszug *De affectionibus Enuntiationis seu axiomatis* aus N. 234 übernehmen. Er notiert, die *locos logicos* habe er auf einem besonderen Blatt zusammengefaßt (N. 236). Die Datierung beruht wie bei den *aliis excerptis ex hoc autore* auf dem gleichen, wenig belegten Wasserzeichen.

## De distinctionibus seu fundamentis divisionum

Non videor male facturus si, ut olim ex *Theatro* Zwingeri ita tunc ex Alstedii *Encyclopaedia* fundamenta divisionum seu oppositiones excerpam.Habet enim ut alibi notavi ἡ μεριστικὴ τέχνη (quae logices pars est) usum insignem ad inveniendum, etsi mihi non aeque apta semper ad docendum videatur. Primum percurremus Tabulas ejus toti operi praemissas et ejus oeconomiam exhibentes.

Tabula prima exhibet oeconomiam totius operis libris 35 comprehensi. Ibi opponit definitionem Encyclopediae, ejus partitioni. Partitionis formam (vel ipsammet executionem) ejus fundamento. In ipsa partitionis executione res discendas distribuit in praecognoscenda et cognoscenda. Praecognita exhibet Hexilogia, Technologia, Archelogia, Didactica quarum connexionem satis bene repraesentat. Cognoscenda ait esse objecti homogenei, nempe systemata et partes systematum; heterogenei vero farragines disciplinarum.

In Tabula Hexilogiae pars Generalis et Specialis. In parte Generali praeter causas et necessitatem exhibet divisiones generales, ubi opponit: habitum verum falso, rectum pravo, innatum adventitio, et hunc infusum acquisito. Liberalem illiberali, simplicem

9 De (*1*) notionibus (*2*) distinctionibus (*a*) generalibus (*b*) seu . . . divisionum *erg.* *L* 10 ut (*1*) alibi | (*2*) olim *erg.* | *L* 13 ad (*1*) discen (*2*) docendum *L* 13 videatur. (*1*) Suffecerit autem percurrere Tabulas | (*2*) Primum . . . Tabulas *erg.* | (*a*) . Prima (*b*) ejus *L* 19 Didactica (*1*) quas non (*2*) quarum connexionem *L* 23 opponit: (*1*) verum falso, (*2*) habitum *L*

10 olim: vgl. Leibniz' Exzerpt N. 214. 11 f. alibi: vgl. N. 41. 15–21 J. H. ALSTED, *Encyclopaedia septem tomis distincta . . . Serie praeceptorum, regularum, et commentariorum perpetua*, 2 Bde, Herborn 1630, S. 1. 22–S. 1135.9 a.a.O., tab. II, S. 2.

misto, necessarium contingenti, hujus vitae seu viae expatriae futuro usui; Theoreticum practico et poetico, totalem partiali, ordinarium extraordinario, imperfectum perfecto, noeticum dianoetico (NB.), naturalem supernaturali. Pars specialis de habituum agit enumeratione et possessione seu exercitatione (+ malim priora ad essentiam referre, haec ad existentiam, ut taceam haec esse potius partis generalis quae de exercitatione dicuntur +).[1] In exercitatione opponuntur habitus singuli, conjunctis, singuli partiales totalibus. In enumeratione seu partitione habituum utitur fundamentis divisionum paulo ante recensitis, addit tamen quaedam, ut quod habitum contingentem subdividit in determinatum qui est opinio, et indeterminatum qui est suspicio.[2]

In Tabula tertia Technologiae habet proprietates convenientiam et differentiam concernentes; ordinem et divisionem. In divisionibus disciplinarum generalibus rursus opponit internum seu habituale externo seu systematico, Archetypum Ectypo, Architectonicum subdito, subalternans subalternato, purum misto, proprium improprie dicto, acroamaticum exoterico, simplex composito et simplex totale partiali, objectivum (circa notiones primitivas) directivo (circa secundas), mensurans mensurato, accuratum conjecturali, reale instrumentali, docens utenti. In ipsa disciplinarum enumeratione per partitionem opponit inferiores philologiam et philosophiam, superioribus, Theologiae, Jurisprudentiae, Medicinae.[3] Disciplinam propriam seu totalem improprie dictae, quae non est nisi disciplinae fragmentum, ut Trigonometria Geometriae, Categorias Metaphysicae; disciplinam homogenei objecti, farragini disciplinarum ex fragmentis complurium compositae, qualis autori videtur Chronologia, Architectonica, Apodemica,

[1] Praecognita sunt thematica (pro themate simplici) problematica (pro quaestione solvenda) systematica pro tradenda disciplina.

[2] Habitus possidetur exemplariter vel vulgariter.

[3] Habitus dicuntur necessarii vel contingentes non ratione subjecti sed formae, nam et de rebus necessariis notitiae contingentes.

3 supernaturali (*1*) contingens determinatum, contingenti (*2*) Pars *L* 4 exercitatione (*1*) (usu, exi (*2*) . (+ malim *L* 11 In (*1*) divisione generali rursus opponit disci (*2*) divisionibus | generalibus *str. Hrsg.* | disciplinarum *L* 15 objectivum (*1*) directivo (*2*) (circa *L* 17 inferiores (*1*) philosophiam et (*2*) philologiam *L* 18 superioribus, (*1*) Medicinae Juris (*2*) Theologiae, *L* 18 Medicinae. (*1*) Disciplinas unius materi (*2*) Disciplinam *L* 20 objecti, (*1*) disciplinae farragini ex pluribus disciplinis (*2*) farragini *L*

3 (NB.): vgl. N. 234 vor Fußnote 1. 10–S. 1136.4 a.a.O., S. 3.

Critica, Paroemiographia, Aenigmatographia. Philologiam puram quae sit sermocinatrix et ratiocinatrix, opponit mistae oratoriae et poeticae. In sermocinatione significationem quam tradit Lexica opponit assignificationi, et hanc rursus dividit in puram Grammaticae ornatam rhetoricae.[4] Oratoriam a Rhetorica distinguens vult dicere copiose. Poeticam numeris astringi, quanquam et in oratoria spectentur numeri.[5] [6]

In Archelogia[e] Tabula ait principia esse Essentiae et Notitiae. Essentiae esse Causas externas et internas. Externas finem Efficientem. Finis ipsi per se per accidens, finis per se est cognitio ejusque usus ad gloriam Dei hominum salutem etc. per accidens honor, opes, amici, quibus frustra addit gloriam et autoritatem. Efficiens prima Deus secunda princeps et minus princeps, princeps remota sensus, lumen, proxima observatio, experientia inductio. Minus princeps impellens indigentia, discendi desiderium, discendorum pulchritudo (+ haec potius ad finem +), instrumentalis magistri, patroni, bona corporis et fortunae. Internae causae Materia et forma. Materia remota termini, praecepta, regulae, distinctiones, quaestiones; propinqua systema Methodicum, forma dispositio Methodica (+ potius probationum exhibitio +).

Principia notitiae (+ quae proprie erant in Archelogia exponenda cum priora potius ad Technologiam generalem spectarent +) divisione generali distinguit. Ubi opponitur incomplexum (*Deus* primum nomen, *sum* primum verbum ) complexo; per se ei quod per accidens, naturale supernaturali; immediatum mediato, commune multis disciplinis

[4] Ens per accidens concretum ut album simul et quantum, collectivum ut exercitus, casuale ut musicus aedificans.

[5] Scientiae mathematicae principales, vel derivativae.

[6] Mathesis usu asce [*bricht ab*]

3 assignificationi (*1*) quam tradit Grammatica (*2*) , et *L* 4 Oratoriam (*1*) opponit Rhe (*2*) a *L* 5 astringi | . (+ Debebat dicere aliquid ei inesse quod et musicae inest, nempe quantitatem, et ut rhetorica (*1*) distinguitur ab (*2*) seu ornata dictio distinguitur ab arte placendi in dicendo. Revera Rhetorica seu ornatus dictionis est pars Oratoriae seu artis placendi in dicendo, quae maxima est si persuadeat. Poetica est quaedam Oratoria numeris utens, poetica quatenus de numeris et legibus carminis, nihil aliud est quam prosodiae (*a*) ⟨quaed⟩ (*b*) ipsius +) *gestr.* | (*1*) , cum (*2*) , quanquam *L* 10 sensus, (*1*) recta (*2*) lumen (*a*) naturae (*b*) , proxima *L* 15 (+ potius (*1*) constat (*2*) scientia, (*3*) causae (*a*) sc (*b*) repraes (*4*) probationum *L* 18 (*Deus* . . . verbum) *erg. L* 19 multis disciplinis *erg. L*

4 a.a.O., lib. VII, cap. I, reg. I, S. 373. 4 f. a.a.O., lib. X, sect. I, cap. I, praec., S. 509, u. reg. III, S. 510. 6–S. 1137.5 a.a.O., tab. IV, S. 4. 12 Bei Alsted: sciendi desiderium, discendorum praestantia.

proprio, reale notionali, ut in logica et astronomia, notius natura, notiori nobis, generalissimum subalterno, principium verum principio ex conventione seu hypothesi, φυσικὸν θετικῷ; illa sunt axiomata quibus mens per se assentitur, thetica (Aristoteli theses ), vel esse Definitiones Hypotheses, Postulata, principia confessa vel dubia, regulativa, regulata. Demonstrabile indemonstrabile. Protonoematica et deuteronoematica.

Tabula Didacticae, in ea finis, impedimenta, media (impedimenta sunt quasi antimedia). Finis summus medius imus. Eodem modo impedimenta et media sunt remota vel propinqua. Remota externa et interna seu animi vel corporis. Propinqua discendi media sunt apprehensionis (auditio, lectio, ocularis inspectio, collatio, meditatio), conservationis [(]repetitio, scriptio[)].

Aristotelem ajunt fuisse φιλομεθοδικόν, φιλοκαθόλου, φιλαίτιον.

Tabula Lexicae, lexica generalis docens habet finem, subjectum, media seu instrumenta. Lexica utens habet genesin et analysin lexicorum. Lexica sunt linguarum et disciplinarum.

In lexica vocum origo, collatio (similitudo dissimilitudo secundum sonum), analogia et anomalia seu regularitas et irregularitas; dialectus peregrinitas, antiquatio, novitas; proprietas et modificatio (figuratio) seu improprietas ambiguitas, synonymia, syncrisis epithetorum scilicet et synthetorum (+ malim syntheta distingui ab epithetis +), antitheta (+ apposita, epitheta, opposita +) (+ possent addi negativa epitheta seu quod res non sit +).

Post lexica Hebraica Graeca Latina quibus Etymologiae adjectae; passim et Graecae inprimis ex *Cadmo* [Matthiae] Martinii, subjicit Nomenclatorem qui mihi perplacet,

1 ut . . . astronomia, *erg. L* 2 seu hypothesi *erg. L* 3 θετικῷ; (*1*) illi (*2*) illa . . . quibus *L* 3 assentitur, (*1*) haec ob autoritatem vel demonstrationem praecedentem (*2*) thetica, *L* 3 (Aristoteli theses) *erg. L* 5 regulativa (*1*) actionis, (*2*) , regulata. *L* 7 finis (*1*) media, (*2*) , impedimenta, *L* 9 Propinqua (*1*) apprehensionis (*2*) discendi *L* 10 lectio, (*1*) autopsia (*2*) ocularis *L* 16 secundum sonum *erg. L* 18 synonymia, (*1*) syncrisis quae (*2*) (huc et cognata, vid. Wilkins, Becher, Pomey) syncrisis (epithetorum) Antithesis oppositorum (*3*) syncrisis *L* 19 scilicet *erg. L* 20 f. (+ apposita (*1*) oppo (*2*) epitheta, opposita +) (+ possent . . . epitheta *erg.* seu . . . sit +) *erg. L* 23 Martini *L ändert Hrsg.*

3 f. Vgl. ARISTOTELES, *Analytica posteriora*, I, 2, 72 a 14–21. 7–11 a.a.O., tab. V, S. 5. 13–15 a.a.O., tab. VI, S. 6. 18 f. (Variante) vid.: J. WILKINS, *An essay towards a real character and a philosophical language*, London 1668; J. J. BECHER, *Novum organum philologicum pro verborum copia . . . Editio secunda. Paragraphorum distinctione et versione Germanica adaucta*, Frankfurt 1674; F. POMEY, *Indiculus universalis latino-gallicus rerum fere omnium, quae in mundo sunt, scientiarum item, artiumque nomina apte breviterque exhibens*, Nürnberg 1671; vgl. N. 212, $10_6$. 23 M. MARTINIUS, *Cadmus graeco-phoenix*, Bremen 1625.

primaria vocabula digerit, secundum ordinem suae Encyclopediae, exhibetque graece et latine, usus imprimis videtur *Nomenclatore* Frischlini, quod nec dissimulat, interdum et Ebraica quaedam adjicit, maxime in primariis citat suum *Lexicon philosophicum*[7] adjunctum *Compendio philosophico* quo separatim edidit, quemadmodum et *Lexicon Theologicum*.

Grammaticae Tabula. Finis subjectum media, docens utens. Utens et Genesin et analysin. Affectiones vocum et species. Affectiones sunt variatio, originatio, resolutio, Analogia, anomalia, degeneratio. Vocum compositio syntaxis, ubi rursus analoga syntaxis et anomala. Analogia est connexionis (convenientiae rectionis ) distinctionis; huc commata. Anomalia habet figuras syntacticas. Subjectum in Grammatica est informationis discipulus, tractationis modus loquendi, operationis oratio. Elementaria doctrina literarum esset potius in lexica ponenda. Affectio, partitio, species rerum. Divisio in simplex et mistum, simul respicit speciem et partitionem. Accentus et quantitas syllabae, differunt quod hic mora, illic sublatio quaedam sine immoratione. Metaplasmus vocis est abundantia defectus commutatio.

Aphaeresis est prosthesis in principio, syncope et Epenthesis in medio, Apocope et paragoge in fine. Crasis ubique est conjunctio, ut *Theseî*; diaeresis *dissolüenda*. Commutatio est literae vel accidentis, literae pro litera Antihesis, vel transpositio metathesis. Systole corripit longam, diastole perlongat brevem. Hic non litera mutatur sed ejus accidens. Elisio et ei opposita non-Elisio, ubi deberet esse dicitur synaloephe.

---

[7] *Am Rande*: NB.

9 anomala. (*1*) Illa (*2*) Co (*3*) Analogia est (*a*) convenientiae rectionis (*b*) connexionis *L* 12 ponenda (*1*) Orthographia et partitio (*2*) affectio, (*a*) species. (*b*) partitio *L* 15 vocis (*1*) additio subtractio, commutatio (*2*) est *L* 18 est (*1*) vel (*2*) literae vel accidentis, *L*

---

2 N. Frischlin, *Nomenclator trilinguis, latino-graeco-germanicus*, Frankfurt 1604; hrsg. v. G. Arthusius, Frankfurt 1612. 3 J. H. Alsted, *Compendium lexici philosophici ea methodo conformatum, ut una et eadem opera termini liberalium artium, ipsaeque res, quantum ad locorum communium summa capita, facile possint memoria comprehendi*, Herborn 1626; *Compendium philosophicum, exhibens methodum, definitiones, canones, distinctiones, et quaestiones, per universam philosophiam*, Herborn 1626; *Lexicon theologicum in quo sacrosanctae theologiae termini dilucide explicantur juxta seriem locorum communium*, [Frankfurt] 1612; Hanau 1620. 6–9 a.a.O., tab. VII, S. 6. 16–20 a.a.O., lib. V, cap. XV, S. 232–233.

In figuris syntacticis est ellipsis pleonasmus, Enallage. Enallage est heterosis cum manente parte rationis mutatur accidens, antimeria partis pro parte, metallage cum vox technice ponitur.

Archaismus, Idiotismus.

In literis ordo, figura, nomen, potestas, figura quadrata vel rotunda seu vulgaris currens in scribendo, potestas etiam in arithmeticis.

In Grammatica Theoria et praxis seu usus (analysis genesis ).

Tropi [8] sic distinguuntur: Est vel permutatio vocum consentanei argumenti (Metonymia) vel dissentanei (Ironia ); vel similium (Metaphora ) vel sese comprehendentium (synecdoche ). Metonymia est causae et causati, pro 4 generibus causarum; subjecti et adjuncti; antecedentis, concomitantis, consequentis. In Metonymia formae abstracta pro concretis vel contra. Pro subjecto et adjuncto novem species metonymiae: permutatio inter continens et contentum (+ annon synecdoche +), possessorem et possessum, imperator et exercitus, patronus et cliens; res et imago, numeratum et numerus, et signatum. Objectum et (objectatum seu) adjunctum circa leges occupatum. Adde qualitatem et rem cui inhaeret; personam et indumentum. Nomen et res. Res et tempus. Sub his metonymia conjugatorum, sapientiae et sapientis, relationum, circumstantiae temporis et loci, adjuncti adjecti. Ironia ex disparatis, ex relatis, ex contrariis, contradicentium (εὐφημισμὸς seu ἀντίφρασις), huc apophasis, et praetentio, cum simulamus nos non dicere quod dicimus.

Metaphorae octo classes 1) a rebus divinis, 2) a coelestibus 3) ab elementis 4) a meteoris 5) a mineralibus 6) a vegetabilibus 7) ab animalibus 8) ab artificialibus. Possunt et distingui secundum disciplinas; et a gradu claritatis.

In figuris usus omnium ad elegantiam, ut vocalium ἰωτακισμός. Numerus, sed ⟨vix⟩ appareat id agi. Variatio fastidii causa. Ordo vocum ad claritatem majorem. Voces in figuris dictionis figurantur secundum essentiam (ponendo vocem eandem similes

[8] Beumleri *Libri de tropis*.

6 scribendo, (*1*) usus (*2*) potestas *L* 8 permutatio (*1*) conse (*2*) vocum *L* 9 f. comprehendentium (*1*) totum (*2*) (synecdoche) *L* 11 antecendentis, (*1*) connexorum, | (*2*) concomitantium, (*3*) concomitantis, *erg.* | *L*

8 Vgl. a.a.O., lib. V, cap. XVI, S. 234, u. lib. VII, cap. IV, S. 376. 12 a.a.O., lib. VII, cap. VI, S. 378. 21 a.a.O., lib. VII, cap. IX, S. 380. 27 *Libri de Tropis*: in M. BEUMLER, *Elocutionis rhetoricae libri II*, Zürich 1597.

contrarias), quantitatem, qualitatem, situm. Figura sententiae est primaria secundaria. Primaria logismi, dialogismi. Logismi, contentio, revocatio. Contentio affectus exlamatio; personae apostrophe et prosopopoeia. Revocatio Epanorthosis et Aposiopesis (cum abrumpitur coeptus sermo). Dialogismus interrogationis responsionis. Interrogationis deliberatio (ubi addubit[at]io communi alio) occupatio (praevenire objectionem), responsionis (permissio, concessio). Secundaria quae dicit plus: (auxesis, digressio, transitio) ratiocinatio (aetiologia periphrasis) quae minus (extenuatio rejectio translatio) aeque ratione personae, rei, utriusque. Personae sermocinatio, rei (de re defin[itio] distributio congeries incrementum). In re diatyposis, hypotyposis; Extra rem similia (exemplum collatio) opposita (inopinatum paromologia, paradiastole, anthypophora, crama. Personae et rei simul gnoma, noema, chria. (Noema est cum propositio universalis per particularem exprimitur ut *Teucro patria erat, ubi bene erat*). Alii sic disponunt ut referunt figuras sententiae ad expositionem, probationem, ordinationem (+ haec ergo logica +).

In voce spectanda adminicula natura, ars, exercitatio; requisita ratione quantitatis sonus et mora, ratione qualitatis aequabilitas varietas. Habenda et ratio verborum, rerum, dicentis (auditoris ). Vox syncategorematica categorematica. Haec abstracta concreta; utraque incomplexa *ferrum* complexa *ferrum ignitum*, finita *homo* infinita *non homo*, alteri aequipollens discrepans, aequivoca vel non, conjugata quae servat vel non servat legem demonstrationis. Thema realiter ut positivum, negativum, absolutum, respectivum; universale singulare; theoreticum practicum.

In logica: Thema, argumentum, Axioma, syllogismus, methodus, argumenti (id est loci ) connexio cum themate necessaria vel contingens, immediata vel mediata, communis vel propria. Praedicatio est vera vel falsa, realis vel notionalis, directa vel indirecta, primaria vel secundaria. Argumentum servit ad explicandum in expositione, probandum in syllogismo, amplificandum in methodo. Tot fallaciae quot argumenta. Praedicatio notionalis: *Deus et homo sunt disparata*. Indirecta praedicatio, v.g. *causae* de *effectu*, directa 5 praedicabilium. (ℌ)

11 f. cum (*1*) dict (*2*) propositio *L* 15 spectanda | (*1*) requisita (*2*) adminicula *erg.* | *L* 17 (auditoris). (*1*) Thema syncategorematicum (*2*) Vox syncategorematica *L* 19 aequivoca vel non *erg. L* 20 demonstrationis | , ambigua vel *erg. u. gestr.* | . Thema *L* 22 logica: (*1*) Nexu (*2*) Thema *L*

12 *Teucro*: vgl. CICERO, *Tusculanae Disputationes* V, 37, 108: Teucri vox . . . patria est ubicumque est bene. Zur Sage des Trojakämpfers Teukros vgl. HORAZ, *Carmina*, I, 7, 21–32.

Argumentorum dispositio: Argumentum insitum seu artificiale, vel inartificiale. Artificiale primum vel ortum. Primum simplex (quod arguit suum thema sine collatione in tertio) vel comparatum, simplex consentaneum quod arguit affirmative, dissentaneum quod negative. Consentaneum primarium (causa et effectus) secundarium (subjectum adjectum, antecedens concomitans consequens).[9] Primarium consentit cum themate absolute, estque causa vel causatum. Causa dat Essentiam. Causa per se vel per accidens potentia vel actu, universalis vel particularis prima vel secunda, principalis minus principalis, remota proxima, totalis seu solitaria, partialis seu socia; ordinaria extraordinaria quae non trahitur in exemplum, agens vel non vel cum passione; supernaturalis naturalis. Externae Efficiens finis; internae Materia forma. Efficiens procreans conservans corrumpens. Minus principalis: impellens impulsa instrumentalis. Impellens intra vel extra efficientem. Efficiens per se naturalis, voluntaria; per accidens, per coactionem, imprudentiam, ignorationem, casum.

Amplificatio fit antithesi, syncrisi, [conglobatione, autoritate], quia v.g. causae inter se (imo et cum aliis argumentis ) possunt conferri oppositione, comparatione, conglobatione dum conjunguntur simul multa; denique singula possunt testimoniis confirmari. (+ Quidni et exemplis? +)

Finis principalis, minus principalis, ille summus, [hic] subordinatus.

Materia sensilis intelligibilis, permanens seu compositionis, transiens seu transmutationis. Forma substantialis accidentalis, generica specifica numerica. Interna externa, haec naturalis artificialis. Hactenus de causa et causato. Argumento scilicet consentaneo primario, sequitur secundarium quod minus arcte cohaeret, estque vel primi ordinis vel secundi. Primi[10] subjectum et adjunctum, secundi, antecedens concomitans, consequens. Subjectum adjunctum, sunt per se vel per accidens, proprium, commune; primarium secundarium; necessarium contingens; remotum, propinquum, totale partiale; absolutum, limitatum; substantiale accidentale. Subjectum est vel recipiens vel occupans (tractationis ). Recipiens vel in se, vel ad se. Simile adjunctum est [receptum vel occupatum] inhaerens adhaerens; inhaerent homini bona interna, adhaerent externa. Adjunctum est

---

[9] *Bezugsstrich nach unten* Primi subjectum . . .

[10] *Bezugsstrich von oben* . . . concomitans consequens).

2 simplex (*1*) vel (*2*) (quod *L* 4 (causa et effectus) *erg. L* 4 f. (subjectum . . . consequens) *erg. L* 14 antithesi, (*1*) conglobatione, (*2*) syncrisi, *L* 14 conglobatio, autoritas *L ändert Hrsg.* 26 recipiens (*1*) (inhaesionis) (*2*) vel *L* 27 est (*1*) inhaerens (*2*) | occupans *ändert Hrsg.* | *L* 28 inhaerent (*1*) animis (*2*) homini *L*

separabile vel inseparabile, amicum vel inimicum; quicquid alicui inest accidentaliter, communiter, etc. alicui inest essentialiter, proprie etc. Locus ad subjectum, tempus ad adjunctum.

Antecedentia, concomitantia, consequentia relationem dant a priore diversam. Ex his argumentis consentaneis convenientia est causalis, effectiva, subjectiva, accidentalis.

Dissentaneum diversum (quod potest esse in eodem subjecto) oppositum. Opposita mediatum immediatum compatibile incompatibile; in specie disparatum, vel contrarium. Disparatum[11] quod multis pariter opponi potest. Contrarium affirmans vel negans, affirmans quod opponitur themati affirmanti, estque relatum vel adversum. Adversa communiter contraria, mediata cum admittunt tertium seu medium, ut calor et frigus. Secus par et impar. Contrarium negans, ubi unum affirmat alterum negat, estque contradicens, vel privans, ubi praesupponitur habitus.

Comparatum habet tertium comparationis in quantitate vel qualitate. Hinc paria impariave,[12] re vel ratione seu gradu probabilitatis. In qualitate simile et dissimile.

Loca seu argumenta orta sunt quae vim arguendi sumunt a primis. Suntque originis vel simplicis quae vim habent ab uno argumento primo, vel compositae.[13] Simplicis est nominale vel reale. Nominale est vel conjugatum vel notatio. Conjugatum sunt abstracta et concreta, et casus. Notatio est quae arguit nomen vi originis logice consideratae. Reale est totius et partis, generis et speciei. Totum extraordinarium persona Christi, ordinarium in creatis, essentiale ex materia et forma vel integrale sive similare vel dissimilare. Pars easdem habet divisiones, accedit quod est principalis vel minus talis. Totum collectivum est essentiale, ut Respublica. Genus est summum vel subalternum, remotum vel propinquum, perfectum vel imperfectum seu analogum. Argumentum ortum magis compositae originis[14] sunt definitio et distributio. Nam definitio: *animal* [*rationale*], distributio: *animal: homo vel brutum*. Definitio etiam phraseos datur. Definitio imperfecta: descriptio. Definitionem investigamus per praedicamenta. Item per oppositi definitionem etc.

---

[11] *Darüber*: NB.

[12] *Darüber*: majus minus

[13] *Bezugsstrich nach unten* compositae originis . . .

[14] *Bezugsstrich von oben* . . . vel compositae.

2 etc. (*1*) alteri (*2*) alicui inest (*a*) proprie, (*b*) essentialiter, *L* 8 quod *erg. L* 15 Loca (*1*) orta (*2*) seu *L* 20 ex . . . forma *erg. L* 21 f. collectivum (*1*) habet partes essentiales, ut (*2*) est *L* 24 definitio: (*1*) *homo* (*2*) *animal L* 24 f. *ratione L ändert Hrsg.*

Praedicamenta sex principalia hic utilia substantia, quantitas, qualitas, actio, passio, relatio. Definiuntur imperfecte Deus, individuum, genus generalissimum, pars, Ens collectivum, Ens concretum, imago, figmentum, privatio. Distributio nominalis aequivoci, realis univoci estque divisio vel partitio. Imperfecta oritur e locis superioribus, causae in causata, effectus in causas, subjecti in adjuncta, etc. Sic ex quantitate homo gigas, pigmaeus, etc.

Denique locus inartificialis est testimonium (+ ubi exemplum? +).

Thema et Argumentum erant inventionis; sequuntur instrumenta dispositionis: Axioma (enuntiatio ) Syllog[ismus] Methodus. Canones Enuntiationis κατὰ παντός, καθ’ αὑτό, καθόλου πρῶτον.

Enuntiatio simplex, copulata (*saccarum est dulce et album*), connexa (*si Deus est providentia est*), discreta (quibusdam occupativa ) (*quamquam Deus permittit peccatum tamen non est ejus autor*), disjuncta (aliis alternativa) ) [(]*aut dies est aut nox est*[)]. Hae sunt species principales ex forma; minus principales sunt: quod est purum vel [modale]; synonymicum vel paronymicum (ubi praedicatum aequivoce de subjecto ), identicum, non identicum, naturale supernaturale. E materia enuntiatio est generalis specialis, singularis; absolutum vel determinatum, et hoc exclusivum (*omne animal praeter homines est irrationale*), restrictivum (*homo quatenus animal sentit*). De affectionibus Enuntiationis seu axiomatis transferantur huc quae in aliis excerptis ex hoc autore *erster bogen* pag. 4.

Syllogismus compositus duplex conditionalis vel disjunctivus. Uterque affirmativus vel negativus. In conditionali, affirmato antecedente sequitur affirmari consequens, negato consequente, sequitur negari antecedens. Disjunctivo affirmato membro negatur alterum; negato uno membro affirmatur alterum. Post syllogismum Methodus, quae vel inventionis quo disciplinae constitutae, vel doctrinae, quo docentur. Estque vel perfecta seu acroamatica vel imperfecta seu exoterica. Methodi perfectae dantur leges et species. Leges tres: homogeniae, collocationis, et colligationis. Species: universalis vel particularis; synthetica pro disciplinis theoreticis, analytica pro practicis. Exoterica est universalis vel particularis. Lex homogeniae prohibet admisceri aliena, lex collocationis a generalibus descend[end]i ad particularia; lex colligationis jubet partes longius dissitas

4 realis (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) univoci *L* 4 f. superioribus, (*1*) causae, effectus (*2*) causae *L* 13 *aut* (*1*) *fide aut operibus justific* (*2*) *dies L* 14 f. modales *L ändert Hrsg.* 17 vel (*1*) indefinitum (*2*) determinatum *L* 17 exclusivum, (*1*) restrictivum (*2*) (*omne L* 28 synthetica (*1*) vel analytica (*2*) pro *L*

19 f. Vgl. N. 234 bei Fußnoten 6–10.

vinculo transitionis colligari. In methodo synthetica, subjectum, affectiones, species vel partes. Analytica: finis, subjectum, media per quem finis inducitur in subjectum.

Locos logicos resumtos et uno conspectu exhibitos separata scheda sum complexus.

Thema oratorium: liberum astrictum, liberum simplex compositum. Simplex ad explicationem, affectum, ita universale singulare. Universale theoreticum practicum, singulare, rei, personae seu vitae, loci (regio, urbs, hortus, theatrum), temporis (ver, hyems), factorum (hypotyposes). Affectum respicit laudatio vel vituperatio, absoluta rei, personae, loci temporis facti. Personae suas ob virtutes; huc panegyrus: et quidem Satyrae vel Philippicae; parentationes; gratiarum actio, exprobratio. In composito explicatur quaestio generalis seu thesis vel hypothesis. Affectus laetitia (gratulatio) dolor (oratio poenitentialis), amor (adhortatio deliberatio etc.), misericordia (lamentatio intercessio deprecatio), spes (consolatio), metus (comminatio), odium (accusatio invectiva).

Thema astrictum textuale vel analyticum. Textuale contextus prolixior vel brevis sententia quae est Emblema, imago, symbolum herois, aenigma, apophthegma, proverbium Paradoxum Gnoma Chria, hieroglyphicum fabula. Analysis vel nuda, vel conjuncta cum imitatione, dilatatione contractione, rescriptione.

*Epitheta* latina Ravisii, *Graeca* Dinneri.

Lamb. Danaeus habet [versus] quosdam contra pontificios: qui incipiunt: *Candidavestigeri faciesimulanteseveri pulchriperotumidi missapecunifices*, ex iis unus elegans: *Bombardagladiofunhastiflammiloquentes*.

1 methodo (*1*) theori (*2*) synthetica, *L* 2 f. subjectum (*1*) Melchioris Junii *ratio movendorum animorum* affertque formulas complures occurentes (*2*) Resumtio locorum Loci incomplexi complexi. Incomplexi a themate (1 a proposito 2 a subjecta materia), ab argumento in genere, vel in specie. In genere 3. a correlativis, 4 a sufficienti, 5. a principali ad accessorium, 6 a fortioribus rationibus, 7. ab absurdo, in specie (*a*) a causa (*b*) secundum divisiones locorum superiores a (*aa*) causa (*bb*) consentaneis, dissentaneis comparatis. Consentaneis nempe causa in genere (8 qualitate causae, seu quod de causa id de effectu) 9. a cessatione rationis 10. a lege cessante 11. a subordinatis, in specie ab efficiente (12 a causa exemplari 13 a causa impellente, 14. a causa sine qua non, 15. ab instrumentali) et fine (16 a destinatis 17 a virtute finis) a materia (18 a conditione materiae) a forma (19 a differentia, 20 a significatione verborum, 21 a proprietate vocabuli, 22 a scripto, 23. a sententia, 24 a defectu formae, 25 ab expresso ad tacitum, 26. contra, 27 ab idea), ab effecto (28 ab efficacia (*3*) Locos *L* 7 hyemis), *L ändert Hrsg.* 19 versuus *L ändert Hrsg.* 19 pontificios: (*1*) quorum unus: (*2*) qui *L*

2 (Variante) M. Junius, *Animorum conciliandorum et movendorum ratio, non tam dicendi summorum magistrorum praeceptis, quam exemplis veterum oratorum tradita*, Mömpelgard 1596; vgl. N. 234, Oratoria lib. IX, Abs. 2. 3 separata scheda: N. 236. 4–17 a.a.O., lib. IX, sect. I, cap. III, reg. IV, tabula, S. 470. 18–21 a.a.O., lib. X, sect. I, cap. V, reg. II, S. 512 f. 18 J. Ravisius Textor, *Epitheta*, 1587. 18 C. Dinner, *Epithetorum graecorum farrago locupletissima*, Frankfurt 1589; Hanau 1605. 19 L. Danaeus, *Opuscula omnia theologica, ab ipso authore recognita, et in tres classes divisa*, Genf 1583, *Elenchi haereticorum*, vor S. 1: Hos aliquando versus excusos separatim reperi sine authore.

Poetica Alstedii non mala.

Heptametrum: *unica gutta Tui mihi satque superque cruoris Jesu.*

Versus Rhopalicus apud Ausonium dicitur (a ῥόπαλον clava internodia, distincta) ubi verbum sequens syllaba excedit praecedens: *Spes Deus aeternae stationis conciliator.* Versus voce ut in Anacreonticis: *laboriosiori.*

Theod. Eberti *poetica Hebraica, harmonica, rhythmica, metrica.* Hieron. Avianus in *Clavi poeseos sacrae* digessit omnium vocum Ebraicarum, Chaldaicarum et Syriacarum homoeoptota, et homoeoteleuta. Scaliger in introitu *Animadversionum ad Eusebium* disputat contra ea quae dixerat Hieronymus de poesi Hebraica. Hieronymum tamen in *Triumpho Biblico* Alstedius tueri conatur.

*Prosodia Graeca* Erasmi Sidelmanni.

In Io. Campani Bohemi *Odis sacris* 1611 editis lib. 1 *Gentes quid omnes vim rabidam tonant, voces inanes cur populi sonant, Agmen ducum regumque mistum, in Domini rapit arma Christum.*

Item *Gentis humanae pater, ut stupenda, ubique majestas tua, ut tulit sese procul intuenda, sub astra victrix ardua.*

15 Item *erg. L*

1 a.a.O., lib. X, S. 509–570, u. tab. XI, S. 8. 2 a.a.O., lib. X, sect. I, cap. XI, reg. VII, S. 521. 3–5 a.a.O., lib. X, sect. I, cap. XI, reg. VII, S. 523; AUSONIUS, *Omnia opera*, hrsg. v. E. Vinetus, Bordeaux 1580, Edyllium XXIX: Oratio consulis Ausonii, versibus rhopalicis, 351, v. 1 (*Opuscula*, III, 3). 5 a.a.O., reg. IX, S. 523. 6–10 a.a.O., lib. X, sect. II, cap. I, reg. I, S. 528–530. – TH. EBERT, *Poetica hebraica harmonica rhythmica metrica praeceptis, commentariis regulis et exemplis perspicue declarata*, Leipzig 1628. 6–8 H. AVIANUS, *Clavis poeseos sacrae . . . trium principalium linguarum orientalium, hebraeae, chaldaeae, ac syrae, rhythmos, seu omnium et singularum vocum* ὁμοιόπτωτα καὶ ὁμοιοτέλευτα, *juxta alphabeti seriem inversam ita disposita, ut simul lexici vulgaris usum admittant, exhibens*, Leipzig 1627. 8 f. J. J. SCALIGER, *Animadversiones in chronologica Eusebii*, in *Thesaurus temporum. Eusebii chronicorum canonum omnimodae historiae libri duo, interprete Hieronymo. Item auctores omnes derelicta ab Eusebio et Hieronymo continuantes. Ejusdem Eusebii utriusque partis chronicorum canonum reliquiae graecae . . . Notae et castigationes . . . Isagogicorum chronologiae canonum libri tres*, hrsg. v. J. J. Scaliger, 5 Tle, Leiden 1606. 9 f. J. H. ALSTED, *Triumphus bibliorum sacrorum seu encyclopaedia biblica exhibens triumphum philosophiae, jurisprudentiae, et medicinae sacrae, itemque sacrosanctae theologiae, quatenus illarum fundamenta ex Scriptura V. et N. T. colliguntur*, Frankfurt 1625, tit. XXVII, VI, S. 261–264. 11 a.a.O., lib. X, sect. III, cap. III, reg. II, S. 539. – Vgl. E. SIDELMANN, *Epitome de poesi, seu prosodia Graecorum*, in C. DINNER, *Epithetorum Graecorum farrago locupletissima*, Hanau 1605; verm. Ausg. Frankfurt 1612. 12–16 a.a.O., lib. X, sect. IV, cap. II, reg. II, S. 546. – Vgl. M. J. CAMPANUS, *Odarum sacrarum liber prior psalmos Davidicos continens*, Amberg 1613, psal. II u. VIII, S. 2 u. 10 f.; *Odarum sacrarum liber posterior*, Prag 1611.

Balthasar Bonifacius fecit amphoras, aras, clepsydras poeticas, et alia, vid. *Uraniam* ejus.

In Metaphysicis principia Essentia Existentia, affectiones seu modi Entis uniti et disjuncti. Uniti primarii unitas veritas bonitas, secundarii numerus et ordo, perfectio et pulchritudo. Disjuncti ex principiis et ex modis primariis. Ex principiis: per se per accidens, universale singulare, Actu potentia, independens dependens. Non creatum creatum; a se ab alio, absolutum respectivum, incorruptibile corruptibile, completum incompletum, naturale non naturale. Ex unitate, simplex compositum, Totum pars, prius connexum posterius; idem diversum, illocale locale, permanens successivum. Ex veritate mensura mensuratum, possibile impossibile, infinitum finitum, reale rationis, abstractum concretum. Ex bonitate principium principiatum, causa causatum, necessarium non necessarium, subjectum adjunctum; signum signatum, communicabile incommunicabile.

Unum simpliciter vel secundum quid, per se vel per accidens, genere, specie, numero subjecto vel aggregatione, eaque ordinata vel inordinata, et continua contigua. Unum ordinarium extraordinarium praeter vel supra naturam. Unum essentiale, personale, accidentale; essentia, analogia.

Verum necessarium vel contingens.

Bonum per essentiam vel participationem. Tres gradus, transcendentalis bonitas, naturalis, moralis.

Ordo universalis vel particularis; archetypus vel ectypus.

Perfectio, transcendentalis, naturalis, moralis, spiritualis. Item est simpliciter vel in suo genere, prima vel secunda, essentialis vel accidentalis; debita, indebita; unde imperfectio negativa privativa.

Pulchritudo creata vel increata.

Ens per se vel per accidens est tale ratione entitatis[15] (quod in uno est praedicamento), effectus[16] (quod dependet ab ente naturali vel voluntario), praedicationis[17] (quod essentialiter cum alio cohaeret).

---

[15] *Darüber*: incomplexum

[16] *Darüber*: incomplexum

[17] *Darüber*: complexum

1 et alia *erg. L* 3 f. Metaphysicis (*1*) affectiones Entis unitae et disjunctae (*2*) principia (*a*) Existen (*b*) Essentia . . . disjuncti. *L* 14 eaque *erg. L* 14 et *erg. L*

---

1 f. a.a.O., lib. X, cap. V, S. 552–554. – Vgl. B. Bonifacio, *Historia ludicra. Opus ex omni disciplinarum genere, selecta et jucunda eruditione refertum*, Venedig 1652; *Musarum liber XXV. Urania ad Dominicum Molinum*, Venedig 1628. 3 a.a.O., lib. XI, S. 573–630 u. tab. XII, S. 9.

Universale incomplexum complexum. Incomplexum in distribuendo signum universale, ut *omnis*, significando, vox appellativa ut *homo*, repraesentando species hominis, causando causa indifferens ad plures effectus. In Essendo genus universale, in praedicando synonymum vel analogum. Complexum est propositio universalis. Deinde universale ante multa seu metaphysicum,[18] in multis physicum,[19] post multa logicum.[20]

Actus purus ut Deus, impurus creaturae. Perfectus ut creator, qui simul totus. Permanens qui continuatur ut mundi administratio, transiens ut creatio. Definitus est numero Unus, indefinitus est repetitus subinde primus est forma, secundus operatio. Metaphysicus vel physicus. Entitativus quem etiam habet materia prima, vel quidditativus qui determinat. Essentiae, Existentiae qui posterior continet durationem et subsistentiam. Actus absolutus, vel respectivus qui est alterius. Actus absolutus qui in se subsistit, ut intelligentia, respectivus seu alterius ut anima. Signatus principium agendi, exercitus vis agendi. Potentia objectiva (est rei possibilitas) activa et passiva.

Potentia infinita Dei, huc ordinaria; physica cum motu, Metaphysica sine motu ut creatio. Propinqua remota, mediata immediata. Naturalis voluntaria. Prima, secunda. Prima a forma, secunda a temperamento in homine. Innata adventitia. Potentia passiva est subjectiva, receptiva, effectiva. Negativa, positiva, naturalis. Naturalis obedientialis, propinqua, remota, substantialis accidentalis, Physica, Metaphysica, ut in actu.

Ens independens quod non indiget priori ad suum esse, absolute nec [a] causa nec a subjecto, nec a termino [dependet], secundum quid substantia non dependet a subjecto, accidens absolutum non dependet a termino, dependentia igitur est effectiva, subjectiva objectiva. Huc ens a se et ab alio. Creatum non-creatum.

Absolutum rursus, effective, subjective objective. Respectivum transcendens vel praedicamentale.

---

[18] *Darüber*: idea
[19] *Darüber*: natura communis
[20] *Darüber*: conceptus

1 in (*1*) significando (*2*) distribuendo, *L* 1 f. signum . . . *omnis erg. L* 2 vox . . . *homo erg. L* 2 f. species hominis *erg. L* 3 causando (*1*) , essendo (*2*) causa *L* 4 est (*1*) propositum (*2*) proposito *L* 6 Deus, (*1*) mistus, (*2*) impurus *L* 6 ut creator *erg. L* 14 Dei, (*1*) physica (*2*) huc *L* 23 effective, (*1*) causal (*2*) subjective *L*

Completum quod [ad] alterius perfectionem non est ordinatum; estque absolute tale quod ita per se subsistit, ut compositionem non ingrediatur; comparate quod potest eam ingredi, ut elementa.

Naturale non naturale quod artificiale vel miraculum.

Simplex interdum respectu magis compositi. Compositio est rei vel rationis, ordinaria, extraordinaria (ut in Christo ), Generalis (Metaphysica vel logica). Metaphysica ex ente et essentia, ex essentia et existentia, ex natura et supposito, ex potentia et actu, ex materia et forma metaphysica, ex subjecto et accidente. Logica ex genere et differentia; compositio specialis ex partibus quantitativis, ex materia et forma naturali.

Totum vel improprie vel proprie. Improprie perfectionale, potestativum, perfectionale quod habet totam perfectionem ut Deus, potestativum ex facultatibus ut anima; Totum proprium habet partes per se per accidens, per se actu potentia. Actu Essentiale integrale. Essentiale rationis metaphysicum ex genere et differentia, rei physicum ex materia et forma. Integrale, numerale collectivum est homogeneum vel heterogeneum. Item totum essentiale vel integrale est vel substantia ut homo, vel accidens ut oratio. Totum potentia, quod continet partes (subjectivas) potentia non actu ut genus. Totum per accidens est causa, effectum, subjectum, adjunctum.

Prius connexum posterius. Prius natura, perfectione seu intentione naturae, tempore, loco, virtute, cognitione seu nobis notius; analogia. Connexum quod simul.

Idem diversum identitate primaria vel secundaria, primaria ordinaria in creatis et extraordinaria in divinis (quae Essentialis et personalis), ordinaria est formalis et numerica, secundaria subordinata (generica vel specifica), coordinata causalis et cohaesiva, haec subjectiva vel adjunctiva seu Accidentalis, principalis paritas, minus principalis similitudo. Diversitas est distinctio oppositio. Distinctio est absque pugna. Estque rationis et rei. Rationis pura rationis ratiocinantis vel eminens rationis ratiocinatae seu ex natura rei. Pura est, ubi non est fundamentum in re, sed tantum in collatione ut dextrum et sinistrum in columna. Distinctio ex natura rei est formalis, virtualis, modalis. Formalis inter ea quorum unum in definitione alterius. Virtualis ex effectibus diversis conclusa, ut vis exsiccandi et calefaciendi in sole; modalis inter rem modum, modum et modum, haec distinctio gradualis. Distinctio realis est inter rem et rem citra operationem

1 f. quod . . . tale *erg. L* 4 quod (*1*) praeter naturam (*2*) artificiale *L* 9 differentia (*1*) , materia (*2*) ; compositio *L* 11 vel (*1*) proprie (*2*) improprie *L* 12 ut Deus *erg. L* 13 potentia (*1*) per (*2*) . Actu *L* 16 Item (*1*) omne (*2*) totum *L* 16 vel (*1*) res (*2*) substantia *L* 17 (subjectivas) *erg. L* 20 f. simul. (*1*) Identitas (*2*) Idem *L* 24 haec *erg. L* 26 rationis ratiocinantis *erg. L* 29 f. diversis (*1*) collecta, ut (*2*) conclusa, *L* 31 haec *erg. L*

mentis ordinaria extraordinaria. Ordinaria in creatis quae subordinata et coordinata. Illa quae numerica generica specifica. Coordinata est causalis cohaesiva, haec subjectiva adjunctiva.

Oppositio est diversitas cum pugna. Estque negativa cum unum extremum est negativum vel positiva. Negativa est contradictoria vel privativa. Positiva est disparata, contraria relativa. Quae separari possunt distinguuntur.

Possibile impossibile absolute vel comparate.

Infinitum actu vel potentia, hoc secundum non Entitatem, est negatio infinitans ut *non homo*, secundum imperfectionem omne materia quae indifferens ad infinitas formas, secundum quantitatem est vel extensive (magnitudine vel duratione), [vel] intensive.

Abstractum concretum, abstractio, metaphysica a materia sensili et intelligibili, logica a particulari, mathematica a materia sensibili, physica a singulari seu signata.

Principium Essendi seu fiendi, operandi quod et quo. Cognoscendi.

Causa per se per accidens, prima, secunda, potentia actu, universalis, particularis, subordinata essentialiter accidentaliter, conjuncta simplex. Adaequata inadaequata (quae non reciproca effectui), remota proxima, vera, et sine qua non. Agens patiens. Ordo causarum perpetuus varius; dignitatis, inventionis, explicationis, intentionis, originis.

Causa efficiens dividitur ex vi efficiendi et ordine. Ex vi, procreans conservans corrumpens. Procreans est univoca, aequivoca; item emanativa transmutativa; ordine principalis minus principalis, item solitaria socia, utraque primaria secundaria, quae impellens instrumentalis. Instrumenta necessaria vel non, per se agens vel non; conjunctum ut manus sejunctum ut malleus, activum ut manus passivum ut securis.

Finis per se per accidens. Per se cujus cui, adaequatus inadaequatus; principalis minus principalis; operationis, operis, operationis finis est opus.

Materia sensilis intelligibilis; permanens, transiens, totalis partialis, prima secunda, remota, propinqua.

Forma substantialis accidentalis, materialis immaterialis. Totalis partialis (illa metaphysica seu Essentia), generalis specialis, remota propinqua.

Necessitas incomplex[a] absoluta vel ex hypothesi, ex causis externis vel internis. Necessitas infallibilitatis, sufficientiae (causis sufficientibus positis), violentiae; dispositionis seu praeparationis, meriti, ordinationis seu praecepti, obligationis ut promissa cadunt in debitum, indigentiae, expedientiae. – Contingens absolutum quod raro, mixtum ut plurimum, vel aequaliter, naturale voluntarium.

1 mentis (*1*) ordinate (*2*) ordinaria *L* 1 quae . . . Illa *erg. L* 5 Positiva (*1*) disposi (*2*) est *L* 8 secundum (*1*) negationem (*2*) non *L* 12 intelligibili, (*1*) physi (*2*) logica *L* 20 transmutativa (*1*) item (*2*) ordine *L* 31 Necessitas (*1*) infallib (*2*) inevitabilitatis (*3*) infallibilitatis, *L*

Subjectum per se, ut *vinum est bonum*; *febris mala*; per accidens *febris bona*, proprium seu reciprocum vel commune, totale vel partiale, ut *albus* [*quoad*] *dentes*, primarium *Deus sapiens*, secundarium *homo sapiens*. In specie subjectum recipiens vel occupans, illud inhaesionis adhaesionis, circumstantiae, occupans vel objectum. Internum, ut *arithmeticae numerus*, externum, ut *res numerabilis*. Item informationis tractationis, operationis usus. Liberum astrictum.

Signum physicum θετικόν, memorativum, demonstrativum praesentis, prognosticum, nudum efficax.

Ad praedicamenta reducuntur analogice Deus, collateraliter differentiae; reductive entia concreta; per accidens complexa, intentionalia, notiones secundae, relationes rationis privationes ficta possibilia. Quidam addidere undecimum praedicamentum, notionum.

Relationis praedicamentum has divisiones habet. Relatio est natura, instituto. Natura est relatio mensurae, identitatis ordinis. Mensurae internae (causalitas cognatio affinitas, locatio interna, temporalitas interna). Externae (norma, locus externus, [tempus] externum). Identitatis, ordinis. Ex instituto divino humano. Divino regimen mundi et Ecclesiae, signum commune et sacramentale. Ex humano ordo oeconomicus scholasticus Ecclesiasticus politicus; in quibus omnibus res, personae, actiones.

Actio substantialis vel accidentalis, haec non nisi accidens producit vel conservat. Est circa praesuppositum, vel non praesuppositum subjectum. Est immanens, transiens; instantanea successiva; perfectiva destructiva; corporalis spiritalis, naturalis voluntaria; physica vel metaphysica seu sine motu, physica vel moralis sine fluxu, univoca aequivoca; productiva reproductiva, adductiva.

4 inhaesionis (*1*) hoc (*2*) adhaesionis *L* 4 circumstantiae *erg. L* 4 vel *erg. L* 5 Item (*1*) tra (*2*) informationis *L* 10 complexa, (*1*) notion (*2*) intentionalia, *L* 16 locus *L ändert Hrsg.* 18 scholasticus (*1*) politicus (*2*) Ecclesiasticus *L* 19 Actio (*1*) producit vel conserv (*2*) substantialis *L*

1–6 a.a.O., lib. XI, pars I, cap. XLII, praec., S. 617 f. 7 a.a.O., lib. XI, pars I, cap. XLIII, praec. I, III, IV, S. 618 f. 9–12 a.a.O., lib. XI, pars II, cap. I, reg. III, S. 621. 11 f. Quidam: nicht nachgewiesen. 13–18 a.a.O., lib. XI, pars II, cap. V, praec., S. 626. 19–23 a.a.O., lib. XI, pars II, cap. VI, praec. II, S. 627.

# 236. LOCI LOGICO-PRAGMATICI EX ALSTEDII ENCYCLOPAEDIA [1682 bis 1696 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 18. 1 Bl. 2°. 1 S. (Rückseite leer.)

Die Datierung folgt dem wenig belegten Wasserzeichen von N. 234 und 235; in dieser bemerkt Leibniz, *locos logicos* auf einem besonderen Blatt zusammengefaßt zu haben. Die Druckvorlage ist vermutlich eine spätere Abschrift oder ein Zweit-Auszug, ihr Wasserzeichen ist von 1693 bis 1696 häufig belegt.

Exzerpiert ist die tabellarische Synopse. Die von Leibniz hinzugefügten Elemente aus dem Text des Kapitels bei Alsted sind mit größerem Einzug und vorangestelltem * wiedergegeben.

## Loci logico-pragmatici

(+ NB. argumentamur ab *A* ad *B* AFFIRMATIVE *A est ergo B est*, NEGATIVE, *A non est ergo B non est*. ATTRIBUTIVE *A habet tale praedicatum ergo B habet tale* (scil. consentaneum, dissentaneum, connexum priori) +)

Incomplexi vel complexi.

Incomplexi a Themate vel argumento.

Argumento in genere vel in specie, in specie a consentaneis, dissentaneis, comparatis, ortis, inartificiali.

Complexi ab Axiomate, Syllogismo Methodo.

A Themate

(1. a proposito
autoris

2. a subjecta materia
(ita verba secundum eam intelligenda) )

Ab argumento in genere

(3. a correlativis
affirmative negative qualitates attribuere ab uno ad aliud

12 scil. (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) consentaneum *L* 12 priori *erg. L* 14 argumento. (*1*) Complexi ab Axiomate, Syllogismo Methodo. (*2*) Argumento *L*

9 J. H. ALSTED, *Encyclopaedia septem tomis distincta, . . . Serie praeceptorum, regularum, et commentariorum perpetua*, 2 Bde, Herborn 1630, lib. VIII, sect. III, cap. V, synopsis, S. 454 f., u. cap. V, S. 447–453.

4. a sufficienti
5. a principali ad accessorium
   quod sequitur naturam principalis
6. a fortioribus rationibus
7. ab absurdo
   vel inconvenienti, scandalo, inhumanitate)

CONSENTANEA sunt Causa, Effectus, Subjectum, Adjunctum, Adsitum.

Causa in genere, in specie.

Efficiens, finis, materia forma.

A causa in genere

(8. qualitate causae
   ad qualitatem effectus.
9. cessatione rationis.
10. cessante lege.
11. subordinatis
   subordinata se includunt)

Ab Efficiente

(12. a causa exemplari
   a qualitate ideae
13. impellente.
14. sine qua non
15. instrumentali)

A Fine

(16. ab ordinatione seu destinatis
   * ordinatum ad unum, non trahendum ad alium
17. a virtute finis
   * uti finis ita res)

A Materia

(18. a conditione materiae.
   * ( (ex qua, de qua) ) )

7 Adjunctum, (*1*) Antecedens, (*a*) Conjunctum. Concomitans (*b*) Connexum, Consequens. Dissentanea (*aa*) sunt diversum, (*bb*) diversa etc. privantia (*2*) Adsitum *L*

7 Adsitum: nicht bei Alsted a.a.O.

A Forma.

(19. a differentia
 * specifica.
20. a significatione verborum
21. a proprietate verborum
22. a scripto
23. a sententia.
24. a defectu formae
25. ab expresso ad tacitum
 * implicitum aequipollet expresso
26. a tacito ad expressum
27. ab idea
 * vel definitione)

Ab Effecto

(28. ab efficacia effectus
 * ad potentiam efficientis
29. ab effectu eorum quae simul requiruntur ad esse
30. ab effectu verborum
 * quae accipimus cum effectu
31. ab utili,
32. ab inutili
33. a jucundo
34. ab injucundo)

A Subjecto

(35. a materia in qua
36. circa quam,
37. a re ad modum
 * negative,
38. signato ad signum,
39. vi surrogationis
 * surrogatum sapit naturam prorogantis)

Ab Adjuncto.

(40. a jure
 * ad faciendum non ad factum
41. facto.

42. proprio
    * seu proprietate
43. ratione strictae legis
    * restrictio.
44. a ratione ampla legis
    * ampliative
45. ab impossibili
46. possibili
47. necessario.
48. non necessario
49. honesto
50. turpi
51. futuro
52. non futuro
53. magno.
54. parvo.
55. digniori significatu vocabuli,
    * unde sumenda interpretatio aequivoci
56. a vi numeri
    * plurali ad singularem et contra,
57. a communiter accidentibus.
58. ab usitato,
59. ab insolitis
60. a stylo
    * loquendi usus, stylus curiae
61. a nomine dignitatis, officii, vel appellativo
    * res praesumitur esse ut appellatur,
62. a praesumtione
63. plenitudine potestatis,
64. energia seu efficacia juramenti,
65. proprietate linguae
66. rubro ad nigrum,
67. Phraseologia,
68. usurpatione vocis
    * usus contra etymologam praevalet,

---

35 Bei Alsted, cap. V , S. 449: . . . quando usus vocis militat contra significationem,quam importat derivatio vel compositio. In hoc enim casu, attenditur usus: quia vocabula valent usu, ut nummi.

69. certa locutionis formula
 * accipienda sine cavillo,
70. a consuetudine scriptoris et scripti
71. a modo sive gradu ad rem
 * affirmative non negative,
72. a signo ad signatum.
73. a remotione temporis
 * qui anterior vel posterior rem non fecit)

Adsita sunt Antecedentia, connexa, consequentia

A b A n t e c e d e n t i b u s

(74. extremis
 * ad media,
75. primo ad ultimum
 * *si vinco vincentem te*
76. priori ad posterius)

A C o n n e x i s

(77. a conjunctis
78. a concomitantibus)

A C o n s e q u e n t i b u s

(79. [a posteriori ad prius])

A DISSENTANEIS nempe

A d i v e r s i s

(80. ab anticipatione prolepseos
 * cum tacitam objectionem praeoccupamus ex loco diversorum,
 * *quorum fides concutitur*, *ei non amittunt ideo fidem*)

A c o n t r a r i i s  i n  g e n e r e
 * eaedem disciplinae

81.

7–9 temporis (*1*) Ab Adsitis id est ab anteced (*2*) Adsita *L* 20 a priori ad posterius) *L ändert Hrsg.*

9 Adsita: nicht bei Alsted a.a.O. 26–28 Bei Alsted, synopsis, S. 454: A contrariis in genere 81. – cap. V, S. 449: *A contrariis in genere* duobus modis formatur argumentum. 1. Contrariorum eadem est disciplina. 2. Posito uno contrariorum, ex immediate contrariis, tollitur alterum: et contra, sublato uno ponitur alterum. Valet utraque regula in relative contrariis, stricte dictis contrariis, et privative contrariis.

A Disparatis

(82. a separatis seu a differentibus sive diversis

* separatorum separata ratio.

83. a diversitate temporum.

84. locorum)

A relatis

(85. relatione consentanea vel dissentanea

* *est pater ergo habet filium* *est filius ergo non est pater*)

Ab adversis

(86. ab extremis ad medium

* probatis extremis probatur medium participationis

87. ab incompossibilibus et repugnantibus

* repugnantia sunt contrariorum antecedentia et consequentia)

A contradicentibus

(88. a vi primi principii)

A privantibus

(89. a privatione ad habitum

* nihil in privatione quod non in habitu, non est regressus

90. ab habitu ad privationem)

COMPARATA in genere, et in specie: par, majus, minus, simile, dissimile

A comparatis in genere

(91. a comparatione)

A pari

* eadem ratio

(92. a ratione legis,

93. a contrario sensu

* contraria contrariorum consequentia,

94. ab exemplis

* vi paritatis, alias non exemplis sed legibus

95. verisimili seu aeque probabili

96. ab aequipollentibus seu aequipollentiis

97. a vi fictionis

---

13 F. HOTTOMANNUS, *Institutiones dialecticae ex fontibus philosophorum*, [Genf] 1573 u. 1593, lib. I, cap. XXII.

* tantum operatur fictio in ficto quantum veritas in vero

98. a persona ad tempus
99. ad locum
100. ad rem
101. a re ad tempus
102. ad locum.
103. a tempore ad locum
104. ad personas
105. a loco ad personas
106. ad locum,
107. a persona ad personam
108. a tempore ad tempus
    * a praeterito ad futurum
109. ab analogia seu analogis
    * responsa dicimus, *doceo, doces*, ergo et *fleo fles*.
110. a vi generis masculini
    * *beatus vir*, ergo et foemina
111. a concordia sacrae et profanae Historiae
112. a concordia Historiae et experientiae)

A Majori

(113. potentiori
    * ut in androgyno sexus praevalens
114. combinatione plurium textuum.
115. vi comparationis seu a vi comparativi et superlativi.
116. a vi geminationis
    * inducit firmitatem
117. a majori ad minus
118. a majus probabili.)

A Minori

(119. a toleratione inconvenientis ex duobus specialibus
    * eligendum minus
120. a minori ad majus
121. a minus probabili)

17 Ps. 1, 1.

A S i m i l i

(122. ab externo ad internum

* *a* ad *b* ut *c* ad *d* sed *a* est *e* ⟨certo et *c* est respondens⟩ ipsi *e*

123. contra

124. comparatione literarum

125. proportionalibus

126. simili)

A D i s s i m i l i

(127. disproportionalibus)

ORTA sunt Conjugata, Notatio, Totum, Pars, Genus, Species, Individuum,

* Definitio, Distributio.

A C o n j u g a t i s

(128. a derivatis

* tutor ergo debet tueri)

A N o t a t i o n e

(129. ab etymo nominis.

130. ab allusione vocabuli)

A T o t o

(131. a toto ad partem

132. toto essentiali

133. integrali.

134. regula)

A P a r t e

(135. a parte ad totum

136. a partibus integralibus.

137. essentialibus.

138. ab exceptione ad regulam

139. a parte in loco aut tempore)

A G e n e r e

(140. ad speciem.

141. ad species

142. a generalitate

143. a toto universali

144. toto quantitatis

* ad partes

145. a generali ad speciale
146. a sententia generali adeoque a principio ad conclusionem, a thesi ad Hypothesin)

A Specie

(147. ad Genus.
148. ad individuum
149. a partibus quantitatis
150. a subjectivis
* speciebus ad genus
151. speciali)

Ab Individuo

(152. ab hypothesi ad thesin)

A Definitione

(153. ad definitum.
154. contra
155. a descriptione ad descriptum
156. contra)

A Distributione

(157. a divisione.
158. a diviso
159. a sufficienti enumeratione
160. a subjectione)

Ab Inartificiali

(161. autoritate
162. testibus
163. instrumentis
164. jurejurando
165. opinione vulgi
166. fama
* rumor non est tam generalis
167. evidentia facti.
168. confessione.
169. tormentis

27 jurejurandi *L ändert Hrsg.*

170. legitima praesumtione vel conjectura,
171. regulis
172. communi doctorum opinione
173. autoritate legis,
174. experientia
175. natura
* ⟨a⟩ dictamine
176. jure scripto,
177. consuetudine)

Ab Axiomate

(178. subjecto ad praedicatum.
179. contra
180. a conversione.
181. universali ad particulare.
182. singulari ad universale
183. conjunctis ad divisa.
184. contra.
185. a *quatenus ipsum* ad *de omni*
186. a vero ad falsum.
187. contra.
188. ab U. A. ad U. N.
189. contra
190. ab U. A. ad P. A.
191. [ab] U. N. ad P. N.
192. a sententia aequipollente.
193. a contradictoria oppositione.
194. ab exclusiva ad universalem.
195. a remotione unius membri ad exclusivam
196. ab *Est* tertii adjecti ad *est* secundi adjecti
197. a figurato ad proprium
198. a natura copulae.
199. a natura alternativorum.
200. a natura dictionum implicativarum

24 ad *L ändert Hrsg.*

* omnes sc. convenientes

201. taxativarum,

* *solus, non tamen sine*

202. servilium,

* donec solverit novissimum quadrantem id est nunquam

203. a tractatu seu a perplexis aut implicitis

* conciliantur distinctione commoda

204. a respectivis sive a tanquam

* cum diversus respectus indicatur

205. a sensu diviso.

* cum distinguimus a conjuncto sensu

206. comparato.

* quaedam vera comparative non absolute

207. a καθ’ αὑτὸ ad κατὰ παντὸς

208. a καθόλου πρῶτον ad καθ’ αὑτὸ)

A Syllogismo

(209. ab omni ad aliquod

210. a nullo ad aliquod

211. a tertio argumentationis

212. a vi syllogismi consecutivi

213. a concessione antecedentis ad consequens.

214. contra.

215. a destructione antecedentis ad destructionem consequentis.

216. contra.

217. ab instantia

218. ab enumeratione partium

219. a praemissis ad conclusionem.

220. contra)

26 218. . . . partium *erg. L*

1 Bei Alsted, cap. V, S. 453: cum intelligitur idem esse in casu contrario. Nam dictio implicativa implicat, i. e. designat, idem esse in casu contrario. e. g. Deus est servator omnium, maxime vero fidelium. 15 Bei Alsted, synopsis, S. 455, u. cap. V, S. 453: A καθόλου ad. 26 Bei Alsted, synopsis, S. 455: Ab inductione. – cap. V, S. 453: *Ab enumeratione partium*, seu *a divisione et inductione;* . . .

A Methodo
(221. ab ordine
222. ab antecedentibus et consequentibus, seu a contextu)

## 237. AUS UND ZU SCHRIFTEN VON ERHARD WEIGEL
[1. Hälfte 1683 (?)]

Die Datierung stützt sich auf das häufig belegte Wasserzeichen.

## $237_1$. TETRACTYS

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen aus E. WEIGEL, *Tetractys, summum tum arithmeticae tum philosophiae discursivae compendium, artis magnae sciendi genuina radix.* Jena 1673, S. 7–24 (*Tetractys numerorum*), dort S. 8–15: LH IV 1, 6 Bl. 2 u. 9. 1 Bog. $2^{o}$. $\frac{1}{3}$ S. auf Bl. 2. (Auf dem Bogen auch N. $237_2$ u. N. $237_3$.)

Erhardi Weigelii *Tetractys*, Jenae sumtibus Meyeri 1673. $4^{o}$.

Aliquando prolixiores, ex Tetracti Numerorum nascuntur lineae sed contra notae tanto expeditiores quia duo et tria mens facile percipit, septem octo novem etiam attenta Mens non nisi pluribus conceptibus distincte penetrat. Vulgus libenter utitur, nam quatuor ex granis digitum unum componunt, ex quatuor digitis unum palmum. Ex 4 palmis pedem, 4 pedibus passum; 4 passibus perticam. Ita ulnam dividunt in 4 quadrantes adeoque in 16 partes. Diem noctemque in quatuor partes, horam in quadrantes, tactum Musicum in 4 Commata, pausas per quaternales lineas designant; hisque temporum extensiones ad mensuram revocant. Qualitates intensivas in 4 gradus; pondera in quaterna

---

13 Aliquando: bei Weigel: aliquanto. 14 facile percipit: bei Weigel: uno distinctoque conceptu clare perspicit.

momenta. Pyra, poma, nuces, ova, claviculos, et alia id genus per quindecades, 15 *eine Mandel* cum unitate pro cardinis quantitate seorsim posita hoc est per 16. et quadriquindecadem hoc est *ein schock* cum 4 unitatibus quindecadum indicatoribus suis annumerant Emtoribus. Cantharos in popina compotatoribus, modios frumenti bajulis et



asportatoribus etc. per quaternas virgulas, *eine Fahne* dictas, ob oculos pingunt. In enuntiandis numeris omnibus quatuor articulos cardinales, unum, decem, centum, mille. Idem Dalekarli quaternis suis in moneta cuprea numeranda cumulis quaternorum nummorum, et rustici nostrates passim testantur. Ratio a decem digitis nulla est, uno pollice separatim spectato sunt in quavis Manu quatuor. Thraces ita numerabant autore fortasse Zamolxi Pythagorico, et ideo ab ignavis ludibrio habentur. Abacus (loco Pythagorici vulgo dicti) fit duarum linearum, bis tria sunt quatuor et duo, ter tria sunt biquatuor et unum. In subtractione ad duas tantum distantias rarius ad tertiam respicit. In divisione hic nec additur nec subtrahitur, et ex tribus consuetis, *in mahl von*, solum remanet, *in*. (+ Putam dyadicos absolute optimos, tertiadem in planis, octadem in solidis. +) Decadicus magis sensualis, *wenn man mit den fingern zehlet*; nec mentis indolem sed digitos sequitur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Ein* | *Vier* | *Secht* | *Schock.* |
| *1* | *4* | *16* | *64* |

## 237$_2$. TETRACTYS TETRACTY PYTHAGOREAE BURGERI CORRESPONDENS

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen aus E. WEIGEL, *Tetractyn tetracty Pythagoreae correspondentem . . . exponit Societas Pythagorea.* Jena 1673: LH IV 1, 6 Bl. 2 u. 9. 1 Bog. 2$^o$. $^1/_3$ S. auf Bl. 2. (Auf dem Bogen auch N. 237$_1$ u. N. 237$_3$.)

*Tetractys Trigonometrica* Collegae nostri Pythagorici, D[omini] M. Georg[ii] Arnoldi Burgeri. Societas Pythagorea Jenae.

4 Die Figur nicht bei Weigel. 10 f. Vgl. HERODOT, *Historiae*, IV, 94–96. 13 f. Bei Weigel: . . . divisionem numeri seorsim propositi convertit in . . . subtractionem: . . . in multiplis Regula de Tri constituendis negligit additionem terminorum particularium, quotcumque, tanquam terminum quaesitum, eruit Divisione mirifica, in qua nec multiplicatur nec subtrahitur artificialiter. 24 A. BURGER, *Tetractyn pythagoricam, infinitam numerorum rationem universalium constitutionem modalium difficultatem distinctis theorematis pantologicis . . . praeside M. Georgio Arnoldo Burgero, Norimb. publice discutiendam proponit Johannes Schultze*, Jena 1672.

Sparta autori delata, directoris Artium Architectonicarum.

Jamblichus in *vita Pythagorae* lib. 1, c. 28. ei tribuit τὴν ἕυρεσιν τῆς τετρακτύος, quod videtur intelligendum de hoc numerandi modo.

Nonnemo Pythagorice numeraturus apud Lucianum in *vita autoris*, ubi dixisset unum, duo, tria quatuor (1. 2. 3. 10) substiterit, cui Pythagoreus quasi per moram responsurus: v i d e s, inquit, 10) d e c e m e s s e q u a e t u q u a t u o r e x i s t i m a s (+ rectius ergo Weigelius, retinuisset *Zehn, Hundert, Tausend*, ita *Zehn* significasset IV, *Hundert* significasset LXIV et 1000 significasset 256 +) et triangulum perfectum (aequilaterum) nostrumque jusjurandum constituere. Thraces constat hoc numerandi modo usos, forte a Zamolxe, qui eis teste Herod[oto] in *Melpomene* dogmata Pythagorae communicavit. Cujus doctrinae et pertinacissime adhaesisse eos probat Rob. Scheringhamus in *De Anglorum origine* p. 224 et seqq. ex Jornande, et Strabone lib. 16. aliisque, ut eum pro Deo habuerint. Conferatur et de Tetracty Meursius in *Denario Pythagorico*.



Theon Smyrnaeus vim Tetractyos Pythagoricae parum intellexit.



Unitas punctis; binarius lineis, ternarius superficiebus, quaternarius solidis ⟨decatus⟩, denarius.

M. Joach[imus] Heinricus Hagenius P. L. Amico suo. Laus tetractyos Weigelianae.

10 modos *L ändert Hrsg. nach Weigel*

1 Sparta . . . Architectonicarum: Ernennung Weigels zum Oberbaudirektor um 1661/62. 4 apud Lucianum: vgl. *Vitarum auctio*, 4. 8–19 Diese und die weiteren Figuren nicht bei Weigel. 10 f. Vgl. HERODOT, *Historiae*, IV, 94–96. 13 R. SHERINGHAM, *De origine gentis anglorum*, Cambridge 1670. 13 Vgl. JORNANDES, *De Getarum sive Gothorum origine er rebus gestis*, Leiden 1597, § 39. 13 Vgl. STRABO, *Rerum geographicarum libri XVII*, XVI, 2,39. 14 J. MEURSIUS, *Denarius Pythagoricus*, Leiden 1631, cap. 1 u. 3 f. 15 THEON VON SMYRNA, *De utilitate mathematicae*, cap. 37–43.

## $237_3$. METHODUS DISCENDI NOV-ANTIQUA

**Überlieferung:** *L* Auszug aus E. WEIGEL, *Methodus discendi nov-antiqua*, Jena 1673, mit Bemerkungen: LH IV 1, 6 Bl. 2 u. 9. 1 Bog. 2°. $^2/_3$ S. auf Bl. 2. (Auf dem Bogen auch N. $237_1$ u. N. $237_2$.)

*Methodum discendi Nov-antiquam qua more veterum ad minimum dimidio temporis, duplum ejus quod vulgo fit, adeoque quadruplum, non in theoria tantum sed et in ipsa praxi linguarum et scientiarum adeoque ipsarum virtutum jucundo naturae ductu, sine rigore scholastico praestari potest, collegii Sopho-Mathematici speciminibus reapse demonstrabit: Erhardus Weigelius.* Jenae Bauhofer 1673, est unius plagulae programma.

Veteres plerique operas ad vitae sustentationem necessarias simul exercuere,et tamen longius provecti quam scholastici otio abundantes tot subsidiis artis inprimis Typographicae castrati. Scholae grammaticam, Rhetoricam,[1] Poeticam, oratoriam et logicam, ultima veterum inventa, quae subtili artificio verba de rebus aliunde praecognitis digerunt mentibus rudibus a rerum copia vacuis inculcant. A physicae primordiis, mineralium plantarum animalium observatione, quae se utiliter et jucunde mentibus insinuant vix suo rigore pueros retrahunt. Mechanicae specimina adolescentes exercitiis alias adeo gaudentes, vix tangere patiuntur. Geographiam et Historias, quas infantes sub praetextu fabularum utiliter auscultarent, sero nec nisi in latinitatis argumentum carptim proponunt. Arithmeticae et Geometriae rudimenta, veterum alas atque ansas tanquam molestas et indecoras aversantur. Linguarum singulas quas pueri sua sponte ad summum biennio cum rebus ipsis libere per conversationem haurirent, praesertim latinam et graecam vix per binas annorum decadas immensae syntaxeos infundibulo, sine rebus instillant. Interea spinosas conceptibilitates et verba sectantur. Sapientes hujus seculi contra consuetudinem et scholastica obstacula eluctati, duplo plus patientiae et ingenii habuisse quam veteres, censeri possunt. Moribus haec discendi ratio nocet. Praeceptorum animi perpetuo bilis aestu quotidie bis concitentur, ut hypochondria cum intestinis plerumque male se habeant.[2] Discipulorum animi insensibili virulentia exemplorum iracundiae et morositatis

[1] Grotius putat Rhetoricam ultimam docendam.
[2] *Am Rande*: NB.

12 castrati. (*1*) Veteres (*2*) Scholae *L* 16 insinuant (*1*) Mec (*2*) vix *L*

29 Vgl. GROTIUS, *Ad Benjaminum Maurerium, illustrem Legatum Regis Galliae*, Rotterdam, 12. Mai 1615, in: *H. Grotii et aliorum dissertationes de studiis instituendis*, Amsterdam 1645, N. I, S. 1–6, dort S. 4 f.: Rhetorica quoque Aristotelis omnino tibi legenda arbitror; sed alio, quam vulgus censet ordine, post Ethica et Politica. Videt enim ille omnium scientiarum atque artium consummator, ad persuadendi artificium rivos ex morali ac civili sapientia molliter deducendos.

in praeceptoribus observatorum partim naturali contra tot absurda reluctatione corrumpuntur; serviliter enim exigunt captum superantia, prohibent captu facilia. Ingenium farragine terminorum qui familiaribus in hac vita reddi non possunt, obstipando, vana pertinacia implent, ut ubi improbo labore isto quo praescriptum est modo contexere didicere ad superbiam et aliorum contemtum declinent. Unde tot ex scholis morosi potius et petulantes, quam morati et modesti. Ad certamina mutua propositis praemiis crebro provocantur pueri, terminorumque varie valentium certis acceptionibus [obstinate] defendendis astringuntur et sophisticis Elenchis quasi praecipuis excultae rationis speciminibus instruuntur. Unde non mirum tot ex scholis rixosa mundum confundentia prodire ingenia. Magistratus constitutis jam scholis per certos directores, Scholarchas id agit, ut a majoribus probatam Methodum docentes fideliter sequantur, rariusque nisi notabili abusu Scholas premente de mutatione consilium suscipit, multitudine negotiorum civilium alias nimium distractus. In scholis quae didicere vicissim suis propinant discipulis novitatem vel ex ratione status aversantes.

Scio principes et Magnates minime praeoccupatos esse, et impense tales Methodos probare, quibus reipublicae magis quam otio Scholasticorum consulatur. Hortati me Wilhelmus et Ernestus fratres inclyti; Christianus Ernestus Marchio Brandeburgicus, cujus Antistitis Generalis a Lilien filius sexennis stupendum talis Methodi specimen edere potest, cui addi potest Ludolfi nostri filiolus ei coaetaneus. Nuper calcata addidit fortissimus Heros de Montecuccoli Marte simul et arte supra famam praepollens, ut et Eminentissimi Noribergae proceres. In hunc usum Collegium Numerorum et figurarum applicatorium instituimus. Jenae 4 Maji 1673.

## $237_4$. UNIVERSUM CORPUS PANSOPHICUM

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 1, 6 Bl. 3, 4, 7 u. 8. 2 Bog. 2°. 8 S.

*Universi Corporis Pansophici caput summum a rebus naturalibus moralibus et notionalibus denominativo simul et aestimativo gradu cognoscendis abstractum. Exhibens reale non imaginarium Artis Magnae sciendi specimen Trinuno-combinatorium:*

7 f. certis (*1*) obstrictionibus (*2*) acceptionibus *L* 8 ordinate *L ändert Hrsg. nach Weigel*

*pacis inter eruditos perpetuo scientiarum incremento conservandae vinculum, probatorum antiquae philosophiae staminum a Scholae tricis purgatorum, ad Euclidaeam Catenam astrictione consolidatum, Filum Veritatis Ariadnaeum, quo simul et Cartesius ubi declinat, constringitur. Labor ultra vicennalis Erhardi Weigelii*, Jenae Bauhöfer 1673.

Absolvitur 4 Tractatibus, prodromo, seu Pantognosia, Metaphysica pansophica seu pantologia, Pantometria, Logica pansophica.

Artefacta non minus naturalia, quam quae vulgo sic dicuntur. Moralibus diriguntur nostrae Actiones, Notionalibus scientiae. Est discursuum hic et ipsis rerum ponderibus et verbis amplificandorum promtuarium.

Capita operis:

Pantognosia de gradibus humanae cognitionis et trina Mentis operatione.

Sectio I. de cognitione denominativa.

cap. 1. de gradibus humanae cognitionis. Cognitio est vel sensatio vel ratio seu simplex mentis operatio, in qua comparatio seu reflexio semper aliqua. Cognitio directa vel indirecta, haec sine attentione speciali, velut intransita, non propter semet ipsam quatenus distincte cognoscenda est, sed propter aliam. Non enim intellectus singulos terminos objectivos examinat, sed saepe suppositive saltem et titulotenus ordinat, vicario sensuum officio multa committens, quod ii qui somniando loquuntur testantur. Directe res consideratur, vel quatenus res comparantur versaturque aliquid inter eas propter quod certo nomine appellentur; cum quaeritur *quale quid sit*, quae est cognitio denominativa. Cum vero quaeritur *plus aeque* an *minus* aestimativa.

cap. 2. de principiis denominativae cogn[itionis]. Intellectus habet notiones vel sibi connatas vel quas leviter advertendo vel in semet ipso perspicit ut unitatis et multitudinis item diastematum et punctorum notiones generales; quasdam per sensus, ut qualitatum patibilium. Ad haec ergo praecognita refert quicquid penitus cognoscere vult, postea et alterum cum altero confert. Unde nihil in intellectu quod non prius fuerit in sensu. In unoquoque duo quasi concipimus principia, quasi Materia[le] *Quod*, et quasi formale *Quo*. Prius quasi vagum et [confusum]. ⟨Et⟩ circa illa nihil aliud agit, quam ut si plura sint objecta, ea numeret. *Quale quid*, contracte *quid sit*; magis a principio *quo*. Hinc essentia, quidditas, natura, ratio formalis, ratio, in rebus compositis forma.

7 pantologia, (*1*) M. (*2*) Pantometria, *L* 14 f. vel (*1*) ref (*2*) ratiocinatio, qu (*3*) ratio . . . operatio, *L* 16 intransita, (*1*) quando res cog (*2*) non *L* 28 quasi *erg.* Materia *L* 29 commune *L ändert Hrsg. nach Weigel*

cap. 3. de quidditate reali seu physica, in quo quippiam vere consistit, et ex quo proprietates ejus atque effectus tanquam ex fonte promanant, id in levioribus objectis facile patet, ut in iis quae ipse intellectus composuit, ut dolium scammum, item essentia domini servi, etc. Item in extrinsecis rerum naturalium circumstantiis, ut dextri, sinistri, unitatis. In gravioribus vix unquam ad eam pervenimus, etsi semper propius accedamus: ita Horologium signate saltem eloquendo, consistit in determinato et ad certam quantitatem motus ordinato situ, sed si ea distincte enumeranda forent, multorum dierum spatium requirerent.

cap. 4. de quidditate Logica, cum intellectus realem et veram non statim perspiciat essentiam, interim titularem de singulis sibi format, eamque interim arrhae instar quaerenti tradit. In ea intellectus ut in aliis fere omnibus per meras procedit comparationes, saltem cum potioribus et notioribus, itaque objectum ab aliis distinguit, sedem objecti seu cui rei propius accedat velut eminus discernit, id in quo revera consistit objectum, seu intima principia felicius indagat, quod de alio cui assimilatur objectum compertum est, hoc ad objectum cognoscendum applicat. Nempe fit quo objectum cum aliis semper necessario proxime convenit, tum quo tanquam proprio vicissim ab eo distinguitur, nempe genus proximum et differentiam specificam, ut *homo animal rationale, Horologium instrumentum chronodicticum Automaton.* His conceptibus formalibus respondent objectivi, scholasticis formalitates essentiales. Reliqua solent dici extraessentialia, in jure vocantur Naturalia contractuum.

cap. 5. de Gradibus quidditativis seu Essendi. 1. Quippiam seu quippitas seu cogitabile (sive Ens sive non-Ens), cui opponitur Nihil. Si universaliter enuntiandum dicitur *unumquodque.* (+ *Unumquodque est omne cognoscibile.* +) Conceptus specialis exprimitur per *hoc* et *illud* a quo aliquid individuum dicitur. Si a communibus progrediamur Methodo divisiva resultabunt conceptibilitates essentiales continua serie cohaerentes, et quasi arbor consanguinitatis. Quae in eo conveniunt quod non sint, habent non-entitatem inter se communem.

Non Ens vel NEGATIONIS est, vel rationis. Non Ens negationis purae ut negatio formae in subjecto incapaci *non* purae privatio. Rationis, quod nullum habet esse nec actuale nec possibile, sed fingitur vel rationis ratiocinantis ut chimaera; vel ratiocinatae quod fundamentum in re habet, ut genus species.

1 physica, (*1*) tam levioribus (*2*) in *L* 16 proxime (*1*) congruit (*2*) convenit, *L* 21 f. quippitas (*1*) cui (*2*) seu *L* 22 cogitabile (*1*) cui opponitur (*2*) (sive *L* 23 (+ *Unumquodque . . . cognoscibile.* +) *erg. L* 24 *illud* (*1*) , et (*2*) a *L*

Divisio et subdivisio fieri potest modis innumeris (+ ita posses dividere Ens in Agens et non-agens, agens comprehendet Deum, angelum hominem animal, etc. non-agens spatium, materiam, lapidem +). Ita alio est, si Ens dividas in primum et ortum, ortum in suppositivum ut spatium, positivum ut substantiam accidens, vel si dividas Ens in substantiam et accidens, substantiam in mobilem et immobilem, immobilem in Deum et spatium. Ita sive hominem definias titulariter a diverso modo cognoscendi, ut fiat *animal rationale*, vel a diverso modo se loco movendi ut: *bipes terrestre*, seu *bipes carens plumis*, qui magis Platoni et Aristoteli placuit, prius scholasticis.

cap. 6. de universalibus. Universale quasi Ens vicarium fit cum protestatione tacita, quod omnia de singularibus sint intelligenda. Genus est quasi stirps unde genus ducunt cognati.

[cap. 7. de differentiis logicis. ] Differentiae sunt conceptibilitates oppositae inter duo immediate sub eodem universali comprehensa, ut irrationalitas et rationalitas.

[cap. 8.] de quidditate completa, [§ 1 sq.] Generis est quasi commune aerarium, ad quod contribuunt species vel aequaliter univoce, vel inaequaliter analogice. Parum refert in similibus utrum genus univocum constituas an Analogum (+ imo multum refert in meis +).

[§ 7 sq.] Quod dicunt definitionem debere constare genere proximo compendium saltem concernit, et succinctam essentiae titularis Enuntiationem. Essentiae rerum non sunt compositae, etsi compositi sint conceptus, uti Numerus ipse in se non variatur sive decadice sive tetradice cum Thracibus exponatur.

cap. 9. de praedicatione conceptuum definitionalium. Genus praedicatur de specie substantive, tanquam peculiare Ens, et proinde synonymice, ita dicimus *hominem esse animal* non *animalem.* Sed in iis terminis, quos crebrior usus non complanavit non habemus substantiva, ut nubes dicuntur imperfecte mixta, scilicet corpora. Sed potuit dici *rational animale*, uti *animal rationale* (+ si alius modus subdividendi usurpatus fuisset +). Ad quaestionem *quid sit res*, respondet per substantivum, ad quaestionem *quale sit* per adjectivum. (+ Comprehendit quaestio *quid sit* nihil aliud quam quaestionem *quale Ens sit.* +) Possumus aeque dicere *Animal esse vivens corporale*, quia dicitur etiam *vivens spirituale*.

1 innumeris | , ita *str. Hrsg.* | (+ ita *L* 27 Sed (*1*) cur potius dicere placuit (*2*) potuit *L*

8 Vgl. PLATON, *Politicus*, 266e, *Definitiones*, 415a u. ARISTOTELES, *Topica*, I, 7, 103 a 25–28 u. VI, 6, 143 a 29 – 145 b 33.

cap. 10. quomodo quidditas logica realem [essentiam sub se] complectatur. Ideas cum Numeris Plato haud dubie doctrinae saltem causa supposuit, Aristoteles vocat substantias secundas. Sunt incorruptibiles. Essentia Titularis usum praebet, quem Cosa *A* in Algebra signate definita cum aliis radicibus, *C. D.* accedentibus notis quantitatibus ut numeris *2. 3.* quibus utimur, donec radix exercite inveniatur (+ ut si quis a me quaerat numerum, qui in se ductus et se ipso auctus faciat triplum sui, nempe *aa* + *a aequ. 3a* seu *aa* + *a aequ. 2a* + *a* seu *aa aequ. 2a*, seu *a aequ. 2.* +). Essentia hominis exprimi potest vel uniterminaliter, *humanitas*, vel biterminaliter, ut *animalitas* [*rationalis*].

Si quis habeat Essentiam titularem Corporis Juris, ut quod sit congeries methodica legum Romanarum (+ extantium +) non ideo erit doctor juris. Idem varie definiri potest v.g. *Homo est animal pedestre bipes*, vel prorsus alia, ut *homo est animal rationale*, ita comparando hominem cum angelo habebis *rational Animale*, vel *substantia vivens rationalis* (quod significat *Rational*) *Animalis* (+ sunt quidam conceptus qui non locum habent, nisi sub uno genere, alii etiam sub alio, ut *vivum* est non tantum differentia corporis unius ab alio corpore, sed et differentia unius incorporei ab alio incorporeo. At *bipes* non nisi corporis differentia esse potest. Priores notiones sunt magis absolutae et simplices et combinationi aptae +). Veterum Graecorum definitio hominis nullo modo cedit scholasticae seu latinae, nam officio suo caret scholastica, cum eo maxime opus. Nam dum scholastici intimam conantur essentiam exprimere, negligunt notas sensibiles. Ita Hispani definitioni scholasticae insistentes disputarunt Americani bruta essent an homines, et simiformes dixere ad excusandam forte suam Tyrannidem. Sed secundum definitionem veterum homines esse debuissent praesumere, praesumtione juris et de jure, nam ad ulteriora non obstringitur definitio, postea ex reliquis artificiis humanis, quibus nullum brutum, nullum simiarum genus utitur facile homines esse animadvertissent. Uti visus deceptus quod optica detegit, stellas in horizonte positas longius dissitas imaginatur, ob tot interjecta objecta visibilia, ita ut licet contrarium demonstratione constet, imaginationi tamen perversum hoc judicium dissuaderi non possit. Quia possumus naturam scribae consulis, etc. circuli exprimere tali definitione, imaginamur id quoque fieri posse in rebus naturalibus, praesertim cum notionalibus et moralibus praecipuam aetatis partem teramus, praesertim cum parum temporis demus scientiis quae deceptiones docent vitare qualis optica et Geometria, et quae docent perspiciliis intimiorem quandam in rebus latere essentiam.

6 ductus (*1*) addito (*2*) et se ipso auctus faciat (*a*) triplum sui (*b*) duplum su (*3*) et *L* 9 *rationalitas L ändert Hrsg.* 15 genere, (*1*) ut v (*2*) alii *L* 18 simplices | nudaeque *gestr.* | et *L* 18 Graecorum *erg. L* 19 seu latinae *erg. L*

cap. 11. de praedicatis et denominationibus rerum secundis. Postquam utcunque didicit intellectus *quid* et *quale quid sit* objectum pergit ad praedicata extraessentialia tum necessaria seu proprietates tum non necessaria seu accidentia: Relata re ad seipsam simul et ad intellectum aliquid denominatur *idem*. In specie relatum ad aliquod sui dicitur *Totum* vel *omne* cui respondet *pars* et *quoddam* vel res refertur intra se quatenus plura habere concipitur. Hinc *simplex* vel *compositum*; quatenus praecise habet id quo tale quippiam constare solet, dicitur *verum*, sin quoad speciem ipsum tantum mentitur dicitur *Falsum* (+ quia nimirum in quibusdam non possumus nisi definitiones habere praesumtivas, praesumtio tamen potest contraria probatione refelli +). Item quatenus ea ex quibus constare debet vel *omnia* vel *quaedam* tantum habet unde dicitur *bonum* seu *perfectum*, et *malum* vel *imperfectum*.

Respectu alterius quatenus unum non esse alterum concipitur, dicitur *distinctum*; seu *diversum*, et determinatius adhuc *disparatum* vel *oppositum*, quatenus vero unum licet non sit alterum cum altero tamen in aliquo tertio convenit dicitur *simile* et eatenus *idem* vel *dissimile*. Res relata ad id quod ad se spectat quocunque modo dicitur objectum vel subjectum, cujus intuitu id quod ad hoc spectat denominatur adjunctum quod est vel necessarium vel contingens, utrumque vel inexistens, ut attributum affectio modus accidens, quod dicitur subjecto inhaerere, vel coexistens tantum, quod habetur quocunque modo. Unde latissimus comparationum laxiorum campus, ita quodvis a quovis quod ad se quocunque modo spectat certam sortitur denominationem comparativam. In specie relatum a quo quid est quocunque modo dicitur principium causa, alterum principiatum effectus. Id vero quo causa producit effectum, principium quo dicitur potentia activa vel potestas, et prout ad effectum tendit, actio. Contra in causa quatenus producibilis potentia passiva, quatenus ad actionem causae sustinendam res quasi effective astricta est, obligatio. Si Effectus praeter Mentis operationem jam fuerit extra Causas velut ab actione jam exercita denominatur Ens actu et verbaliter Existere alioqui Ens potentia. Si referatur ad totam rerum naturam, existere dicitur vel *ubi, alicubi, ubique*, cui ubicationi substratum receptorium ultimum, dicitur spatium; vel *quando aliquando semper*, et receptorium ultimum dicitur tempus.

Res relata ad id quod circa se est ratione numeri dicitur primum secundum tertium, ratione temporis, *antecedens consequens connexum*, ratione loci *praecedens sequens collaterale dextrum sinistrum*; ita ratione officii collega, expeditionis socius,

2 f. ad (*1*) proprietates, tum necessarias (*2*) praedicata . . . necessaria *L* 3 proprietates (*1*) tum naturalia seu (*2*) tum *L* 6 res (*1*) confertur (*2*) refertur *L* 9 f. praesumtivas (*1*) +) (*2*) , praesumtio . . . refelli +). (*a*) Extra se (*b*) Item *L* 23 activa *erg. L*

habitationis vicinus, id quo antecedens est ante consequens, dextrum e regione sinistri, secundum post primum dicitur situs, status, ordo, quatenus quid harum denominationum aliquam deserit dicitur *mutari*.

Veniamus ad specialia rerum genera et ibi comparationes intueamur. Ita in rebus physicis corpus ratione partium habito simul respectu ad spatium (cujus notio videtur intellectui congenita) primo statim occurit Extensum hoc est partibus extra partes ad diversa spatii puncta, continue velut expositis praeditum. Extensio relatione ad plagam in spatio principaliter conceptam dicitur Longitudo, ad huic transversalem latitudo, ad plagam transverso transversam profunditas.[3] Si corporis aliquid tantum in longum non in latum id dicitur *linea*, etc. His respondetur ad quaestionem *quale sit corpus*, non vero ad q[uaestionem] *quantum* seu *quam profundum quam latum*. Relatione partium ad extrema vel superficiem, dicitur figuratum seu terminatum certo modo. Relatum ad vicina in eodem spatio corpora vel universaliter ad ea inter quae consistit corpus propositum, dicitur locabile, situale unde *dextrum sinistrum, propinquum remotum, divaricatum, parallelum*. Quatenus propositum corpus aliud sibi vicinum quasi deserere, et alii cuidam remotiori appropinquare posse concipit intellectus dicit Mobile. Comparatione ad ea quae moto hoc simul debent moveri, hoc est quae ipsum corpus movet, et quidem vel a se denominat trudens, vel expellens, vel ad se trahens alliciens. Comparatione ad ea quibus motis transitum permittit vel non, dicitur pervium, durum, opacum, comparatione certi scopi ad quem aut a quo dicitur grave leve. Manifestior relatio et comparatio in patibilibus qualitatibus, in quibus tactum scabrities laevitas calor frigus humiditas.

Interdum ad quaestionem *qualequid* prorsus innominate respondemus, ut si ad quaestionem *qualis grex*, respondeatur: *talis qualis Rex*.

[cap. 12. Exemplum praedicatorum denominativorum continuum.] Hae notiones supra dictae, denominativae ad horologium applicantur seu ad instrumentum chronodicticum automatum.

Sectio II. De aestimativa cognitione.

cap. 1. de principiis aestimativae cognitionis [§ 2–9. § 19–21], quibus res determinate cognoscitur determinatione, non specificativa sed aestimativa, non conceptu inter majus et minus vago, sed certo. Huic cognitioni expediendae adhiberi solet curiosorum *quomodo, wie*, sub quo modo et mensura *quam*, cui respondet *tam, wie*

[3] Definitiones imperfectae, non enim apparet cur non plures quam tres.

*starck, so starck*. Mathesis scientia quantitatis seu cognitionis aestimativae, *die Wiskunst* (+ *wissen* a *wie* ipse derivat a *wie so* +). Quaeritur ergo an quid sit summe an remisse tale, an aeque plus vel minus. Magis et minus non competit Substantiis et Extensioni denominative, sed tamen aestimative, seu a magnitudine sola differente non variantur Extensionum et Substantiarum denominationes. Sed et idem dici potest de qualitatibus. Quodsi qualitas recipit magis et minus, etiam substantia et quantitas hoc recipiet nempe sensu aestimativo. Certo sensu tamen dici potest *substantiam non recipere magis et minus*, quatenus ultimum suppositum seu subjectum ipsum de quantitate verum est eam *non recipere magis et minus*, v.g.: Numeri quantitates v.g. tripedalitates, unde patet cur qualitas recipiat magis et minus, quia indeterminatam exprimit formalitatem. Majus et magis non ita differunt quam abstractum a concreto, ita dicitur *major pretiositas*, sed *magis pretiosum*. Et hinc tamen recte dicitur *quantitatem recipere majus et minus*. Ita numerus est major numerus alio, sed non magis numerus alio.

cap. 2. de quantitate reali ejusque conceptu subjectivo. Quantitas est affectio magis Metaphysica quam physica, quia rerum quarumvis inest qualitatibus easque determinat, ut necessitati, durationi, multitudini, mixtioni, potentiae, pretiosi[tati], pronuntiationi. Scholastici quatenus in cathedra Lombardi sedent Lineam faciunt quantitatem, non quantum, sed ipsi in vita communi bene quantitatem a quanto discernunt, inprimis pecuniam.

cap. 3. de formali Quantitatis ratione est determinata ratio cujusque praedicati licet vinum specificative determinatum sit v.g. Rhenanum, nihil tamen certi petere possum nisi constet de Mensura. Jurisconsulti Philosophorum antiquorum filii genuini tum demum certum aliquid esse demonstrarunt, cum de eo scitur quantum sit *l. 6. D. de reb. cred., l. 74. de verb. obl.* Recta infinita in se aliquid determinatum est includens summam longitudinem (+ imo helix circa cylindrum infinitum est longior +). Quantitas non pendet a partibus, ita Christum dicimus aequalem Patri, miramur quanta sit Dei sapientia.

cap. 4. de variis quantorum generibus. Naturalem quantitatem Essentiarum rarius aestimamus. Est quantitas etiam in Transcendentibus quae a rebus naturalibus notionalibus et moralibus abstrahuntur. Ipsa Unitas, quae pars est dimidia binarii. Quantum formaliter est discretum vel continuum, materialiter finitum vel infinitum.

18 pronuntiationi. (*1*) Jurisconsulti (*2*) Scholastici *L* 24 eo (*1*) quaeritur (*2*) scitur *L* 29 cap. 4. . . . generibus. *erg. L* 32 binarii. (*1*) Continuum (*2*) Quantum *L* 33 infinitum. (*1*) Discr (*2*) Continuum *L*

25 Dig. 12, 1, Dig. 45, 1.

Continuum, cujus partes communi termino connectuntur. Estque vel extensivum vel intensivum. Extensivum cujus partes extra partes, et vel simul ut magnitudo angulus, vel successive ut duratio tempus. Intensivum cum partes intra partes. Quantum interminabile quod semper augeri potest, terminabile cujus maximum datur, ut angulus maximus est rectus. Ita distantia consanguinitatis minima inter patrem et filium, in moralibus Maximum simile est majestas, item convenientia actionum cum lege non recipit majus.

cap. 5. de modo quantitatem exercite definiendi. Inchoative vel perfecte et inchoative vel absolute vel respective. Absolute vel nuda terminorum connotatione, sive positive sive negative conceptorum ut *finitum infinitum*; vel confusa copiae mentione, ut *omne, quoddam*. Respective comparatione, in terminis generalibus, si dicamus rem esse alia majorem vel minorem, vel etiam intra certos terminos cadere. Perfecte iterum vel absolute vel respective, et absolute vel formaliter vel materialiter. Formaliter ut si quis dicat planetas esse septem; angulum horizontis ad Meridianum esse rectum, personas esse in tertio consanguinitatis gradu. Materialiter si res alicui palpanda exhibetur, ut si quaeratur quam diuturna sit ovi recentis coctio, quam longa tabula, quam durus panis, et exhibeatur id ter orando pater noster, tabulam intuendam praebendo, panem premendum porrigendo. Sed quia dum sentire cessamus, formam hanc determinatam nec ipsi praecise concipere nec aliis respondere possumus, hanc ut nobis consulamus Mensurarum ultimarum, pedis, ulnae, assis definimus. Quae in quavis bene constituta Republica sub certa Materia statui semper et asservari solet. Respective ad aliam tanquam ad mensuram, exprimendo rationem aequalitatis aut inaequalitatis sive proportionem.

cap. 6. de Numero Quantitatum aptissimo Nomine. Quantitatem tum demum perfecte se concipere putat intellectus quando cognoscit tum homogeneitatem Mensurae cum re Mensuranda loco generis, tum Numerum loco differentiae. (+ Unde in ineffabilibus aut procedit suppositive, aut numero utitur propinquo. +) Hinc patet aestimativum defini[tum] denominativo reddi simile.

cap. 7. Extensionem omnis quanti vicariam sustinere rationem. Numerum etiam profundissime latentem figuris suis prodit, extractionemque radicum exhibet. In plerisque quantis naturalibus cum ipsis simul crescit et decrescit. Unica sui forma omnium quantitatum rationem clare et exacte refert. Qui ea quae de Extensione

10 ut ... vel *erg.* *L* 21 sub (*1*) quavis (*2*) | certa *erg.* | *L* 31 decrescit. (*1*) Omnium qua (*2*) Unica *L*

hactenus eruta sunt ope schematum ordine prosequatur, omnia quasi dudum innotuissent, et per quandam reminiscentiam perspiciet. Mens humana huc admodum propensa est. Possunt in infinitum augeri et minui. Veteres catholicas Magnitudinis Enuntiationes ideo in lineis tradidere, doctrinae gratia, patet ex *libro Euclidis* secundo et quinto. Geometria tantam ingenio conciliat habilitatem, ut qui prius in Geometricis bene versatus est ei reliqua scibilia velut ultro cedant, nam cognitionem aestimativam seu exactam claris jucundisque exemplis sistit. Eadem docet sine verborum auxilio meditari, quasi nutu manuductoris et intuitu auditoris, ut possimus res relictis verborum putaminibus in suis naturalibus intueri sine Logomachia, cum alias vix sine verborum auxilio possimus meditari.

cap. 8. cognitionem aestimativam esse denominativa perfectiorem. Ἐφάρμωσιν etiam sartorius intellectus capit, sed ea in qualitatibus non ita procedit, sed sumenda ab earum causis vel effectibus, sed ad eam rem opus qualitates aestimandas et res iis praeditas exacte admodum esse perspectas. Aestimativa perficit denominativam, ut exactior instituatur comparatio. Hinc exurgunt Qualitates secundo genitae, quantitatem involventes, proportionalitas, paritas, simplicitas, compositio, figura, situs, regularitas, aequabilitas etc.

cap. 9. aestimativam esse genuinum sciendi modum. *Pondere Mensura numero Deus omnia fecit*. Tantus ubique est Effectus quantum causa potest. Nec ut vulgus putat tantum in artificialibus, sed et in naturalibus est observandus (+ ubi omnia Mechanice +).

cap. 10. [de cognitionis humanae statu perfectionis extensivo.] Intensive perfectior cognitio aestimativa, extensive denominativa, plura enim denominative novimus. Sed contra aestimativa melius exculta. Ita in Alstedii *Encyclopaedia* dimidia fere scientiarum pars est aestimativa. Recenset disciplinas aestimativas, ubi Pantometria est rationum et proportionum in genere. Distinguit Motum seu Phoronomicam a potentia Motrice in Mechanica. [Videmus qualitates aestimabiles] ignis in pyrobolia (+ adde opticam +), Aëris in Aërometria, adde thermometrum hygrometrum barometrum, Aquarum in Hydrometria, Corporum terreorum in Architectonica. Pretium rerum in Apologistica. Usus aestimativa separatim tradit titulo Matheseos

17 aequabilitas (*1*) mo (*2*) etc. *L*

18 f. *Pondere . . . fecit*: Buch der Weisheit, 11, 21. 24–S. 1176.12 Vgl. J. H. ALSTED, *Encyclopaedia septem tomis distincta . . . Serie praeceptorum, regularum, et commentariorum perpetua*, Herborn 1630. – Bei Weigel: . . . secundum paginas . . . ad minimum totidem aestimativa, quot denominativa ratione.

quasi disciplinae seu scientiae κατ’ ἐξοχήν. Duo quasi Encyclopaediae Hemispheria unum Philosophiae quod rationes denominativas tradit, alterum Matheseos quod aestimativas. Primum amor est seu conatus sciendi, posterius ipsa scientia. Itaque quod docent scholastici memoria magis quam judicio post inventa veterum esse opus, hoc intelligendum de cognitione denominativa. Ita Metaphysica rerum denominationes communissimas recenset, Physica vulgaris corporum naturalium denominationes genericas exhibet, philosophia moralis virtutum nomina concinne disposita ipsasque vivendi regulas non per demonstrationem sed arbitratu boni viri. At in altero Encyclopaediae Hemispherio pauca adhuc detecta (+ tantum litora tegimus +). Interim multa passim in disciplinis habentur Mathematica, ita quantitates Enuntiationum Logicae, poenae in jure, quantitas syllabarum in grammatica, sed difficiliora Mathematicis seposuit.

Sectio III. De cognitionis humanae Modis et quasi formis.

cap. 1. de quaestionibus sciscitantium quae vulgo dicuntur scientificae. [§ 2.] Quaestiones quibus intellectus ad scientiam sibi parandam communiter utitur sunt vel dubitativae vel explicatoriae, et ambae vel simplices vel complexae. [§ 3.] Dubitativae signum *an*, et *esse* de quo quaeritur est vel simplex *an quid sit*, vel complexum, *an quid sit tale* vel *tantum*. [§ 4.] Explicatoriae sunt vel in simplicibus vel in complexis. In simplicibus intendunt vel inexistentem objecto rationem, et dici possunt quaestiones inexistentium, vel extra sitam, et sunt quaestiones ab extra competentium. [§ 5.] Explicatoriae inexistentium concernunt vel gradum cognoscendi primum, *quale quid sit* et seorsum *quid* aut *quale sit* objectum; vel gradum secundum *quam tale* seu *quantum sit* objectum. [§ 6.] Explicatoriae quaestiones ab extra competentium concernunt vel rerum constitutionem, vel actionum Expeditionem. Rerum praesertim corporalium tanquam frequentissimarum constitutionem concernunt causales aut originariae, suntque vel originales vel originatae. Originales quae de rebus originem objecto praestantibus quaerunt, *a quo* cui respondetur per efficiens rei, *ex quo* per materiam, *juxta quod* per formam. Originatae quae de rebus originem ab objecto sortientibus quaerunt, *propter quod* cui respondetur per finem. Actionum vel factorum expeditionem concernunt Circumstantiales aut actuariae. [§ 7.] Circumstantiales et actuariae variae sunt, potiores hoc versiculo continentur *quis quid ubi, quibus auxiliis, cur quomodo quando*. *Quis*, id est quis fecerit, *quid* scilicet quid materiae sive subjecti per actionem productum, quid gestum, *ubi* actio peracta sit, *quibus auxiliis* actio peracta, *cur* in quem finem, *quomodo* id est quo modo se gesserit agens, *quando* seu quo tempore. [§ 8.] Quaestiones autem ab extra competentis non bene solvi possunt, nisi ante fundamentales bene sint discussae, nam pleraeque sunt facti magis quam juris, hoc est

experientiae magis quam rationi subjectas res concernunt, et ad res magis exercite quam signate spectatas pertinent.

[§ 9 – 12.] Explicatoriae in complexis pertinent plerumque ad veritatis confirmationem, ut *unde verum sit*, seu *cur complexum*, cui respondet *quia, ergo*. Saepe complexae incomplexis insunt, ut apud Aristotelem quaerere *quid Eclipsis lunae* est quaerere *cur luna eclipsetur*.

cap. 2. de prima Mentis operatione. [§ 2] Succinctius apprehensio termini scil. simplicis seu incomplexi.

cap. 3. de secunda, quando duo coincidere dicantur, *animal praedicari de homine*, vel ut loquitur Aristoteles *homini inesse*. Itaque affirmat et negat, et si quidem intellectus composita componit, divisa dividit, vera est, si contra falsa. Datur enuntiatio non bona seu impropria, quae speciem tantum habet, ut imperativa *accede ad ignem*, optativa *utinam pax fieret*, infinitiva *panem edere* (+ postrema non est enuntiatio, priores sunt +).

cap. 4. de Mentis operatione tertia, brevius deductio. Linea est quasi simplex apprehensio, superficies ut Enuntiatio, corpus ut deductio. Priores ingrediuntur posteriores. Corpus imperfectum duabus superficiebus angulum facientibus, ita et enthymema. Corpus cum corpore non facit quartam speciem novam, ita nec syllogismus cum syllogismo (+ ut linea sola nullum spatium includit, ita nudus terminus simplex non facit cognitionem +).

cap. 5. de Reflexione. Dicendum et de accidentibus operationum Mentis, quae sunt; reflexio, quando cognoscendo pervenimus ad abstractissima et summa ubi mens ut in infinitum progredi possit, reciprocatione cognitionem continuare laborat. Ita ipsa qualitas habet qualitates, ita quantitas est quantitas, sextupedalitas major tripedalitate. Ipsi numeri numerantur. Praedicatio instituitur de ipso praedicato. Ipsa Existentia Mundi existit. Et tamen verum manet abstractum non praedicari de concreto, nec contra, est enim id de quo praedicatur abstractum non concreti quod praedicatur sed alterius, ut in sextupedalitate (+ sed aliquando non, ut in genere de qualitate, vel existentia +).

cap. 6. De Reductione cum formarum gradus inter se invicem transmutantur. Ita syllogismus omnis concipi potest ut Enuntiatio: *Omnem hominem esse animal et omne animal esse substantiam*, est *omnem hominem esse substantiam.* Ita *quicunque Christianus non est pius* potest esse subjectum alterius Enuntiationis (+ *est pejor Ethnico* +).

25 numerantur. (*1*) In quaternario (*2*) Praedicatio *L* 27 alterius (*1*) . (+ Ita sane pedal (*2*) ut *L*

5 f. Vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, VIII, 4, 1044 b 14–15 u. *Analytica posteriora*, II, 2, 90 a 15–18.

Similiter proportio concipi potest ut ratio (+ Greg. a S. Vincent. +) nempe est ratio duarum rationum. Quantitas sub ratione qualitatis concipi potest, largitur enim subjecto denominationem. Enuntiata aestimativa reduci possunt ad denominativa, v.g. haec *3 + 4 faciunt 7* reduci potest at hanc Logicam *3 + 4 et septem sunt aequalia*. Ita in syllogismis aestimativis adhibemus istos logicos *quae sunt aequalia uni tertio sunt aequalia inter se.* Negativa affirmative conceptibilia sunt, ut *nullus homo est lapis*, et *omnis homo est non-lapis*. Omnes hae reductiones tam in Analysi quam Logistica immensum habent usum.

Epilogus. Praeexercitamenta Mathematica animum jucundis veritatum speciminibus instruunt et ad altiora aptum reddunt, praeterea affectus egregie refrenantur dum mentem realibus et jucundis implent.

Pantologia seu Metaphysica pansophica ejusque Praefatio.

Magnum lenocinium exercet autoritas, et majore gaudio sum perfusus cum intellexi distinctionem inter aestimativam, et denominativam cognitionem veteribus quoque placuisse, quam cum ipse inveni, certe veterum sapientes idem sentire prorsus, imo eodem modo loqui didici ex celeberrimi Joh. Schefferi tractatu *de constitutione philosophiae Pythagoricae*, ubi non unum ex Jamblicho testimonium, in statutis nostris Academicis non solum Aristoteles sed et Euclides, et alii autores et inter hos Plinius *de Mundo* commendantur publice profitentibus. Non tamen facere possum cum Cartesianis qui dictaturam Aristoteli extortam suo principi assertum eunt, nam licet magnam Matheseos profunditatem sapere Cartesium lubens agnoscam, extensioni tamen nimium addictus, cum alterum cognoscendi gradum in magnitudine saltem quaerat, nec veram quantitatem universalissimum quid esse videat, qui feliciter universae philosophiae principia tradere possit, non video. Hinc non in communissimis tantum fundamentis quin cogitando deciperetur; quantacunque dubitatione sua cavere non potuit. Sed et in corporis essentia physica pro naturalium effectuum radice supponenda consueto Scholasticorum essentias eruendi more misere deceptus, et in alterum extremum praecipitatus umbram pro corpore, modum pro substantia, situm pro re substituit. Ut taceam specialiores de Motu Maris errores de quibus in publicis meis lectionibus.

16 f. *de* (*1*) philosophia Epicurea (*2*) *constitutione . . . Pythagoricae* *L* 19 profitentibus. (*1*) Caeterum et (*2*) Non *L* 19 cum (*1*) Aristotelicis (*2*) Cartesianis *L*

12 Der folgende Text ist zu beziehen auf E. WEIGEL, *Universi corporis pansophici prodromus* (*Pantognosia*), Jena 1672, *Ad lectorem.* 17 J. SCHEFFER, *De natura et constitutione philosophiae italicae seu Pythagoricae liber*, Uppsala 1664.

Magno zelo Mathesin Euclideam commendat et Scholasticorum philosophiam et ipsum Aristotelem impugnans Lutherus et Philippus Melanchthon, vide *Opera Lutheri Germanica* tom. 2, fol. 233, 377, 812, 813, 814 editionis Altenburgensis.[4] Pythagoraei duos cognoscendi gradus exactissime distinxere, quando non tantum duplicem tradendae philosophiae modum introduxere, unum exotericum pro exteris id est extra sectam positis, ubi omnia populariter tradebantur quatenus ad communem vitam requiruntur et publice salutaria sunt. Alterum Acroamaticum domesticis, qui subduxerant se a vulgo et vita civili, victuri ex decretis et regulis sectae. Porro et Acroamaticum modum tribus quasi cursibus absolvebant, nam primum res ipsas tradebant, deinde rerum usum et praxin. Res ipsas duobus cognoscendi gradibus complectebantur, quorum primus indeterminatam persequebatur rationem τὰ τί ἐστι seu definitiones et denominationes, v.g. ceu Jamblichus ait: τί ἐστιν αἱ μακάρων νῆσοι, ἥλιος, σελήνη. τί ἐστιν τὸ ἐν δελφοῖς μαντεῖον, τετρακτύς, hoc est *quid sint insulae fortunatae, Sol Luna, quid oraculum delphicum, quaternio*, etc. cum iis ipsis, quae simul exotericis proponebantur, quae omnia per nudam auscultationem silentio quinquennali capiebantur, et proinde quasi κατ' ἐξοχὴν ἀκούσματα dicebantur. Auditores talium non a Pythagora ipso, sed a Pythagoreis informati et probati, Pythagoristae, velut aemuli reliquorum, itemque simul Exoterici dicebantur. At his oppositi dicebantur Mathematici vel Esoterici. Secundus vero gradus determinatam addebat rationem, τὸ μᾶλλον tradens, et τά τι μάλιστα, ipsum magis vel minus, maximum minimum mediocre, tantum aequale plus. Hanc philosophiae partem vocabant Esotericam et μαθηματικὴν, cultores ejus Mathematicos, Pythagoreos, genuinos ipsius Pythagorae discipulos. Solebant et Mathematici φιλοσοφοῦντες dici ut annuit Jamblichus lib. 6, cap. 1, qui et lib. 1, cap. 18 ait καὶ αὗτοὶ φασὶν ἔτι μᾶλλον, καὶ ἅ λέγουσιν αὐτοί, ἀληθῆ εἶναι, hoc est ut Schefferus recte vertit: *atque illi* (*Mathematici*) *dicunt, quid sit magis tale, quodque asserunt, id ita verum esse probant* (+ demonstrant +). Itaque in prima classe erant ἀναπόδεικτα καὶ ἄνευ λόγων scilicet definitiones, denominationes rerum aut sententia[e] nuda[e], sed in Esotericis Pythagoras

---

[4] *Am Rande*: NB.

1 f. Magno . . . impugnans *erg. L* 25 (*Mathematici*) (*1*) *tradunt*, (*2*) *dicunt*, *L* 27 sententias nudas *L ändert Hrsg.*

---

3 M. LUTHER, *Der ander Teil aller deutschen Bücher und Schriften*, hrsg. v. Joh. Chr. Sagittarius, Altenburg 1661. 12 *De vita Pythagorica*, I, 18. 23 Vgl. JAMBLICH, *De vita Pythagorica.* 24 f. Schefferus recte vertit: a.a.O., S. 80.

δι' ἀποδείξεως καὶ τῶν μαθημάτων ἐνετύγχανον per demonstrationes, et mathemata, seu determinatas rationes quas paulo ante dixerat αἰτίας itemque λόγους agebat. Nam ut Schefferus ait: λόγοι *nihil aliud sunt quam* μαθήματα *a quibus dicta Mathematica Philosophia quia* λόγοις *hisce rationibusque omnia in ea firmabantur. Adversus quam propterea prolixe scripsit Sextus Empiricus vocatus, ut qui ex philosophia sua nullas certitudines crederet vel existere vel sciri posse, neque enim alii sunt Mathematici, quibus suum opus opposuit*, quam qui mathematice philosophabantur, unde constat mathesin tum temporis a vera philosophia nondum fuisse separatam. Practica in moralibus, politica, medicina et mechanica, sed praesertim theologica non nisi discipulis intimis tradebantur, quos θεωρητικωτάτους, τελείους, σεβαστικοῦς appellat Porphyrius.

[Prooemium.] Eodem ergo modo nos enim classes et denominationes in *Pantologia* trademus, sequentur demonstrationes in *Pantometria*, et denique praxis in *Logica pansophica*.

Pantologiae sectio I. De variis rerum generibus et speciebus.

Definitio 1. Unumquodque in genere vel unumquippiam in specie dicitur id omne de quo cogitare possumus.

[Scholion.] Materia substrata, conceptus objectivus. Terminus, objectum, subjectum (+ omittuntur particulae, ut *si, nisi, quia, et* +).

Def. 2. Unum quod seorsim et pro se sumitur. Multum quatenus unum cum uno et porro. Nullum quod nec unum nec multum.

[Scholion.] Haec sumere dicitur Numerare. Compendio in numerando utitur intellectus dum uniformiter progredientibus difformitatem imprimit, certam unitatum seriem primam pro fundamentali et quasi radicali supponendo. Thraces numerabant tantum usque ad quatuor forte ex institutione Zamolxis Pythagorei, unde rursus incipiebant. Dicuntur digiti et articuli.

Def. 3. Quid seu quippiam formaliter, quod certam habet quidditatem.

12 et denominationes *erg. L* 25 ad (*1*) tria (2) | quatuor *erg.* | *L*

3–7 Schefferus ait: a.a.O., S. 81. 5 Vgl. SEXTUS EMPIRICUS, *Adversos mathematicos*.
10 f. Scheffer (S. 104) verweist auf die anonyme *Vita Pythagoreae* bei PHOTIUS, *Myriobiblon sive Bibliotheca*, cod. 249 (PG 103, Sp. 1580), um seine Auslegung von PORPHYRIUS, *Sententiae ad intelligibilia ducentes*, cap. 32 zu belegen. 12 Der folgende Text ist zu beziehen auf E. WEIGEL, *Corpus pansophici pantologia*, Jena 1673.

[Scholion.] Talia plus quam numero differunt. Ita rem definimus comparative per ea quibus res similis vel dissimilis. In rebus utimur dichotomia, in Numeris decadico modo (+ deberemus etiam dichotomia +). Quidditas tituláriter seu denominative designata revera rem designat et omnia involvit, ut Titulus ubi ea quae in libro continentur. Porro Quidditas in quibusdam est positiva unde Ens, in quibusdam negativa unde non Ens.

Def. 4. Ens est quod habet Essentiam seu quidditatem positivam,

[Scholion.] et quidem vel signate et concessive Ens nominaliter dictum seu Ens potentia; ut rosa in hyeme; vel exercite, exhibitive, participialiter. Ens actu, ut rosa [in] aestate. Enti potentia opponitur tum Absurdum seu impossibile, tum etiam id quod dari NON SOLET, ut Chimaera. Enti actu opponitur non existens. Ens rationis opponitur Enti reali pro respectu sentientis, ut si quis in hyeme rosas existere putet, si quis Cerberum referat inter animalia existere solita et in physicis describenda, si quis Motum perpetuum credat possibilem. Entia realia dividimus in Mystica, Theologiae revelatae veneranda potius quam rimanda, et in Philosophica, quae sunt rursus Naturalia, Moralia, Notionalia, possunt distingui in Naturalia et Analogica, et Analogica vel Moralia vel notionalia.

Def. 5. Ens Naturale habet essentiam naturalem,

[Scholion.] est vel Natura naturans, vel naturata. Natura naturans est Deus, motor immobilis. Deus produxit creaturas, ex nihilo chaos, ex hoc Mundum in Hexaëmero, postea producuntur praeter ordinarium naturae cursum vel supranaturalia vel praeternaturalia. Mediate Deus producit per creaturam vel non cognoscitivam, vel cognoscitivam. Ita terra fructus. Cognoscitiva sunt vel irrationalia vel rationalia, ita ab araneis telae, ab aviculis nidi. Rationalia sunt vel animalia ut homo, vel non animalia ut angeli, et homine in specie artefacta.

Omnia naturalia quatenus ultima praedicatorum subjecta dicuntur substantiae quae vero non sunt ultima denominationum subjecta sed potius ultimis subjectis certam largiuntur denominationem mediatam vel immediatam, et ita quidem ut non sint pars vel principium subjecti, non tamen sine subjecto esse queant, ut situs, actiones, dicuntur Modi seu affectiones, interdum accidentia.

Def. 6. Ens civile in Esse suo dependet a consensuali hominum socialem vitam ducentium imputatione.

[Scholion.] Sine societate foret chaos morale. Homines Deum imitantes societatem formando creant quasi Mundum moralem, in quo personae et res sunt substantiae morales. Vita civilis est quasi spatium morale, in quo res locum habent pro

7 f. seu Ens potentia *erg. L* 18 creaturas, *erg. L*

dignitate. Unde sphaera Ecclesiastica quasi coeli Empyrei, politica quasi Stelliferi, privata mundi quasi sublunaris. Deus fundamenta praebuit hominum creationi, dando ipsis jus naturae.

Def. [7.] Ens notionale dependet ab hominum inter se communicantium impositione.

[Scholion.] Excogitati scilicet Termini universales, hi in certum ordinem digesti sunt. Mundus notionalis, constans substantiis secundis. Accommodata his verba.

Def. 8. Substantia est Ens quod in semet ipso fundatur (quod per se subsistit) nec est in alio tanquam in subjecto.

[Scholion.] Sunt quatuor Commercia rerum seu spatia cardinalia, Commercium Numericum seu spatium quotitativum. Commercium abstractum quod rerum naturam dicimus (+ ego soleo dicere esse aliquid in regione idearum itaque spatium numericum videtur esse tantum consideratio quaedam existentium in regione idearum, quasi in spatio aut tempore +). Hoc modo res dicuntur esse natura priores aut posteriores. Commercia dua reliqua sunt magis respectiva et fundantur in situ et motu rerum, qui est vel insensibilis et digito non monstrabilis ut Essentiae continuatio successiva seu duratio, vel sensibilis et digito monstrabilis ut collocatio. In duratione fundatur complexus abstractus rerum omnium. Spatium ubicativum quidam concipiunt ut substantiam realem, non ut nos velut suppositivam tantum. His sequitur Gassendus. Est utique sine mentis operatione in natura rerum Entitatemque tuetur non minus quam materia prima. Sed nos interim judicium suspendimus, saltem si substantia est, erit cum caeteris creaturis a Deo producta. Lineae et figurae mathematicae sunt substantiae sed abstractae, quae seorsim esse non possunt.

Sequuntur Tabulae Substantiarum et Modorum, quas peculi[ari] plagula excerptas sum complexus.

Nunc alteram Metaphysicae seu Pantologiae sectionem, item Pantometriae et Logicae Pansophicae capita exhibebimus, quae ita habent:

Pantologiae sectio II. De communissimis objectorum praedicatis et denominationibus.

4 5. *L ändert Hrsg.* 24 Modorum, (*1*) quam (*2*) quas *L*

19 Vgl. GASSENDI, *Syntagma philosophicum*, pars 2, sect. 1, lib. II, cap. 1–6 (*Opera omnia*, 1658, Bd 1, S. 179–220). 24 f. peculi[ari] plagula: d. i. N. $237_5$. 27 exhibebimus: Leibniz exzerpiert hier das Inhaltsverzeichnis aus E. WEIGEL, *Universi corporis pansophici caput summum*, Jena 1673.

Def. 1. De praedicatis in genere.
2. De quali.
3. De quanto.
4. De Uno et Multis.
5. De eo quod est aut non est.
6. De existente seu de eo quod est actu.
7. De possibili, impossibili, necessario, contingente.
8. De uno seu integro et toto.
9. De simplici et composito.
10. De vero et falso.
11. De Bono et Malo.
12. De finito et infinito.
13. De relatis et correlatis.
14. De uno et altero.
15. De subjecto et adjuncto.
16. De eo quod est ubi.
17. De eo quod est quando.
18. De Antecedente; consequente, connexo.
19. De potente et impotente.
20. De bono et malo alteri.
21. De principio et principiato.
22. De Affectione et Affecto.
23. De conjugatis.
24. De iisdem.
25. De diversis.
26. De complexis.
27. De adversis.
28. De signo et signato.
29. De consentaneis et similibus; dissentaneis et dissimilibus.

Universi corporis Philosophici Metageometria communes omnium rerum propositiones potissimum aestimativas complectens quam dicere possis PANTOMETRIAM, scientiarum Elementa tradentem.

sect. I. sistit propositiones pen-aestimativas.

[tit.] 1. De eodem et diverso, positivo et negativo.
2. De necessario et contingente.
3. De causa et causato.
sect. II. sistit propositiones mere aestimativas.
[tit.] 1. De toto et parte.
2. De ratione et proportione.
3. De effabili et ineffabili.

Universi corporis Pansophici Logica, combinato trinae Mentis operationi[s] utroque gradu coadunata quam dicere possis LOGICAM PANSOPHICAM; non tantum naturalia, sed et simul moralia et notionalia cognoscibilia dirigens; perpetuo quantitatum et qualitatum parallelismo difficillima quaevis facili non minus ac jucunda Methodo definiens.

Pars 1. De simplici mentis operatione ejusque
sectio 1. De numeratione.
cap. 1. De numeratione denominativa.
2. simul et aestimativa, naturali et artificiali.
3. De Numeris numerandis sub articulorum et digitorum artificio dispositis.
4. De speciebus Numerationis.
5. De Terminis Numericis.
6. De praxi Numerationis Artificialis, ubi Modus enuntiandi numeros, eosque consignandi certis regulis dirigitur.
sect. II. De Apprehensione:
cap. 1. De Apprehensione naturali.
2. De apprehensione artificiali.
3. De rebus apprehendendis sub generum et differentiarum artificio dispositis.
[4. De speciebus apprehensionis.]
5. De Terminis Apprehensivis.
6. De praxi apprehensionis artificialis ubi modus apprehendendi tum in genere tum in specie, nempe definiendi, dividendi, notiones secundas formandi, certis regulis dirigitur.
sect. III. De Aestimatione.
cap. 1. De aestimatione naturali.
2. De aestimatione artificiali numerosa.
3. De aestimatione speciosa.

4. De praxi simplicis aestimationis artificialis, ubi modus aestimandi definitivus et divisivus certis regulis dirigitur.

Pars II. De Mentis operatione secunda.

sect. I. De computatione Numerorum.

cap. 1. De computatione naturali.

2. De artificiali homogeneorum.

3. De radicibus extrahendis.

4. De computatione heterogeneorum.

sect. II. De compositione et divisione rerum denominativa.

cap. 1. De enuntiationibus naturalibus.

2. De Enuntiationum artificialium principiis.

3. De praedicabilibus et praedicatione Denominativa.

4. De speciebus Enuntiationum.

[5.] De termino complexo.

6. De generibus Enuntiationum.

7. De Enuntiationum qualitate.

8. [De Enuntiationum] quantitate.

sect. III. De coaestimatione seu de Enuntiationibus aestimativis.

cap. 1. De coaestimationum principiis.

2. De praedicabilibus aestimativis deque praedicatione seu ratione aestimativa.

3. De speciebus Enuntiationum aestimativarum.

4. De termino complexo aestimativo.

5. De Generibus coaestimationum.

6. De posophasium qualitate et quantitate.

sect. IV. De praxi Enuntiativa.

tit. 1. De constitutione Enuntiationum denominativarum;

cap. 1. in quo Canones.

2. in quo regulae.

tit. 2. De constitutarum Enuntiationum transformatione.

cap. 1. De aequipollentia.

2. De conversione.

3. De oppositione.

14 4. *L ändert Hrsg. nach Weigel*

tit. 3. de constitutarum Enuntiationum expositione.

cap. 1. in quo regulae generales.

2. in quo speciales:

de puris et simplicibus, de Modalibus, de compositis et comparatis.

Tit. 4. De constitutione coaestimationum:

cap. 1. in quo Canones.

2. in quo regulae, nempe de: additione subtractione, tantuplicatione, quotificatione; de coaestimatione fractionum; de coaestimatione Cossica seu Algebraica.

Pars III. De Mentis operatione tertia.

sect. I. De collectionibus identicis.

cap. 1. De exemplo, inductione Denominativa et aestimativa.

2. De subsumtione Denominativa et aestimativa.

3. De Prolepsi Denominativa et aestimativa.

4. De Metalepsi Denominativa et aestimativa.

sect. II. De numerorum supputatione.

cap. 1. De Naturali Numerorum supputatione.

2. De principiis artificialis supputationis Numerorum.

3. De supputationum figuris, directa et reciproca.

4. De supputationum Modis, ubi de practica naturali et Italica.

5. De supputationum speciebus, simplici nimirum et duplici.

6. De supputationum generibus, terminorum heterogeneorum.

7. De praxi supputatoria, ubi regula simplex directa de bi et de tri; regula inversa seu reciproca; [regula] duplex; societatis; alligationis; falsi.

sect. III. De syllogisationibus.

cap. 1. De naturali syllogisatione.

2. De artificialis syllogisationis principiis.

3. De syllogisationum figuris, directa sive prima, indirecta sive secunda et tertia.

4. De syllogisationum modis, Barbara Camestres, etc.

5. De syllogisationum speciebus,

6. generibus.

7. De Analogismis et syllogismis comparatis,

8. syllogismis abbreviatis,

9. continuatis.

10. De potestatibus syllogisticis.

11. De imbecillitatibus syllogisticis.

12. De praxi syllogistica, ubi primo regula simplex directa; secundo indirecta, tertio duplex, quarto copulativa, quinto conditionalis, sexto disjunctiva.

sect. IV. De supputatione reali et cossica.

pars 1. De methodo.

Membr. 1. De methodo inventionis.

cap. 1. De Euporia seu Medio complexionis inveniendo.

2. De rerum proprietatibus et essentiis eruendis.

Membr. 2. De methodo doctrinae seu traditionis disciplinaris.

cap. 1. De Apologistica.

2. De didactica primo propositionis per Topicam et Analyticam secundo systematis.

sect. III. De Methodo discendi, qua dimidio temporis dimidio plus adeoque quadruplum in studiis praestare potest ingenium saltem mediocre.

## $237_5$. UNIVERSUM CORPUS PANSOPHICUM. TABULA SUBSTANTIARUM NATURALIUM ET CIVILIUM

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen aus E. WEIGEL, *Corporis pansophici pantologia*, Jena 1673, S. 37–135: LH IV 1, 6 Bl. 5–6. 1 Bog. 2°. 4 S.

### Tabula Substantiarum naturalium.[5]

SUBSTANTIA prima vel orta. Prima DEUS de quo in scientiis agitur, ubique tanquam de principio et fine, nullibi tanquam de subjecto definito. CREATURAE Regiones seu

[5] *Am Kopf der Seite*: Tabula omnium notionum naturalium. Morales et notionales alibi.

22 CREATURAE | vel immobiles vel mobiles, id est *erg. u. gestr.* | Regiones *L* 23 naturalium (*1*) exceptis (*2*) Morales *L*

23 alibi: die »Tabula notionum notionalium« dürfte N. $237_6$ entsprechen; weiteres nicht gefunden.

commercia, et Res. Commercia sunt Rerum natura (+ seu regio idearum +) Spatium Tempus. Res sunt immobiles substantiae secundae seu Essentiae a tempore et loco sejunctae; et Res mobiles seu substantiae primae in tempore vel loco positae. Et vel tempori tantum astrictae, nempe spiritus, qui vel a corpore immunis ut Angelus, vel ordinatus ad corpus ut anima vel etiam loco astrictae ut corpora. Quorum principia et species. Principia corporum Essentialia vel Integralia. Essentialia, materia nempe corporis conceptus subjectivus quae vel prima vel secunda quae est certi corporis conceptus subjectivus. Forma conceptus praedicativus, determinata ratio, qua certa species constituitur. Principia integralia sunt: semina, et seminata sunt Moleculae primae regulariter figuratae ex quibus corpora componuntur et in quae forsan ultimo resolvuntur. Suntque vel simplicia tam regularia quam corregularia; Regularia nempe Globuli, Tetraëdra seu pyramidulae, Hexaëdra seu cubuli, octaëdra, dodecaëdra, icosaëdra; vel corregularia, qualibus 13 illa corpora Archimedea cum duobus aliis a Keplero descriptis in *Harmonica Mundi*, sunt instructa, vel duplicia triplicia ex meris cardinalibus aut meris succenturiatis coalescentia quae stellas Keplerianas referunt. Seminata sunt Stamina[6] ex seminibus primo ducta, Bullulae, pag. 39, quales orbis Eruditi Senatui tum Anglicano tum Gallico nuper exhibuit honoratissimus meus Leibnitius sagacissimi vir ingenii in *theoria motus*. Texturae, v.g. materia striata Cartesii.

Species ordinabimus si corpora distinguamus in principalia et secundaria. Principalia quasi totalia sunt vel diffusa vel compacta. Diffusa primoque mobilia pariter et motiva, ACTUARIA nempe coelum hoc est aura Aetheria congeries subtilissimarum et regularissimarum molecularum, quae exilitate sua per angustissima spatiola corporum coelo comprehensorum transire possunt. Vel compacta quae dicuntur corpora Mundana quorum quodvis in certam coeli partem tanquam peculiarem immensi oceani Mundani verticem demersum, peculiare Membrum constituit estque vel stella fixa, ut sol,

---

[6] NB. in Catalogo Notionalium pag. 47 literas comparat seminibus, syllabas staminibus voces bullulis (+ ut voces significant, ita bullulae aliquam efficiunt systematis formam +) ex bullulis vero texturas fieri ut ex vocibus phrases.

2 Tempus. | Mobilis *gestr.* | Res *L* 2 f. a . . . sejunctae *erg. L* 5 astrictae (*1*) substa (*2*) ut *L* 5 f. Quorum . . . species *erg. L* 11 tam . . . Regularia *erg. L* 22 ACTUARIA *erg. L*

---

13 Vgl. J. KEPLER, *Harmonices mundi libri V*, 1619, lib. II, prop. 28. 18 *theoria motus*: vgl. VI, 2 N. 40 u. 41.

sirius, Alcor (+ haec de meo +), vel planeta, ut Mercurius Venus, terra cum luna, Mars, Jupiter cum quatuor satellitibus, Saturnus cum satellitibus totidem. Temporalia: Stella nova aut renovata, Cometa. Secundaria sunt Elementalia et Elementata. Elementalia, terra ex partibus angularibus, caetera ex volubilibus, aqua ex densioribus, aër ex rarioribus; ambobus motu moderato latis; ignis ex subtilissimis motu vehementi latis. Elementata seu Mixta sunt Naturalia, artificialia. Naturalia imperfecte mixta, et rariora, vel solida, magis seu perfecte mixta quae dicuntur κατ' ἐξοχὴν corpora a Medicis, Mineralia, Vegetabilia, Animalia. Factitia seu opera sunt vel artefacta vel physica vel Mechanica, concurrit enim homo vel indirecte praeparando, vel directe elaborando. Artefactum physicum est vel Medicum humani corporis curae paratum, vide Tabulam pharmacorum (+ forte his comprehensa Alimenta +) vel Architectonicum humanae vitae commoditatibus externis aptum; vid. Tabulam Materialium *Zeug*. Elaborando vel Anautomaton vel Automaton, vide Tabulas tam illorum quam horum.

## Tabula substantiarum civilium

quae sunt Personae et Res. Personae sunt publica, privata. Publica: politica Rex Magistratus, Ecclesiastica Episcopus, Scholastica professor. Privata vel mere talis κατ' ἐξοχὴν privatus, vel conditionata certo gradu vel statu. Gradu dicitur Nobilis, qui sagatus, vel Togatus ut doctor, Comes palatinus. Statu scilicet expeditorio seu stata expeditione unde persona est vel officiosa, vel negotialis. Officiosa ut scriba Monachus miles. Negotiosa, negotio vel liberali ut studiosus, artifex, Mercator quatenus est Arithmeticus vel alia peritia indiget, vel illiberali ut opifex operarius tabellarius.

Res sive possessiones bona sunt sub forma naturali vel corporales vel incorporales. Item vel mobiles vel immobiles. Et sub forma morali juris divini vel humani. Juris divini vel destinatione, vel per se sunt simpliciter res sacrae Deo ad immediatum cultum rite consecratae, ut altaria, Templa, vel secundum quid, nempe vel res Ecclesiasticae quae sunt in ecclesiae patrimonio, vel religiosae quae mediate tantum ad divinum cultum sunt constitutae, ut Coemiteria. Per se juris divini sunt corpora nostra, a natura divino cultui sacrata, hinc nemo membrorum suorum dominus.

3 f. Secundaria . . . et (*1*) Naturalia (*2*) Elementata *erg. L* 5 f. latis. (*1*) Naturalia sunt vel imperfecte (*2*) Elementata *L* 8 vel (*1*) culta vel arte (*2*) artefacta *L* 14 f. civilium (*1*) seu personarum (*2*) quae *L* 22 sub forma naturali *erg. L* 24 vel . . . se *erg. L*

1 haec de meo: nicht nachgewiesen.

Juris humani sunt res publicae vel privatae. Publicae sunt vel communes nullis expensis indigentes, ut aër ventus lumen, mare quatenus liberum, locus et tempus; tota natura rerum, vel universitatis, alias publicae κατ' ἐξοχὴν quae ad certum populum usu publico tum impensis in eas faciendis restringuntur. Suntque vel magis naturales, vel magis civiles. Naturales vel stricte, ut flumina perennia pascua ripae, vel late, ut factitia, theatra forum balnea, vel magis civiles ut vectigalia contributiones census publici, jura venationum etc.; privatae res sunt in patrimonio cujusque, vel particulares, ut praedium, supellex; vel universales ut haereditas. Huc spectat *eine Handlung, die ganze Handlung* (+ patrimonium mercatoris qua talis +) Taberna.

[Def. 9. Modus est id, quod in alio tanquam in Subjecto esse concipitur. Scholion. § 3.] MODI sunt ratione subjecti vel absoluti vel Relativi, unde Attributa, Relationes, secundum propriam [rationem] sunt vel terminativi vel operativi. Illi dicuntur Status, hi Actus. Ambo sunt vel primi vel secundi. Status primi sunt qui immotam rationem habent, ut attributa relationes ipsorum extensiones immobilibus etiam convenientes. Status secundi licet conceptu suo non includant actum, tamen ad eum ordinantur, ut externi situs mobilium, ordines figurae. Actus primus est status rei cum connotatione operationis ad quam tendit vel ordinatur, efficiendam sustinendam, actus scilicet passivus, activus. In se est hic actus vel objectivus et dicitur patibilis qualitas vel formalis et dicitur potentia, quae restricte spectata a statu quatenus est mutabile vel immutabile dicitur obligatio, seu necessitas aut libertas vel contingentia. A quantitate seu gradu remissiore dispositio, perfectiore habitus. Actus secundus est actio vel passio. Brevius possumus quatuor genera ponere:

Substantiam, Statum, Actum, Quantitatem.

Qualitatem

Modum

Ut in physicis situs et motus, ita in Metaphysicis Status et Actus. Actus est Mutatio status, excepto Deo, ubi Actus purus.

[Def. 10.] Attributum est modus absolutus quo quid alicui tanquam termino denominationis absolute tribuitur.

11 ratione subjecti *erg. L* 12 relationem *L ändert Hrsg. nach Weigel* 16 ut (*1*) attributa relationes (*2*) externi *L*

[Def. 11.] Relatio est modus respectivus quo unum ad alterum se refert.

[Def. 12.] Status aut habitudo rei est modus terminativus quo quippiam quocunque modo constitutum est et se habet.

[Def. 13.] Situs est modus terminativus, quo quodque certa ratione se sistit in consortio et complexu caeterorum omnium.

[Scholion.] Designatur situs praepositionibus *ad, apud, intra, extra*. Est aliquid aliquo prius sed posterius in naturalibus, moralibus, notionalibus: natura merito cognitione. Respectu consortiorum seu commerciorum rerum naturae, numerorum, spatii, temporis. Unde quid alio prius: Natura, numero, spatio, tempore. Secundum aliquod ex his commerciis situs rei intelligitur; et designatur vel absolute vel respective; absolute demonstrando: *hic, illic, isthic, ibi* quae vocabula proprie ad locum pertinentia, et caeteris commerciis adhiberi solent, vel magis respective, idque vel juxta capacitatem aut comprehensionem commercii totius aut partium ejus rerumque ipsarum, hinc: *intra, extra, prope, coram, apud, a.* Huc praepositiones. Vel juxta terminum, qui est vel circumstititius digressivus aut divaricativus, diciturque plaga, vel limitativus, Terminus κατ' ἐξοχήν. Plaga ratione generaliter: prioritas, posterioritas, simultas; specialiter: Superioritas inferioritas, Anterioritas posterioritas, dexteritas sinisteritas. Terminus κατ' ἐξοχὴν dicitur extremitas. Hinc initialitas, finalitas, intermedieitas, quae praecise dicitur medieitas. In quovis genere species situum videntur ita ordinari posse: situs est vel simplex vel continuatus. Simplex vel relativus vel correlativus. Relativus quando sola res non simul cum alia refertur ad quid in commercio situali. Correlativus quando unum cum altero refertur ad quid. Uterque est vel consistitius vel quando res ad motum sita vel propensa concipitur directivus sive vergentium. Hinc interrogativum *quorsum.* Unde collimatio, collineatio, inclinatio, propendentia. Haec spectanda in Naturalibus moralibus, notionalibus. In Naturalibus situs purus vel mixtus. Purus, qui materiae seu extensioni non neccessario commixtus, sed rebus etiam non extensis competit. Mixtus spectatur in extensis. Ordinemus primum Extensivos, nam caeteri analogiam ad eos servant.

[Classis Situum Extensivorum.] Situs extensivus spectatur abstracte vel concrete. Abstracte spectatus est vel formalis vel Terminalis: Formalis vel magis absolutus situs vel punctorum aut rerum instar puncti conceptibilium, qui convenit cum situ puro rerum aliarum de quo postea. Vel partium qui dici potest continuitas qua partes continuo tum intra partes quascunque, tum pars extra partem extensi cujuscunque, tanquam totius esse deprehenduntur. Continuitas est uniformis biformis triformis, linea

35 deprehenduntur. (*1*) Est igitur continuitas nihil aliud (*2*) Continuitas *L*

superficies corpus , cum ad unum tantum, cum ad duo simul, cum ad tria simul. Substantiae veterum mediae, scilicet inter ideas et sensibilia, τὰ μεταξύ. Haec unum duo tria Aristotelis dicuntur vulgo dimensiones, quia corpus secundum triplicem rationem metiri possumus. Terminalis situs est extensionis sub quacunque forma spectatae respectus ad aliquid extra se tanquam ad certum terminum seu scopum, est relativus vel correlativus. Relativus est vergentia scilicet ad certam plagam vel ratione unitatis vel ratione ordinis. Unitatis quatenus res partium situ vergit ad plagam eandem rectitudo, diversas curvitas. (+ Nota plagam esse mirabile genus Entis, non enim est punctum aut linea, etc. et progreditur in infinitum. Talis quaestio est, quando dicimus *wie weit Ost von West*, id est 180 *grad.* +), Ratione ordinis extensa res vergit ad plagam vel directam, ut longitudo, vel ad transversalem, ut transversalitas, quae est latitudo et profunditas. Usus obtinuit ut in rebus immotis vocemus longitudinem, quorsum plures partes occurrunt, sed in rebus ad motum ordinatis, eam quorsum tendit motus. Hinc tractus ab ortu ad occasum dicitur longitudo.

Correlativus situs est *da* ⟨*raus hin*⟩, *das andere* ⟨*wieder hehr*⟩ *referiret wird* (+ quod non erat in plaga +) est SIMPLEX COMPOSITUS, uterque consistitius directivus. Consistitius se exerit per conjunctionem disjunctionem, $\frac{AB}{XZ}$ directivus per convergentiam divergentiam. $\frac{XZ}{BA}$ CONJUNCTIO est conterminalitas vel coincidentia. Conterminalitas quae fit in communi termino, et dici potest attingentia, quae est persistens  vel transiens nempe vel intersectio  vel contactus.

Coincidentia est vel partialis in communi parte, ut *XZ* cum *AB* vel totalis: si totum cum parte, ut *ST* cum *RT* $\underline{S\ R\ T}$, vel totum cum toto, ut basis Trianguli *CDE* cum basi Trianguli *CDF* quae dici solet congruentia. Disjunctio dicitur distantia,




quae est vel linearis et interceptiva, nimirum remotio, nempe puncti a puncto, puncti a linea vel superficie, [lineae] a linea vel superficie, superficiei a superficie quarum brevissima dicitur κατ' ἐξοχὴν distantia. Vel est angularis et divaricativa qualis spectatur inter angulorum crura. Directivus situs est vel aequalis vel inaequalis. Aequalis est vel concursus coincidentialis ad quem spectat in continuum positio *AB* ad *BC* ut *A* $\underline{\ B\ }$ *C*, vel Parallelismus in rectis aut curvis uniformiter aut aequaliter a se remotis, vel inaequalis (+ inaequabilis +) ut convergentia inter *ED* et *CD* vel divergentia inter *DE* vel *DC*. Situs compositus est ubi simul respectus habetur ad subjectum extensivum, seu ad rem extensam certo modo terminatam. Et est tum angulus tum

25 linea *L ändert Hrsg.*




figura. Angulus vel superficialis vel solidus. (+ Superficialis *der aufm papier kan gemacht werden*, corporalis *der mit papier mus gemacht werden*. +) Figura eodem modo superficialis solida. Utriusque subjectum et superficies et corpus, nempe extensio per extensionem Terminata. Constituuntur extensionibus terminalibus seu terminantibus superficies lineis, corpus superficiebus. Hinc species angulorum et figurarum. Rectilineae, planhedrae, curvilineae, gibbhedrae ex quibus variae mixtae. Angulus est divaricatio Terminalium extensionum, in extensione Terminabili saltem uno sui termino concurrentium. Quorum principales sunt plani rectilinei fig. 7 qui in Cardinales et intermedios distinguuntur. Cardinales rectus 90 graduum, directus 180 graduum, subrectus 270 graduum, totus et maximus 360 graduum. Intermedii concavi [acuti], obtusi, qui minores majores recto. Convexi subobtusi, subacuti, qui majores directo, subrecto.

Figurarum forma est Perimetria. Una continua perimeter rotundas efficit figuras, simplicissima circulus et sphaera. Si bina membra tantum perimetri, fit binangulum in



superficialibus, quorum potissima species semicirculus. In solidis dyhedrae, utrumque curvum aut mixtum. A tribus angulis simplicissima figurarum rectilinearum Triangulum. Si quatuor membra habemus quadratum, oblongum, rhombum, rhomboides. Situs extensivus concrete consideratus est situs formarum extensivarum certae materiae vel corporis. Ut simitas nasi concavitas, huc *stare, sedere, inclinari, jacere*, et quidem *prone supine dextre sinistre*. Circa corpus habitus, ut *ocreatum* esse *lanugine vestitum*.

Classis situum purorum seu ab Extensione remotorum.

Situs purus nude relativus et quidem consistitius recipit vel rem suppositam vel terminos. Relatione ad rem suppositam ejusque capacitatem saltem abstractam, dicitur quis *in* vel *intra, cum, apud*, vel *extra, prope, coram, praeter, propter*. Hinc praesentia absentia, propinquitas remotio per omnia quatuor commerciorum abstractorum genera. Ratione Terminorum aequi sunt vel digressivi vel limitativi, dicitur res ratione quidem digressivorum seu plagarum, *prior, posterior, simul*. Ratione terminorum limitativorum dicitur res initialis intermedia finalis.

Situs naturalis purus potest dici relativo-directivus, seu relativa vergentia, quae respicit vel rem suppositam vel Terminum, et rem vel simpliciter, ut quidque ad suum finem collineat, vel secundum quid secundum capacitatem rei suppositae, unde res vergere dicitur *introrsum extrorsum*. Terminum vel digressivum seu plagam, vel

12 acuti *erg. Hrsg. nach Weigel*

interceptivum, plagam vage ut quaquaversum, fixe; generaliter *retro* vel *porro* vel *ultra* specialiter et vel cardinaliter *sursum deorsum, antrorsum retrorsum, dextrorsum sinistrorsum* vel intermedia ratione. Vel terminum interceptivum, ut *ab initio, versus finem, per medium, usque ad hoc vel illud.*

Correlativus situs se exerit consistitius per conjunctionem disjunctionem; directivus per convergentiam divergentiam. Conjunctio est vel conjunctio praecise vel conjunctio platice, ubi comprehendit et propinquitatem. Estque ut aliae omnes Entitativa, Quotitativa, Quandicativa, Ubicativa. Entitativa est vel coincidentialis vel conterminalis. Coincidentialis est vel identitativa, ut inter hominem et animal, vel comprehensiva inter partem et totum. Conterminalis vel est originalis ut conjunctio genealogica, vel concursiva, quae est commembralitas seu consocialitas vel coadjunctio quando plura dicuntur idem in casu obliquo, ut *ejusdem scopi.* Quotitativa conjunctio est summalis unitatum. Quandicativa est coaevorum. Ubicativa est vel astronomica, quando sol et luna in eodem limite motus sui aut motus communis versantur, quod fit etiam extra negotium Eclipseos; optica, ut solis et lunae tempore Eclipseos, physica est propinquitas; Geometrica est coincidentia. Similiter de disjunctione. Convergentia est praecise concurrentia, platice appropinquatio. Entitative est absoluta possibilis identitas in effatis possibilibus, ut possibile est homines dormire vel respectiva, ad eundem scopum, effectum, terminum ut plures rationes ad eandem conclusionem. Quotitativa in numeris commensurabilibus, respectu communis mensurae. Quandicativa in omnibus creaturis, quia omnes in eandem plagam, futurum collineant. Ubicativa, in motu rerum juxta lineas convergentes. Divergentia quandicativa est in cyclis temporalibus a se digredientibus.

Denique situs continuatus est vel confusus vel ordinatus, hinc confusio, ordo.

(+ In Moralibus et Notionalibus haec persequi non vacat. +)

[Def. XIV.] Patibilis qualitas est modus operativus [objective] quo potentia exceptiva certa ratione moveri potest, ut ad perceptionem seu receptionem se accingat.

[Scholion.] In Naturalibus (nullis notionalibus et moralibus) est vel externa vel interna. Externa spectatur potissimum in corporibus estque vel prima vel secunda. Prima est vel magis situalis, vel magis motiva. Illa particulis angulatis et hamatis adeoque consistentibus, ut siccitas; rotundis et volubilibus inde humiditas seu diffluentia. Haec motiva positive calor, privative frigus. Secundae magis situales sunt: 1) Raritas densitas pelluciditas opacitas, 2) Mollities durities, laevitas asperitas, 3) lubricitas viscositas, friabilitas tenacitas, 4) Flexuositas, rigiditas, Macritudo, pinguedo. Magis Motivae vel

26 objectiva *L ändert Hrsg. nach Weigel* 31 volubilibus (*1*) ut humi (*2*) inde *L*

absolute, et dici posset Motivitas, quae est vel rectilinea gravitas (deorsum), levitas (sursum), promotivitas (ante), retromotivitas (retro), vel curvilinea, vertiginatio, librativitas, revolutivitas, seu circulariter seu spiraliter; vel restricte, ad certas potentias vel exceptivas, vel perceptivas. Exceptivas, vel communiter, ut rei tanquam objecti attractivitas expulsivitas, acceptivitas, retentivitas, vel singulariter ut Magnetismus, vel perceptivas, ut sensibilitas, quae est vel communis tangibilitas, vel singularis ut visibilitas, audibilitas, odorabilitas, gustabilitas.

Visibilitas vel originalis, positiva lux, privativa tenebrae: originata color, qui est primus positivus albedo, privativus nigredo: secundus simplex: fortior rubedo, flavedo, remissior viriditas caeruleitas. Mixtus et variegatus vel continuo, vel discretim *scheckig*.

Audibilitas vel simplex, positiva sonus, qui reflexus dicitur Echo, privativa silentium. Variegata consonantia, dissonantia; specialiter

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| quoad Tonos: | unisonus | octava | quinta | quarta |
| | 1.1. | 2.4. | 2.3. | 3.4. |
| | unisonus | diapason | diapason epidiapente | disdiapason |
| | 1.1. | 1.2. | 1.3. | 1.4. |
| quoad voces: | Bassus, | Cantus, | Altus, | Tenor. |

Odorabilitas dicitur odor estque ratione quidditatis, dulcedo aciditas, amaritudo austeritas. Ratione qualitatis: suaveolentia, foetor, ratione quantitatis fragrantia, odor remissus.

Gustabilitas dicitur sapor estque dulcedo aciditas, amaritudo salsedo, sapiditas insipiditas, acrimonia sapor remissus.

Interna patibilis qualitas, ratione principii exceptivi interni cognitivi vel affectuosi. Cognitivum principium sunt sensus interni, nempe sensum internum afficit species sensibilis, phantasiam et memoriam, phantasma, intellectum species intelligibilis, eaque impressa expressa. Affectuosum principium movet AFFECTUS qui terminatur magis ad intra, estque vel favorabilis nempe delectatio concupiscentia, gaudium spes, [vel] refugibilis et odiosus: dolor aversatio tristitia timor. Passio terminatur magis ad extra et producit pallorem revocando sanguinem, ruborem propellendo.

[Def. XV.] POTENTIA est modus operativus formalis nude consideratus, quo quid esse fieri facere quippiam potest. Impotentia contra.

[Scholion.] Naturalis est Activa vel Passiva, Naturalis Activa Dei, infinita, eaque absoluta omnium quae non contradicunt; ordinaria. Finita creaturarum est motrix et quietrix, quae se exerit vel immediate directo nisu, reflexorio objectu, Mediate per Machinas, Ductus. Machina est vel communis ut vectis, vel specialis. Vectis est Homodromus vel Heterodromus, uterque positivus vel privativus. Specialis peritrochium, cuneus, cochlea, trochlea. Ductus sunt aperti canales antliae, clausi suctores, siphones. Specialiter potentia motrix secundum subjecta quibus inest, spectatur autem vel in non intelligentibus vel in intelligentibus. In inanimatis dicitur vis, vulgaris ut illuminandi, humectandi, urendi, etc. secundum patibiles qualitates, singularis ut vis attractiva et verticitas in magnete. In Animatis dicitur facultas, nempe in vegetabilibus attractrix expultrix, acceptrix retentrix. Secunda: alterativa, augmentativa diminutiva, nutritiva. In sensitivis sentiendi prima immediata (sensus externus), communis tactus, specialis primarius visus auditus, secundarius gustus olfactus. Mediata quae dicitur sensus internus, communis Phantasia Memoria; secunda: facultas advertendi naturaliter et colligendi affectandi licet non ob certam rationem vel circumspecte. Positive ut facultas concupiscendi, remotive ut irascendi, denique facultas operandi, ut ambulandi, aedificandi. In intelligentibus facultas cognoscendi distincte assentiendi debite per intelligentiam et scientiam, volendi circumspecte efficiendi libere, prudentiam, artem. Spiritibus facultas praestigiorum et praeternaturalium.

Potentia passiva, indefinita potentia obedientialis respectu divinae absolutae, definita ad esse futurum potentia objectiva, ad non esse destruibilitas. Ad tale esse subjectiva terminativa. Subjectiva qua res certae formae subjectum esse potest, vel essentialis vel extraessentialis. Terminativa qua res inter se terminari certo modo possunt. Ubi cumprimis eminet potentia receptiva rei contentae productiva tantupli, ita radix potest ⟨sumi⟩ quadratam.

[Def. 16.] Dispositio potentia debilis, Habitus confirmata.

[Scholion.] Dicitur is virtus generali vocis usu. Spectatur in insensitivis analogice, ut volubilitas motu facta in rotis. In sensitivis passiva ut in fabris majorem calorem sustinendi. Activa eundi, collineandi etc. membris externis. In intelligentibus dicitur intellectualis, qui internus Dianoeticus in intellectu, Ethicus in voluntate. Externus factivus, qui et potentiam movendi facilitat, estque anurgos ut canendi, enurgos aedificandi. Dianoeticus principiorum incomplexorum apprehensio, complexorum intelligentia, conclusionum scientia et opinio. Habitus scientificus circa supernaturalia sapientia,

22 qua . . . potest *erg. L*

circa naturalia, Naturalis prima: metaphysica pantometria, secunda Physica, Mathesis mixta. Circa Moralia prudentia prima, Ethica, secunda politica cum oeconomica. Circa Notionalia Anchinoea seu ars interna, quae circa rationem prima est Logica Logistica, Geodaesia, Melopoetica. Circa orationem secunda: Grammatica, rhetorica, oratoria, poesis. Artifices, qui tamen non operibus ideo exequendis manuum labore assueti dicuntur sapientes.

[Def. 18.] Actus est exercitium potentiae sibi respondentis,

[Scholion.] nempe actus secundus, attributivus operativus. Ille Entitativus ut existere, durare, formalis, habere quippiam, operativus actio passio. Actio naturalis infinita Dei, finita actio communis dicitur Motus: actus entis in potentia quatenus in potentia estque illocalis ut tempus physicum id est fluxus durativus in rebus durantibus; vel localis Motus. Motus vel primus, ut conatus nisus motio, cui opponitur quies Physica cessatio ab omni tendentia. Secundus: promotio; progressio, cui opponitur quies Mathematica. Motus respectu termini *a quo* et *ad quem*, si externus dicitur localis, si internus ipsum Esse, positive generatio, negative corruptio; qualitas alteratio, quantitas augmentatio diminutio. Motus speciales, [respondent] potentiis specialibus rectilineus, vertiginis, conversionis, libratorius. In coelo Motus primus. Motus secundus. Deviatio per latitudinem, declinationem, trepidationem. Eccentricatio per ascensum, descensum versus Apogeum, Perigeum. In animalibus natare, volare, serpere, pedibus ire ubi 4 variationes, ambulare, subsultare, currere, prorumpere. In Equis *schritt, trab, galop, satz oder sprung*. 4 vehicula: Traha pensilis, *trage, saenfte*, traha tractilis, *schlitten schleiffe*, hypocylindricum *walzenzug*, currus *wagen, karren*. Currus monodromus, dydromus, tridromus, tetradromus. Passio naturalis actionibus respondet.

[Def. 19.] De Quantitate ⟨pars⟩

[Def. 20. Non-Ens est, quod habet quidditatem definitam quidem, sed non positivam.]

[Scholion.] Non Ens purum, ut possibile, Malignum, quod absurdum infert.

[Def. 21.] Ens per accidens seu per Accedens.

[Scholion.] Congeries homogeneorum, farrago heterogeneorum. Agmen non intelligentium. Non sensitiva strues acervus cumulus; sensitiva, grex armentum; rationalia: coetus concio turba cohors.

3 circa rationem prima *erg. L*

# $237_6$. UNIVERSUM CORPUS PANSOPHICUM. CLASSIS SUBSTANTIARUM NOTIONALIUM

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen aus E. WEIGEL, *Corporis pansophici pantologia*, Jena 1673, S. 45–55: LH IV 1, 6 Bl. 2 u. 9. 1 Bog. 2°. 1 $^1/_3$ S. auf Bl. 9.

[§ 7–22.] Vocabula ratione significationis sunt principalia aut secundaria. Principalia considerantur Essentialiter, accidentaliter. Essentialiter objectiva vel actuaria. Objectiva sunt Nomina, Actuaria verba. Accidentaliter sunt ratione Numeri singularia pluralia. Ratione Colloquentium prima secunda tertia persona nempe loquentis, colloquentis, cujuscunque alterius. Nomina objectorum vocabula, considerantur absolute vel respective. Absolute essentialiter accidentaliter: essentialiter simpliciter complexe. Simpliciter substantiva. Complexe adjectiva. Accidentaliter secundum sexum vulgo genus: Masculina, Foeminina, Neutra. Secundum quantitatem stata ut *Rex*, diminutiva ut *regulus*. Respective considerantur nomina ratione actus quem concernunt, dum in oratione verbo saepius suppresso respondent, cujus concernentiae certi dantur casus. Nam nomen ratione actus illius se habet directe vel indirecte. Directe si ipsum actum verbo subinnuendum vel exercet vel exercere jubetur, unde Nominativus et Vocativus qui Casus recti, vel indirecte, unde casus obliqui, cum actum aliunde provenientem excipit, et quidem actum vel substantivum generationis aut pertinentiae et est genitivus, vel operativum quem quidem excipit nomen vel ut subjectum vel ut correlatum agentis. Ut subjectum, aut ut res actu illata, et accusativum est nomen, seu actus causativum vel tanquam correlatum agentis, et dativum est quasi cui datur vel tribuitur actus. Hos casus diversos diverse accipiunt praepositiones diversum situm nominum his casibus quodammodo respondentem innuentes. Hinc et ablativus a praepositione *ab* dependens revera dativus est ob frequentem usum quodammodo contractus ut *ab usu*, id est *ab usui.*

SUBSTANTIVA nudum objecti conceptum significant, et sunt vel directa vel indirecta. Directa, quae dicuntur κατ' ἐξοχὴν nomina substantiva, sunt vel realia vulgo appellativa, vel personalia vulgo propria, priora universalium haec singularium. Indirecta sunt vel Vicaria vel Reducta. Vicaria pronomina substantiva, *Ego, tu, sui*. Reducta seu Vicesubstantiva ex adjectivis neutra substantive sumta. Ex verbis, infinitivi τὸ *legere*, supina, *lectum lectu*, verbalia, *lectio das Lesen*. Ex particulis ut quando dicimus: τὸ *ubi quando*.

ADJECTIVA modum cum objecto concretum notant, idque vel absolute vel comparate. Absolute simplicem qualitatem innuendo nominibus positivis, quae sunt vel directa, eaque vel realia quae κατ' ἐξοχὴν dicuntur nomina adjectiva, ut *pius* vel personalia, personas colloquentium generalissime significantia, dicuntur pronomina possessiva *meus, tuus*. Indirecta sunt reducta ex substantivis genetivi casus, possessiva ut *paternus* pro *patris*. Ex verbis cum tempore ut participia, sine tempore ut gerundia. Vicaria, nempe vel reciprocum, ut *suus* vel relativa: quidditatis, ut *qui, hic, is, ille, ipse*; qualitatis ut *qualis, talis*, quantitatis ut *quantus tantus, quot tot, quotus totuplex*. Comparate modum notant Adjectiva quantitatem innuendo nominibus comparativis praenotantibus prae aliis, hinc ablativum regunt, superlativis summum inter similia, unde genitivum regunt, quia pertinet ad omnes ille qui eminet, ut *doctissimus hominum*.

VERBA certum Actum objecti notant, spectatur autem Actus vel Essentialiter vel accidentaliter. Essentialiter secundum se, et verbum. Est vel substantivum vel operativum. Substantivum idque vel pure, ut *sum, fio*, quae una cum *habeo* plerisque linguis auxiliaria verba largiuntur, vel modaliter ut *possum*, operativum, quod rursus est vel activum vel passivum. Activum si formam externam passivi tenet dicitur deponens. Accidentaliter et secundum exercitium, et quidem secundum exercitii MODUM quatenus vel intimatur in modo infinitivo ut *docere* vel sistitur, idque vel absolute in indicativo, vel restricte nempe jussu in imperativo, ut *doce*, vel consequentia, ut in conjunctivo ut *docerem*. TEMPUS praesens imperfectum perfectum, plusquamperfectum futurum.

SECUNDARIA VOCABULA dici solent PARTICULAE quae sunt circumstantiales vel consequentiales. Circumstantiales quae potissimum definiunt habitudinem vel status nominum hoc est situm respectu ejus quod nomine significatur, et dicuntur Praepositiones vel actus verborum, quasi rationem motus aut actus exerciti dicunturque adverbia, ut *bene pulchre*, scilicet *factum. Huc* scilicet *accede. Hic* scilicet *jacet.* Consequentiales, vocabula principalia, imo et eorum composita nimirum orationes vel conterminant ut Conjunctiones, vel interstinguunt, ut Interjectiones.

[Classis Terminorum.] Terminus est vel principalis Categorematicus vel minus principalis Syncategorematicus. Categorematicus est incomplexus vel complexus. Complexus vel incompletus vel completus. Incompletus vel denominative vel secundum quidditatem aut qualitatem. Aestimative secundum quantitatem. Secundum quidditatem est

13 f. vel accidentaliter *erg. L* 14 f. vel operativum. Substantivum *erg. L* 18 deponens (*1*) passivum vel (*2*) Accidentaliter *L*

absolutus (nempe abstractus *humanitas*, concretus *homo*,) vel connotativus *humanus*, secundum qualitatem positivus *homo*, negativus *non homo*, secundum quantitatem singularis vel communis, singularis ut *individuum*, vel *differentia*, communis, vel in similibus vel dissimilibus. In similibus universale, quod est tale vel magis ut genus, vel minus ut species, vel dissimilibus ut utriversale, quod est vel alterutriversale (et vel disjunctivum idque vel alternativum ut prosthaphairesis, vel exclusivum, ut homonymum,)[7] vel utriqueversale et copulativum, idque vel concessivum, ut pantocataphasis (+ quando utrumque negatur +) vel participativum ut γλυκύπικρον.

COMPLETUS TERMINUS est rei vel singularis vel universae. Singularis vel qualiscunque, ut descriptio, vel artificialis, ut definitio. Universae vel quantuscunque ut distinctio, vel adaequatus ut divisio.

COMPLEXUS TERMINUS spectatur vel signate vel exercite. Signate est talis: voce tantum ut *animal rationale*, re tantum ut suppressa particula: *scribo*, re tantum suppresso principali, ut *bonus*. Voce simul et re, ut *Petrus scribit*. Exercite est vel absolutus vel relativus. Absolutus compositivus, divisivus. Relativus: restrictivus comparativus.

SYNCATEGOREMATICUS Terminus est vel simplicis ut particula, vel complexi, notans vel quidditatem ut Copula, vel qualitatem, ut: *non, ita* vel quantitatem ut *omnis quidam*.

[7] *Am Rande*: NB.

# 238.EXCERPTA EX KIRCHERI ARTE MAGNA SCIENDI
[1681 bis 1684 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug: LH V 1 Bl. 5. 1 Zettel (20 × 17,5 cm). 1 1/2 S.

Die Datierung beruht auf dem häufig belegten Wasserzeichen.

Kircheri artis magnae sciendi lib. XI. cap. 7 et ultimo

Finita totius artis expositione in secundo Tomotradere constitueram eum modum, quem jam dudum Lullistae plenis buccinis in suis monumentis depraedicarunt, videlicet Methodum adeo facilem et expeditam, ut ea pueri decennes impuberes etiam et idiotae exiguo tempore ad omnem scientiarum assecutionem pertingant. Quae res prima fronte merito incredibilis et paradoxa videtur, quam ergo methodum illi forsan nunquam non dicam docuerunt, sed ne mente quidem complexi sunt. Nos hoc loco tradere constitueramus, sed consulto amicorum principum solicitatione id differendum censuimus, tunc eum publici juris primum facturi, ubi hoc praesentis libri specimen haud lividis oculis exceptum fuisse intellexerimus.

Methodus autem in hoc consistit: Cistam conficimus in varia receptacula distinctam, in qua omnium scientiarum rationes ita habentur in Tabulis descriptae, ut de quo quispiam argumento disserere fuerit interrogatus, per variam Tabellarum translocationem applicationesque multiplici combinationum serie factas innumera mox argumenta ad propositam quaestionem quam fusissime per Syllogismos universales et demonstrativos deducendam sit reperturus. Haud secus ac in *Musurgia* nostra praestitimus, qua unusquisque etiam Musicae imperitus ad quamlibet Melodiam artificiose concinnandam vel unius horae spatio aptus fit. Iterum eodem prorsus modo et ratione qua quispiam vel unico solummodo idiomate instructus cum omnibus tamen totius mundi nationibus et populis per literas correspondere posse docetur, quod novum repertum anno 1669 per librum cui titulus *Polygraphia nova et universalis* publici juris feci. Pari ratione in hac arte fieri

12 consulto (*1*) omisimus (*2*) amicorum *L* 20 demonstrativos (*1*) suscipiendam (*2*) deducendam *L*

5 A. KIRCHER, *Ars magna sciendi sive combinatoria in XII libros digesta*, 2 Bde, Amsterdam 1669.
20 A. KIRCHER, *Musurgia universalis sive Ars magna consoni et dissoni in X libros digesta*, 2 Bde, Rom 1650.
25 A. KIRCHER, *Polygraphia nova et universalis, ex combinatoria arte detecta*, Amsterdam 1663.

censeri debet. Ea autem arte singula argumenta sunt collocata, ut majori vel minori propositione negata statim alia complura ad utramque propositionem comprobandam parata habeas.

Hujus itaque artificii inventioni dum solicitius ardentiusque incumberem, nova et nova semper superni luminis ductu admiranda et hucusque non visarum rerum technasmata detecta sunt.

Veluti 1) Duplex modus novus artificii linguarum omnium quorum prior docet omni linguarum genere Epistolas conscribere;

2) alter est omnium linguarum ad unitatem reductio, artificium mirificum non nisi palmari arcula conclusum, quo quispiam cum totius orbis nationibus literis reciproca negotiatione communicare poterit.

3) Hoc excipit steganographia universalis qua quispiam cum altero correspondente occultos animi conceptus communicare poterit, tanta secreti profunditate, ut nullus adeo sit sagax ingenii humani conatus qui arcanum mentis negotium penetrare possit. Idque innumeris modis et rationibus quae omnia jam in gratiam instantium principum edita sunt sub titulo *Polygraphiae novae et universalis*.

4) Arcanum Physiognomicum quo omnes temperamentorum diversitates juxta octuplicem graduum differentiam ita ordine expositae sunt, ut quilibet de cujuslibet alterius temperamento et inclinatione naturali deque omnibus, quae in tali temperamento per externa signa elucent verum judicium assignare possit.

5) Nova Musurgia qua universali quadam ratione, et dato quolibet Harmonico stylo quispiam etiam Musicae imperitus impositum munus implere possit, per compositionem Melodiarum 1. 2. 3. 4. 5. usque ad 20 vocum, in choros quotlibet distributarum, idque stylo omnifario, recitativo, motectico, orchematico, tonoque quolibet verbis proportionato.

6) Arca Mathematica qua unusquisque in quacunque Matheseos scientia, Arithmetica, Geometria, Astronomia, caeterisque hisce subordinatis scientiis datae quaestionis per extemporaneum computum Arithmeticum, Geometricum, Astronomicum, satisfacere possit.

7) Artificium Rhetoricum, quo quisque de quocunque argumento orationem ex tempore disponere poterit.

8) Poeticum, quo quisque etiam prosodiae imperitus hac artis nostrae fretus fiducia carmina de quacunque proposita materia producere possit.

9 2) *erg. L*

Innumera ex hisce inveniri poterunt, ut Medicina et Chymica, sed ea ista tantum hic lectori insinuanda duxi.

Ferdinandus III. imp. a me certior factus talium, minime expedire judicavit, ut regibus et principibus tantum digna publicatione vilescerent.

Caeterum Leopoldo I. Augustissimo Caesari et Mecaenati munificentissimo dicta omnia artificia apparo ut habeat quo ingenium a mundi mole qua continuo premitur subinde liberare et relaxare possit.

## 239. PRAECEPTA ARTIS DECIPHRATORIAE
[1682 bis 1688 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH V 6, 4 Bl. 40. 1 Bl. 2°. 1 S.

Das *Mysterium* von Hiller ist 1682 in Ulm erschienen. Es ist nicht auszuschließen, daß Leibniz erst während der Reise in Süddeutschland auf das Buch stieß.

### Praecepta Artis Deciphratoriae

Deciphrare est Epistolam ignotae significationis characteribus scriptam explicare. Haec semper possumus, quando est aliquod significationis Alphabetum, et sufficientia sunt data.

Inquirendum est primum in IDIOMA quo scripta videtur Epistola. Non est Latinum, si plus quam 21 characteres, si de quibusdam characteribus demonstrare possum, sufficienti enumeratione, quod nulli literae latinae conveniant, si plures geminatae finales; si plures solitarii characteres, tunc enim potius Gallicum erit vel italicum; si plures congeminati characteres et quidem iidem plane, ut in italico *rozzezza*; si plures quam 16 finales. Si multa vocabula 18 vel 20 literarum. Si multi geminati probabiliter non est latinum.

3 imp. (*1*) horum (*2*) a *L* 3 f. ut (*1*) aliis quam (*2*) regibus *L* 4 tantum *erg. L* 14 est (*1*) literam (*2*) Epistolam *L* 22 20 | vel plurium *gestr.* | literarum. *L*

Non est Germanicum, si solitarie multi positi characteres in scripto, imo si tantum duo (quia Germanis solum *o*). Si initiales saepe geminati. Contra est Germanicum probabiliter si multi finales Geminati.

Non est Gallicum: si multi finales Geminati, si multi congeminati. Est Gallicum si multi solitarie positi; item probabiliter si multi finales.

Non est Italicum si multi geminati finales, si plures quam 20 literae, Est forte Italicum, si multi congeminati, si multi solitarie positi.

Ubi hae regulae ad dignoscendum idioma non sufficiunt, excludemus idiomata falsa ducendo ad absurdum. De qualibet Litera Linguae (cujus Elementa Deciphratoria constituimus) videndum an ea litera possit esse initialis vel absolute, vel in vocibus biliteris, triliteris, etc. vel si secunda et tertia eadem; vel initialis et geminata in eadem voce, initialis et media, initialis et quarta, initialis media et finalis, initialis in habentibus geminatam; initialis et antepenultima, initialis et penultima, initialis et ultima, initialis et finalis in voculis trium literarum, aut quatuor.

An GEMINATA alio quam tali loco v.g. tertio, an alia praeter ipsam initio geminata, aut in fine; an geminata in medio, an inter similes, an praecedere possit geminatam alio casu quam cum antepenultima, aut a fine quarta; an sequi possit geminatam.

An FINALIS, absolute, aut extra monosyllabas, aut extra biliteras vel triliteras, aut in vocibus plus quam septiliteris non nisi cum tertia geminata; finalis simul et initialis, finalis et media, [finalis] et ter in dictione; finalis, si secunda et quinta a fine eaedem.

Alia accidentia, ut locus, ordo, situs, frequentia: an secunda a principio, an penultima, an penultima in tali casu, ut si finalis non vocalis; an secunda et penultima, an secunda simul et quinta in quinqueliteris, in aliis quam quinqueliteris. An bis in vocabulo occurrere possit nisi sit secunda, an ter. An collocari possit inter similes, nisi sit antepenultima aut nisi sit secunda.

An inter ipsam bis positam possit intercedere unica litera, et quibus casibus; an reperiri possit in reciprocis vocabulis.

Omnia eo redeunt, ut consideremus literae ad aliam literam relationem, haec relatio est combinatio vel ordo. Cum combinatio spectatur, quaeri potest an proposita litera combinabilis cum aliis, et cum quibus. Cum quaeritur an cum aliis combinabilis, quaeritur an combinabilis cum nulla (seu an possit esse solitaria) cum una duabus etc. seu an possit extare in voce bilitera, trilitera, etc. Et in specie an data cum quibus aliis, et primo

15 alio . . . tertio *erg. L* 20 finale *L ändert Hrsg.* 20 si *erg. L* 24 f. sit (*1*) penultima (*2*) antepenultima *L* 28 literae (*1*) locum (*2*) vel cum alia litera combinatio (*3*) ad *L*

an secum vel cum aliis talibus in voce bilitera, trilitera etc; combinetur an cum alia repetita, et cum quibus, et an ipsa repetita, cum quibus simplicibus aut repetitis. Deinde consideranda in combinatione vicinia, an sibi immediatae combinabiles, an et quot possint intercedere; an possint ita duae combinari, ut una sit bis, altera semel, et una media, et quot possint esse mediae, an tres literae inter priorem et mediam, et rursus tres inter mediam et posteriorem.

Sequitur consideratio ordinis in voce, an initialis, media, finalis, an secunda, tertia, quarta initio, vel fine esse possit, an simul initialis et finalis, vel talis et talis ordinis, an ab initio geminata, an a fine geminata. An ita combinabilis cum alia, ut una existente quarta ab initio altera sit quarta a fine, vel aliquid tale. Conjunctio observationum combinationis, et viciniae, cum observationibus ordinis.

Quia inductiones instituere in lingua nimis saepe prolixum, videndum quae in lingua concludi possint a priori ex natura ejus nempe flexionibus.

Utile erit habere linguae radices omnes, item linguae homoeoptotas, ut pro rhythmis poeticis, item linguae omnes syllabas, vid. Harsdorffers *Kunstreicher Denckrinck teutscher Sprache*. Ex proprietatibus syllabarum, poterunt constitui proprietates vocum. Et quod quaedam non possint contingere, nisi talis syllaba cum tali combinetur.

M. Ludovicus Henricus Hillerus Diaconus Eslingensis Ulmiae apud Kuehnen 1682 edidit *Mysterium artis steganographicae novissimum* in gratiam Collegii Curiosorum modum omnes Epistolas aliaque scripta incognita characteribus furtivis exarata in omnibus linguis praesertim Latina, Germanica, Gallica, Italica expedite solvendi pandens. Recte notat alios in fingendis potius quam solvendis Alphabetis modisque occulte scribendi solicitos fuisse. Eam Judaeorum Tabulam (de qua et Hornbeck *de convinc. Jud.* p. 90) dictam Temuram. Adde Reuchlini *Cabbalam* p. 756. Judaeos notat solitos uti tali Alphabeto

1 cum (*1*) voculis (*2*) aliis *L* 1 combinetur (*1*) singulatim (*2*) an *L* 1 f. alia (*1*) geminata (*2*) repetita, *L* 5 media (*1*) . Veniendum ad ordinem in voce (*2*) , et *L* 5 an (*1*) ⟨ter⟩ (*2*) tres *L* 5 inter (*1*) primam (*2*) | priorem *erg.* | *L* 8 possit, (*1*) an ita combinabilis, ut una existente (*2*) an *L* 21 Italica | exarata *str. Hrsg.* | expedite *L* 23 Tabulam | quae Temura dicitur *str. Hrsg.* | de *L*

---

15–17 D. Schwenter u. G. Ph. Harsdörffer, *Deliciae physico-mathematicae*, Teil 1 (von Schwenter), Nürnberg 1636; Teile 2 u. 3 (von Harsdörffer), Nürnberg 1651–1653, Teil 2, 5. Vgl. VI, 1, S. 203. 19 L. H. Hiller, *Mysterium artis steganographicae novissimum*, Ulm 1682. 24 J. Hornbeck, *Teshuvah Yehuda sive pro convincendis et convertendis Judaeis et Gentilibus libri octo*, Leiden 1655. 24 J. Reuchlin, *De arte Cabbalistica*, Hagenau 1517.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ
ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל

Ita opposita sumendo pro Jehovah scriberent

יהוה
מצפצ

et quidem Judaei putant ita scriptum *Mene, MeneTekel Upharsin.*

Primus tractavit steganographiam inter Christianos Trithemius, occupatus tantum in variis scribendi modis, non in solvendo. Trithemium illustravit Gustavus Selenus. Excipit Trithemium Porta Neapolitanus quinque libris *de occultis literarum notis* ed. 1606 apud Zeznerum sed valde incorrecte in tertio tractat de solutione. Schwenterus edidit *steganologiam et steganographiam* Noribergae in Salomon Halbmeyers Verlegerey. Sexto demum libro agit de solvendo. Harsdorferus sub finem *Secretarii Germanici* quaedam habet. Joh. Henr. Vogtius in *Nova Arithmetica Juridica* ex. 45 modum arcanum bilancem seu libram probam ab improba discernendi proponit characteribus.

13 Joh. *erg. L* 13 *Nova erg. L*

7 J. TRITHEMIUS, *Steganographia cum Clavi*, Frankfurt 1606 u.ö. 8 G. SELENUS, (Pseud. für Herzog August von Braunschweig-Lüneburg), *Cryptomenytices et Cryptographiae libri IX. In quibus et planissima Steganographiae a Johanne Trithemio . . . enodatio traditur*, Lüneburg 1624. 9 f. G. B. PORTA, *De occultis literarum notis*, Straßburg 1606. 11 D. SCHWENTER, (unter Pseud.), *Steganologia et Steganographia, oder geheime Magische natürliche Red- und Schreibkunst*, Nürnberg 1620 u.ö. 12 f. G. P. HARSDOERFFER, *Deutscher Secretarius*, Nürnberg 1656. 13 J. H. VOIGT, *Arithmetica Juridica*, Hamburg 1667.

# 240. BIBLIOGRAPHIA HOBBESIANA CUM NOTIS LEIBNITII [1684 bis 1687 (?)]

**Überlieferung:** *LiK* Bemerkungen in Bücherliste fremder Hand: LBr 408 Bl. 3–5. 1 $\frac{1}{2}$ Bl. $2^{o}$. 5 Sp.

Der Verfasser der Bücherliste ist noch zu ermitteln. Er beantwortet offensichtlich eine Anfrage, welche englischen Schriften von Hobbes in lateinischer Übersetzung vorliegen. Vielleicht handelt es sich um einen Holländer – dafür sprechen einige Batavismen – im Hause der Royal Society, wie aus der Bemerkung »ist vorhanden« bei dem »von des autoris hand« korrigierten Exemplar des *Rosetum geometricum* hervorzugehen scheint. Keine der von ihm angeblich veranlaßten Übersetzungen ist nachgewiesen worden.

Da dieses Stück keiner Korrespondenz zugewiesen werden konnte, behandeln wir es als Schrift und weisen es aufgrund des erschlossenen Zeitraums für das Wasserzeichen den Jahren zwischen 1684 und 1687 zu. Die Bemerkungen von Leibniz geben wir als Fußnoten wieder. Die vorangestellten Ankreuzungen dürften auch von Leibniz stammen.

## Hobbesii

*Vita in a latin poem*. Dieses ist bey dem folgenden angedruckt.

*Vita latin part by himself*. Ist vorhanden, und hinten an das oberste gehenckt.

\+ *Last word and dying legacy*. Dieses habe ich niemahls kriegen können, es sol nur etwa ein bogen seyn, und steht dahin, obs nicht zum schimpf gemacht worden.[1]

\+ *Vita being an account etc.* Ich glaube das es das oberste ist.

\+ *Apology for himself and his writings*. Ich halte davor, daß es die vorrede ist von *7 problematis philosophicis*, wie es auch an dem Tittul nicht undeutlich zu erkennen.[2]

---

[1] Tantum plagula esse dicitur, incertum sit in laudem an in vituperium scripta sit.

[2] Quaeritur an idem hoc sit cum praefatione ejus *Septem problematibus philosophicis* praemissa.

---

15 TH. HOBBES, *The Life of Mr. Thomas Hobbes of Malmesbury. Written by himself in a Latine Poem*, London 1680. Der Verfasser der vorliegenden Bücherliste bezieht sich im Folgenden wohl auf die Ausgabe: *Thomae Hobbes Angli Malmesburiensis Philosophi Vita*, London 1681. Darin *Thomas Hobbes Malmesburiensis Vita* (Verfasser nicht nachgewiesen); *Vitae Hobbianae auctarium* (Verfasser: Richard Blackburne); *Thomas Hobbes Malmesburiensis Vita Carmine expressa. Authore seipso.* 17 *The Last Sayings, or Dying Legacy of Mr. Hobbes of Malmesbury*, London 1680. Einblatt-Druck. 20 TH. HOBBES, *Seven Philosophical problems, and two propositions of geometry. With an apology for himself, and his writings*, London 1682.

*De Cive*, lateinisch, ist schon allenthalben, und auch in den *operibus* in $4^{to}$ gedruckt. Ist $23\ {}^{3}/_{4}$ bogen groß.

*Leviathan*, ist auch lateinisch in den *operibus*, ist $46\ {}^{1}/_{2}$ bogen groß.

\+ *Revieu of* $y^{e}$ *Leviathan*. Dieses habe ich niemahls können zu sehen kriegen, finde es aber doch in einem catalogo seiner Schrifften.[3]

\+ *Defense of* $y^{e}$ *Leviathan*. Dieses habe auch nicht gesehen.[4]

*Answer to Bramhals catching the Leviathan*. Dieses habe übersetzen laßen.

*Considerations on manners and religion*. Dieses habe übersetzen laßen.

*Of heresie*. Ist übersetzt.

*Of liberty and necessity a treatise*. Ist übersetzt, doch ohne die vorrede.

*A letter about liberty and necessity to the Duke of Niewcastle*. Ist übersetzt, und bey der engl. edit. in octavo so anno 1684 gedruckt, bey dem vorhergehenden hinten angehenckt.

*Questions about liberty and necessity between Bramhal and Hobbes*. Dieses habe ich auch übersetzen laßen, außer die 9 ersten bogen, so ich seit kurtzem erst erhalten habe.

*De corpore politico*, engl. Dieses habe ich übersetzen laßen.

*Dialogue of a philosopher and a student of* $y^{e}$ *commun law*. Dieses ist noch zu suchen, denn mir es vonhanden kommen.

---

[3] Desideratur si ab ipso est Hobbesio.

[4] De hoc idem dictum esto.

---

1 TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio tertia de Cive*, Paris 1642, Amsterdam 1647 u.ö. Vgl. TH. HOBBES, *Opera philosophica, quae latine scripsit, omnia*, Amsterdam 1668. Auf diese Ausgabe wird wohl im weiteren Bezug genommen, wenn von den *opera* gesprochen wird. 3 TH. HOBBES, *Leviathan, or the matter, forme, and power of a Common-Wealth ecclesiasticall and civill*, London 1651. 4 Wohl gemeint das Schlußkapitel der englischen Ausgabe des *Leviathan*, London 1651, mit der Überschrift *A Review, and Conclusion*. 7 TH. HOBBES, *An answer to a book published by Dr. Bramhall, called the Catching of the Leviathan. Together with an Historical Narration concerning Heresie*, London 1682. 8 TH. HOBBES, *Considerations upon the Reputation, Loyalty, Manners, and Religion*, London 1680. 9 Vgl. *Answer to Bramhalls Catching of the Leviathan*. 10 TH. HOBBES, *Of liberty and necessity, a treatise*, London 1654. 11 TH. HOBBES, *A letter about liberty and necessity, written to the Duke of Newcastle*, London 1676. 14 TH. HOBBES, *The questions concerning liberty, neccessity and chance. Clearly statet and debatet between Dr. Bramhall and Thomas Hobbes*, London 1656. 17 TH. HOBBES, *De corpore politico or the elements of Law, Moral and Politick, with discourses upon several Heads . . .*, London 1650 und 1652. 18 TH. HOBBES, *The Art of Rhetoric, with a Discourse of the Laws of England*, London 1681. Hierin ist der *Dialogue* zum erstenmal veröffentlicht worden.

*Historia ecclesiastica*, lateinisch carminice.

*Behemoth, or causes of the civil warrs*. Ist übersetzt.

*Praefatio in Thucydidem*, ist aus dem Thucidides zu nehmen.

*Answer to Davenants preface to Gondibert*, engl. Ist noch zu übersetzen, ist $^1/_2$ bogen groß.

*Epistola ad Ant. Wood*. Ist bey dem *leben* im latein.

\+ *Letter to the Duke of Niew-Castle, concerning the controversie with Laney*. Ich habe dieses niemahls gesehn.

*De mirabilibus pecci*. Lateinisch.

*A brief of rhetorik*. Ist noch zu übersetzen.

*Supplement or 3$^{th}$ volume of his works*.

Hält in sich:

*De mirabilibus pecci.*
*The papers to the royal society.*
*Lux Mathematica.*
*Doctrinae Wallisianae de motu, censura.*
*Rosetum geometricum.*
*Principia geometrica desperata.*

\+ *Memorable Sayins in his books and at y$^{e}$ table*. Ist mir niemahls vorkommen, und glaube daß es eine Satyre sey.

*Decameron*, engl. Ist übersetzt bis und mit pag. 120 in der engl. edition 1678.

---

1 TH. HOBBES, *Historia Ecclesiastica Carmine Eligiaco concinnata*, London 1688. 2 TH. HOBBES, *Behemoth, the history of the causes of the civil-wars of England, and of councels and artifices by which they were carried on, from the year 1640 to the year 1660*, London 1682. 3 TH. HOBBES, *Eight Bookes of the Peloponnesian Warre written by Thucydides, the sonne of Olorus*, London 1629 u.ö. 4 TH. HOBBES, *A discourse upon Gondibert. An Heroick Poem. Written by Sr. William D'Avenant. With an Answer to it by Mr. Hobbes*, Paris 1650; London 1651, 1673. 6 TH. HOBBES, *Epistola ad Dominum Antonium Wood.* Die *Epistola* ist veröffentlicht in A. WOOD, *Historia et antiquitates universitatis Oxoniensis*, London 1674.
6 *leben* im latein.: Die *epistola* ist auch abgedruckt im *Vitae Hobbianae auctarium*; vgl. oben. 7 TH. HOBBES, *A Letter about Liberty and Necessity: written to the Duke of Newcastle. With Observations upon it by a learned Prelate of the Church of England lately deceased*, London 1676. Learned Prelate: d. i. Benjamin Laney. Die Ausgabe London 1677 nennt Benjamin Laney im Titel. 9 TH. HOBBES, *De mirabilibus pecci*, London 1636 u.ö. 10 TH. HOBBES, *A briefe of the art of rhetorique*, London [1637]. 11 TH. HOBBES, *A Supplement to Mr. Hobbes his works . . .*, London 1675. Diese Ausgabe enthält auch einen »Catalogue« der Werke von Hobbes. 19 *Memorable Sayings of Mr. Hobbes in his Books and at the Table*, London 1680. Einblatt-Druck, wohl zur selben Zeit gedruckt wie die *Last Sayings.* 21 TH. HOBBES, *Decameron physiologicum: or ten dialogues of natural philosophy*, London 1678.

*De homine*. Steht in den lateinischen *operibus*, ist $10\ {}^{3}/_{4}$ bogen groß.

*Of humane nature*. Dieses habe übersetzen laßen.

*De corpore*, lateinisch. Steht in den lateinischen *operibus*, ist 34 bogen groß.

*De natura aëris*, lateinisch. Steht in den lateinischen *operibus*, ist $5\ {}^{1}/_{4}$ bogen groß.

*Septem problemata physica* oder *philosophica*: stehn in den *operibus* in 4$^{\text{to}}$, sind 7 bogen. NB. dieses buch ist übersetzt aufs neue, dabey auch dasjenige, so bey der neuen engl. edition von 1682 von pag: 70 bis ans ende dazukommen ist, sich befindet. Die vorrede aber steht in den *operibus* in 4$^{\text{to}}$ und ist, wie mich deucht, die *Apologia voor hemself*, wie oben steht.

*De principiis geometrarum*. Steht in den lateinisch. *operibus* 4 ist 8 bogen groß.

*Principia geometrica desperata*. Steht in dem *Supplemento* seiner werke.

\+ *Exercitatio de geometria indivisibili*. Ist mir niemahls zu gesicht kommen.

*De emendatione geometriae*, lateinisch, steht in den lateinischen *operibus*, ist $18\ {}^{1}/_{4}$ bogen groß.

*6 Lessons to Savils Professors*, engl., ist noch zu übersetzen.

*Three papers to y$^{e}$ royal Society*, engl., steht im *Supplemento* seiner werke, ist noch zu übersetzen.

*De quadratura circuli*, ist lateinisch apart vorhanden.

\+ *Responsio ad objectiones Wallisii de quadratura*. Unter diesem tittul ist mir keines bekant.

*Lux mathematica*, lateinisch, ist im *Supplement* seiner werke befindlich.

*Rosetum geometricum*, lateinisch, ist vorhanden, und von des autoris hand corrigirt.

*Censura Doctrinae Wallisianae de libra, roseto annexa*, lateinisch. Ist im *Supplement* seiner werke befindlich.

*Stigma or marks* an D. Wallis, engl.

---

2 Th. Hobbes, *Of humane nature or the fundamental elements of polisie*, London 1650 u. 1651.
12 Gemeint ist möglicherweise das Werk von B. Cavalieri, *Exercitationes geometricae sex*, Bologna 1647.
15 Th. Hobbes, *Elements of philosophy, the first section, concerning body to which are added Six Lessons to the Professors of mathematicks of the institution of Sir Henry Savile*, London 1656. Professors: John Wallis und Seth Ward. 18 Th. Hobbes, *Quadratura circuli, cubatio sphaerae, duplicatio cubi, breviter demonstrata*, London 1669. 19 Th. Hobbes, *Quadratura circuli . . . una cum responsione ad objectiones Geometriae Professoris Saviliani Oxoniae editas anno 1669*, London [1669]. Professor: d. i. John Wallis. 22 Th. Hobbes, *Rosetum geometricum. Sive propositiones aliquot frustra antehac tentatae*, London 1671. Wie aus dem Brief vom 5. August 1671 von H. Oldenburg, dem damaligen Sekretär der *Royal Society*, an J. Wallis hervorgeht, hat dieser ein korrigiertes Exemplar dieser Schrift erhalten (*The Correspondence of Henry Oldenburg*, VIII, 184). 25–S. 1211.1 Th. Hobbes, *Stigma or markes of the absurd geometry, rural language, scottish church-politicks and barbarismes of John Wallis*, London 1657.

*Marks of y^e absurd geometry, rural language of Wallis*. Ist noch zu übersetzen.

*Homer cum praefatione de virtutibus heroicis poematis*, engl., ist $^1/_2$ bogen, so noch zu übersetzen.

## 241. LOGICA DE NOTIONIBUS. JUNGIANARUM SCHEDARUM EXCERPTA ANNOTATA
[Mitte 1685 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 115–116, 119–134. 9 Bog. 2°. 33 $^1/_2$ S. auf Bl. 115–116, 119–127 r°, 128 v° (oberes Drittel), 128 r° (untere Drittel), 128 v° (untere Drittel) –134 r°.

Weil Jungius *in notionum varietates inquisierat, et argumentationum analysin longe a vulgari diversam instituerat*, mißt Leibniz ihm in seiner eigenen Arbeit *ad condendam philosophiam demonstratricem* die tiefste Einsicht bei (N. 162). Vorlage, Schreiber, Vermittler an Leibniz, Anlaß oder Gelegenheit zum Auszug, vielleicht Abschrift, konnten nicht ermittelt werden. Die Datierung folgt dem gut belegten Wasserzeichen.

### Logica de Notionibus

Noematicae pars posterior, ex. gr. aequipollentia notionum praesupponit dianoeticam. Notio ratio formalis, λόγος οὐσίας. Quintilianus lib. 8. c. 5. *Consuetudo tenuit, ut mente concepta sensus vocaremus.* Dicitur aliquid ad rationem alterius pertinere, vel esse de ratione eius, id est pertinere ad definitionem, Suares *disp.* 32. s. 1. § 17. Resolutio notionum Aristoteles lib. 1. *Phys.* text. 65. Falsitas notionum respectiva, Enuntiationum absoluta. Notio simplex ἁπλῆ ἐπιβολή. Alexander ad lib. 9. *Metaph.* § 24. Philoponus

21 absoluta. (*1*) Notio seu terminus (*2*) Terminus (*3*) Notio *L*

2 Th. Hobbes, *Homer's Odysses. Translated by Th. Hobbes of Malmesbury. With a large preface concerning the vertues of an heroique poem*, London 1675. 15 Vgl. Jungius, *Nachlaß*, Suppl. 15, 1b (Pe. 5 Bl. 72–77): *Bibliothecae Jungiana Manuscripta Logica et Metaphysica* (wohl von Michael Kirsten angelegtes Verzeichnis), In octavo, A 5. 17 f. Quintilian, *Institutio oratoria*, VIII, 5, 2. 18–20 F. Suarez, *Metaphysicae disputationes*, 1597. 20 Aristoteles, *Physica*, I, 7, 190 b 17–23. 21 f. Alexander von Aphrodisias, *In Aristotelis Metaphysica Commentaria*, in IX 10, 1051 b 17 (CAG I, S. 599.26 u. S. 600.7). 22–S. 1212.1 Johannes Philoponus, *In Aristotelis Analytica Posteriora Commentaria*, in I 33, 88 b 35 (CAG XIII 3, S. 324.6).

ad c. 26. lib. 1. *Post.* ἐπιβολὴ incubitus mentis, notio. Themistius lib. 3. *an.* ad text. 25 opponit ἐπιβολὴν et στέρησιν *privationem.* Quomodo primae notiones differant a visis hoc est ἀπὸ τῶν φαντασμάτων Themistius 3. *de an.* cap. 10. et 11. l. 3. *an.* in ad t. 25. Ἐπιβολὴ notio apud recentiores Graecos. Quin et Epicuro apud Laertium ἐπιβολὴ φανταστική. Sicut errores primae actionis non emendat secunda, sic et operationis animi.

Notio simpliciter simplex[1] Scotistis, quae ex quidditativa et qualitativa non est composita. Ignorare videntur compositionem ex terminata et terminante. Talis conceptus aut omnino ignoratur aut totaliter attingitur 9. *Met.* c. ult. Scotus *lib. 1.* dist. 8. q. 3. Modus per se est inconceptibilis. Notio simpliciter simplex est protonoema, quia alioqui omnis notio dicitur simplex Scholasticis.

*Sensionis* notio abstracta ab interna et externa.

*Potens* est protonoema. Hinc *potens agere, potens pati.* Illud dicatur *pollens*, hoc *capax.* Ita *potens calefacere* dicetur *pollens calefactione*, *potens calefieri*, *capax calefactionis.* 1640. Jan. *Potentiae* notio est simplex quaedam et irresolubilis notio, in quam omnium fere differentiarum essentialium rationes resolvuntur. Non autem ex sensu desumitur sed inductione quasi antecedente ab intellectu generatur.

Est notio aliqua quae praesupponit alias notiones, et tamen in eas non est resolubilis neque ex iis definitur. V.g. notio *dextri* et *sinistri*, si enim in cubo aliquo determinatum sit superior et inferior, anterior et [po]sterior, statim sequitur hanc esse dextram, illam sinistram. Id ex congruentia aliqua convenit, nam si quatuor hedrae sunt collocatae totus cubus est collocatus. Ante et retro proprie est in animalibus, dextrum et sinistrum aliud est distinctum ex se, ut interiora animalium, aliud per consequentiam ad 4 priores differentias ut exteriora animalium; in foliis ulmi sunt sex differentiae.

[1] *Am Rande*: Protonoema

15 Jan. *erg. L*  20 sinisterior *L ändert Hrsg.*

1–3 Themistius, *In libros Aristotelis de anima paraphrasis*, in III 6, 430 b 18–23; in III 8, 432 a 10–14 (CAG V 3, S. 111.18–23; S. 116.10–22). 4 f. Diogenes Laërtius, *De vitis clarorum philosophorum*, X, 31, 51, 147. 7 f. Vgl. Pseudo-Johannes Duns Scotus, *Quaestiones miscellaneae de formalitatibus*, qu. 5, 17 (*Opera omnia*, Lyon 1639, Bd 3, S. 466). 8 f. Aristoteles, *Metaphysica*, IX, 10, 1051 b 22 – 1052 a 2. 9 f. Vgl. Johannes Duns Scotus, *Quaestiones in lib. I. sententiarum*, dist. 8, qu. 3, n. 27 (*Opera omnia*, 1639, Bd 5, S. 745).

Notio vel formalis vel objectiva vel directa est quam vulgo primam vocant, vel reflexiva quam vulgo secundam. Quoties res concipitur toties fit objectum intellectus, et quot notionibus concipitur tot sunt conceptus objectivi. Notio μῦθος ἄπτερος *Od.* ρ. 57, sermo permanens in mente eius qui audit.

Compositio notionis ex respectiva et terminante, facit notionem terminative compositam.

Notio est composita vel concrete[2] vel terminative (+ puto in recto et in obliquo +). Terminans notio in externa ratione exprimitur per casum obliquum.

Viridem quidem colorem ex flavo et caeruleo, purpureum ex puniceo et violaceo componi prisma dioptricum satis ostendit, sed differentiae tamen specificae generum divisivae nullae hinc eruuntur, nisi forsan flavum per minus viride, caerulum per magis viride definire velis. (+ Quidni contra? +)

Notio restringens vel concretim vel terminative restringit, concretim restringens concretim coit, vel cum tota notione quae restringitur, vel cum parte eius principe (recta), vel cum parte eius terminante (obliqua).

Non omnis regimen Grammaticum arguit compositionem terminativam, v.g. *virtus servat mediocritatem*, id est *edit actiones mediocres*, ubi *Mediocris* coit concretive cum parte terminante (*actionibus*), notionis quae restringitur (*virtutis*).

*Modius iniquus* non est modius, *falsus tutor, falsum Testamentum* l. [2]21. D. *de V. S.*

Notio est absoluta aut relativa. Cum tempore aut absque tempore. Quaeritur an quae cum tempore semper connotativa.

Restringitur Notio per adjectivum nominale vel participiale (*homo doctus*), genitivum (*caput hominis*) praepositionem (*sedens in cathedra*) adverbium (*disputans acute*) relativum (*omne quod genitum est interiturum est*).[3]

Scotistae omnes notiones componunt ex quidditativo conceptu et qualitativo, ideo Enti tantum quidditativum, differentiis ultimis tantum qualitativum tribuunt Scot. 45. 2.

[2] Concretiva compositio infra dicitur et connotativa.

[3] Novae notiones componuntur per restrictionem.

7 puto (*1*) directe (*2*) in *L* 17 est (*1*) *agit* (*2*) *edit L* 18 notionis (*1*) restric (*2*) quae *L* 23 nominale vel participiale *erg. L* 29 (*1*) Restrict (*2*) Novae *L*

3 f. Homer, *Odyssea*, XVII, 57. 7 infra: vgl. nach Fußnote 3. 19 f. *de V. S.*: Dig. 50, 16. 26 f. Vgl. Johannes Duns Scotus, a.a.O., dist. 3, qu. 3, n. 6 (Bd 5, S. 441).

Sed 1) loquuntur fere semper de conceptibus objectivis raro de formalibus. 2) Connotativam compositionem a terminativa non distinguunt. 3) Ignorare videntur notionem comprehensivam absque abstractione. Ideo putant *Entis* notionem in notionibus de quibus praedicatur inclusam esse. Dico notionem *Entis* non includi in notione *viriditatis*, nec in nota sibili vel alterius articulati soni, ut *f*, *p*, notio *entis* abstrahitur quidem a rubore, sed non a notione *ruboris*.

Concretiva compositio oritur primum ex relatione subjecti et adjuncti, excludo tamen subjectum occupans seu objectum et id quod in eo occupatur, saepe ne realis quidem horum est relatio.

Nomen simplex ubi notio est composita, ut *Pelides* id est *filius Pelei. Thermae.*

Compositio notionum concretiva terminativa, copulativa disjunctiva. Et quidem disjunctiva utiliter praecedit doctrinam de Enuntiatione categorica disjuncti praedicati. Definitiones puncti, lineae, plani sunt a posteriori.

Notionum compositio duplici NOTIONUM nititur DIFFERENTIA, connotantis scil. et simpliciter referentis, deinde respectivae et absolutae. Notio connotans est quae praeter rem cuius simulacrum est, simul confuse aliam quandam subinnuit, cui res primario designata quasi inhaereat; ut *coloratum dulce rotundum*. Notio simpliciter referens, quae non ita simul aliam rem consignificat, ut *color, dulcedo*. Notio respectiva est quae respectum aliquem sibi insitum habet quo fit ut notionem quasi aliam flagitet, a qua terminetur. Absoluta est quae non ita respectiva sed per se terminata est.

NOTIONIS COMPOSITAE PARTES. Pars Notionis alia est substantialis seu autonoetica quae per se cum alia componitur; alia synnoetica quae compositionem notionis non ingreditur nisi alteri substantiali inhaereat. Itaque NOTIO DISTINGUENDA in Autonoema et synnoema hoc est Notionem substantialem et inhaesivam. Talis notio accidentalis sive secundaria vel cohaesiva est notiuncula universalitatis, particularitatis, exclusionis, ut *omnis, quidam, solus*, malo synnoemata dicere quam syncategorematica, quia sunt etiam in mente.

Compositus conceptus ex composito sensu, ut sapores odores colores mixti, ut cinnamominus sapor sensui intellectui offertur antequam resolvas in compositum ex dulci et acri.

5 soni *erg. L* 11 copulativa *erg. L*

3 f. Vgl. JOHANNES DUNS SCOTUS, a.a.O., dist. 3, qu. 2, n. 24 (Bd 5, S. 410 f.).

Absolutus conceptus intrinsece talis *albedo dulcedo quantitas* et similes, vel *album ruditer apprehensum* nec dum, ut accidens distincte cognitum. Absolutus conceptus extrinsece qui resolvitur in respectivum et terminum eius, ut *album* resolvitur in *corpus praeditum* et *albedinem*. Conceptus compositus cum tempore ut *Nero matre adhuc vivente* (hoc est *matri convivens*) tolerabilis fuit. *Ignis calefaciens* est compositus concretive sed imperfectus, adde: *aërem*, interdum est apparenter perfectus ut *corpus calefaciens*, scil. aliud corpus quod subintelligitur.

Concretiva Compositio non resolvitur in terminativam sed contra, alioqui iretur in infinitum, imo in coccysmum. Etsi in calore nihil aliud statueremus quam atomos quasdam, tamen *corpus calidum* includere videtur connotationem alicuius *inhaerentiae penetrantis* sive *verae* sive *sensibilis*, concipimus enim hoc corpus calidum etiam nondum definita hac controversia.

Quaeritur an intellectus formare possit Notionem respectivam Actu non terminatam, an vero actu semper sit terminata (licet intellectus reflexus super suam operationem distinguere possit notionis illius terminantem partem respectivam et terminativam), id in medio relinquemus. Ita semper videtur subintelligi res calefactibilis calefactivae, et contra.

Sit[4] ⟜ signum concretivae, et ⊸ signum Terminativae compositionis. (+ Distinguendae relationes diversae generales in eodem, verbi gratia si sit notio *A.B* ⊸ *C* ⊸ *D.E. Homo A amans B autorem C rerum D optimarum E.* Si *E* esset *omnium* foret synnoema, quod peculiari ratione explicandum ad exhibendas relationum inversiones aliasque transformationes, ut Logicam ad calculos revocemus. +)

Concretiva ad terminativam reducitur ut *flavum dulce*, id est *flavum coexistens dulci*, seu *penetrans dulce*, sed haec terminativa rursus includit concretivam, ut *flavum coexistens*. Flavum autem dulce concipio, etsi non considerem accidentia extra se penetrare. Hic conceptus: *penetrans* est simul concretus, aptusque adeo ad compositionem concretivam, et respectivus seu aptus ad terminativam.

Compositio quae fit per qui, quae, quod minus recte relativa dicitur, potius dicenda est descriptiva concretiva. Huius compositionis exemplum singulare ob difficultatem elocutionis: ut *figura ordinata cuius laterum numero subdupla ordinata describi*

[4] *Am Rande*: NB.

18 f. compositionis. (*1*) Notio (*a*) terminans (*b*) r (*2*) (+ Distinguendae (*a*) certae (*b*) relationes *L*
20 *rerum D* (*1*) *Omnium E* (*2*) *Optimarum E L*

*potest* (Geometria communi)*, et ipsa describi potest*. Vid. tit. *syll*[*ogis*]*m*[*i*] *hyp*[*othetici*] *reduct*[*io*] *ad Categor*[*icum*].

In Notione concretiva composita, ut *corpus viride*, una partium (ut *corpus*) supponi, altera ut *viride*, concretive superimponi dicetur (+ non est opus eas discerni +) vel pars una dicetur receptiva, ut *triangulum*, pars altera receptitia, ut *aequilaterum.* (+ An illa dicetur receptitia seu inhaesiva, quae in naturali Enuntiatione praedicatum potius quam subjectum foret. +)

*Colorem* dicere *acrem*, *blandum* est concrete compositus conceptus inversim.

Notionis concretim compositae partes sunt similes ut *Mel* est *dulce-flavum-liquidum-tenax*, *saccarum* est *dulce album friabile*. Partes utcunque transponi possunt.

Imperfecta transpositio est quando non totum substratum fit superinductum ut *Recta est magnitudo unius dimensionis ita dividens suum quod continuat continuum, ut divulsae partes seu plagae undiquaque sint congruae.* Transponi potest sic: *Recta est magnitudo ita dividens suum quod continuat continuum, ut divulsae partes undiquaque sint congruae ipsa existens unius dimensionis.* Si sit duarum dimensionum, erit *planum*.

Satis quidem constat unam notionem aptius substerni alteram aptius superinduci, sed quaeritur an necessario. Quod non prius solvi potest quam ubi inventa erunt protonoemata, apparebit enim an quid vis cui vis substerni possit.

Non dico *corpus albedine praeditum* nulla est in mente terminativa compositio. Nam *praeditum albedine* idem est quod *album*, sed si quis secundum Hypothesin Aristotelicam statuat substantiam ab accidentibus esse diversam, is dicens *corpus sustinens albedinem*, terminativam facit compositionem, quia non recipit concretiva compositio realem distinctionem inter objectum substractae et superinductae notionis.

*Angulus Trianguli*, id est *inexistens Triangulo.*

Notio terminata dicatur notio respectiva, cui terminus appositus est, seu quae una cum Termino seu Terminativa notione coalescens Notionem Terminatitiam constituit. Terminativa notio est absoluta quae respectivae apponitur ut terminatitius conceptus inde proveniat. (+ Anne is etiam potest fieri ex duabus respectivis. Invenio responsionem ad hanc quaestionem statim sequi. +) Potest etiam respectiva notio

3 composita *erg. L* 10 *friabile*. (*1*) Hic (*2*) Partes *L* 14 sic: (*1*) *Ma* (*2*) *Recta L*

1 f. Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Pe. 3, letztes Bl.; vgl. auch Leibniz' Exzerpt aus den 90er Jahren LH IV 7C, Bl. 139–145. 22 ARISTOTELES, *Metaphysica*, III, 4, 1007 a 31–33.

terminari a respectiva notione sed tunc non oritur absoluta notio, et tamen est terminatitia notio, ut absoluta: *maxima inscriptarum Circulo.* Respectiva: *maxima inscriptarum*, utraque est terminatitia. Itaque per absolutam terminanda est si notionem absolutam constituere debet. (+ Esset hoc demonstrandum. +) Etiam connotativa notio tam per connotativam quam completam compleri potest, sed per connotativam completa, Notionem completitiam ut ita loquar non constituit, sed tantum per completam. *Completa* dicitur, *quae cum alia completa coalescere nequit*, haec definitio committit Circulum, et sequitur *rectum* et *curvum* esse notiones completas,[5] item *Ellipticum* et *Hyperbolicum*, *rectum* et *obliquum*, *acutum* et *obtusum*, *summe calidum* et *summe frigidum.*

Compositio Notionum destructiva apparenter est compositio concretiva, sed id quod concretim videtur substerni, revera ut terminans notio compositionis notionis compositae ingreditur, ut *quadratum applicatum rectae, quae triens sit lateris eius*, hoc est *rectangulum quadrangulum cuius unum latus sit triens quadrati cui rectangulum ipsum aequale est*. *Enuntiatio* (scil. *Mentalis*) *oratione prolata* hoc est *oratio, quae signum est orationis mentalis*. (+ Est figurata locutio. +) Videatur polysemia contractitia. Est autem notio destructione composita cum notio quae adjungitur destruit aliquam partem notionis eius quae contrahitur seu determinatior redditur, ut si dicas *homo mortuus*. Sensus autem est: *area quadrati applicati rectae* (+ vel *factum ex quadrato applicato rectae* seu *diviso per rectam* +). Sic cum dicitur *fumus est fuligo fluens fluida, fluxa, fuligo est fumus concretus. Ebulus est herbaceus sambucus* (hinc χαμαιάκτη dicitur) et *sambucus est arborescens Ebulus.*

Notio connotans, concretiva notionum compositio. Gregorius Ariminensis *in 1. sent.* dist. 3. qu. 4. art. 2. conclus. 4. conceptum connotativum cui respondet in voce iste terminus: *creativum* simplicem esse in se licet *aliquid significet, et aliquid aliud consignificet*. Concretiva notionum compositio fit per adjectivum (vel nominale vel participiale) et 2° per relativum. Notio absoluta restringitur concretive, respectiva etiam a termino suo.

Quod Arretinus non *unum* qualitativum conceptum ultimum esse putet, ex fol. 79. a intelligitur, ubi unum dicitur affectio.[6]

---

[5] *Am Rande*: ℜ
[6] *Am Rande*: NB.

24 4. (*1*) ait (*2*) conceptum *L*

---

23–26 Gregor von Rimini, *Super primo et secundo sententiarum*, Venedig 1522, Bl. 49 r°, Sp. 2, G-H. 29 f. F. Arretinus, *Expositio exactissima, atque absolutissima identitatum, et distinctionum (quas formalitates vocant) M. Antonii Sirecti*, Venedig 1606.

Potest quidem ex omni concreto vocabulo ut homonymia similitudo, aequalitas lineae *A* ad lineam *B.*[7]

Notiones absolutae relativae. Notio terminata confer *notio recurrens.* Notio absoluta *Ens sibi semper simile, atomus, stella* (+ ut fingunt +). Cui opponitur *Ens hodie accidentia habens diversa a pristinis suis* scilicet. *Figura lateribus inter se aequalibus terminata. Similis patri*, scil. *suo*. Notio absoluta est vel intrinsecus absoluta (nullum respectum includens) vel includens (intrinsecus) respectum vel reciproce respectiva.

Notionum terminativa compositio exprimitur vel per particulas, ut apud Hebraeos et Italos; vel per terminationes, idque vel in nomine quod regit, vel in eo quod regitur.[8]

*Aequilaterum sibi ipsi* notio absoluta: *alteri*, respectiva.

Conceptus inter se absoluti componuntur[9] 1) per copulativas, 2) per numeros, 3) per collectivas: *omnes plerique*, 4) per infinitum, 5) per Hypotheticas; vide *conceptum hypotheticum* (+ huc credo disjunctivus +). *Omnes planetae sunt septem. Infinita numero actu sunt incomprehensibilia. Infinitae partes lineae actu sunt simul indesignabiles. Ignis et Azoth sufficiunt. Tres Anguli trianguli, aequales sunt duobus rectis.*

Transitorii concreti, vel respectivi.

Contradictionis doctrina non potest recte explicari sine notionis respectivae doctrina, uti ex legibus contradicendi constat lib. *Sophist. Elench.* c. 26. § 1.

Conceptus relativus disparilis, qui aequipollet relativo parili, quaeritur an sit vere disparilis, respondeo quod sic, sed quaeritur amplius utrum relatio quae ei respondet sit disparilis respondeo quod non. *Figura A est transformabilis sectione in B*, *figura A et figura B habent omnes partes simul congruas*, quaeritur etiam an prior sit parilis, videtur

---

[7] *Am Rande*: ℜ
[8] ut apud Hebraeos
[9] *Am Rande*: aggregata

8 f. reciproce (*1*) absoluta (*2*) respectiva. (*a*) Notio terminata seu respectum i (*b*) Notionum *L*

---

3 Vgl. unten vor Fußnote 14. 13 f. Vgl. unten nach Fußnote 44. 20 f. ARISTOTELES, *De sophisticis elenchis*, 26, 181 a 1–14.

quod sic: Nam si *A* est transformabilis in *B*, etiam *B* est transformabilis in *A*. Itaque si *A* est aequalis ipsi *B* etiam *B* est aequalis ipsi *A*. Si ignis potest generari ex aëre, etiam aër ex igni potest, si ex pane generari potest sanguis proxime, etiam panis proxime ex sanguine.[10]

NOTIONES RELATIVAE UT RESOLVANTUR. *Accipere* dicitur *qui assentitur alteri, ut sit suum quod fuit illius. Dare qui consentientem habet alterum, ut sit illius quod fuit suum. Offerre* dicitur *qui declarat se velle ut sit alterius quod fuit suum. Tradere* dicitur is *cuius fuit aliquid quod jam fit alterius. Accipere* is *cuius jam fit res quae fuit alterius*.

Notiones relativae tunc contrariae sunt cum iisdem constant conceptibus, sed contrario ordine. *Maius* est *cuius pars congruit alteri toti. Minus* est *quod totum congruit parti alterius*. Sic *donare* dicitur *cuius res sine ulla conditione fit alterius*, seu *ita ut nihil vicissim tradatur. Gratis-accipere cuius res ita fit, quae fuit alterius*. Si ita definias: *Tradere* dicitur *qui facit ut sit alterius quod fuit suum*, *Accipere qui facit ut sit suum quod fuit alterius*, conceptus non erunt inversi seu relative contrarii. Sit tradens *A* accipiens *B*[,] in priori *A* dicitur facere, in posteriori *B*, itaque notiones non iisdem conflantur ex conceptibus. *Superius* est *cuius distantia a centro major est*, seu *cuius distantiae a centro pars congruit toti distantiae a centro alterius. Inferius cuius distantia a centro tota congruit parti distantiae a centro alterius*. Opposita etiam aliquo modo sunt *Tradens* et *accipiens*, nam qui rem aliquam tradit, eam non accipit. Sed alio modo opponuntur *tradens* et *Adimens* seu *auferens qui facit alterius quod hactenus fuit suum* vel contra, vel *Tradens qui facit ut sit alterius quod eius non fuit*, *Adimens qui facit ut non sit alterius quod eius fuit*. Nam qui tradit non necessario suam rem tradit. Et qui aufert non necessario sibi seu suo commodo aufert. (+ Pro *facere suum* vel *alterius* substituendum *facere ut in sua* vel *alterius potestate quid sit.* +) Alia resolutio: *Tradens qui rem in sua possessione vel potestate constitutam constituit in alterius potestate*, *Auferens qui rem in alterius potestate constitutam facit ut sit in sua potestate* (+ vel potius *ut non sit amplius in eius potestate*. Qui rem facit, [ut] in alicuius potestate [sit], quae non est in sua videtur procurare +). Aliter et prolixius *Tradens qui rem hactenus*

[10] *Am Rande*: A[mplior] M[editatio].

16 notiones *erg. L* 21 *facit* (*1*) *ut* (*2*) *alterius L* 24 f. *alterius* (*1*) substitui *in sua* vel *alterius* (*2*) substituendum *L* 28 *potestate*. (*1*) Aliud videtur *procurans* aliud *tradens*; aliud (*2*) Qui *L* 29 est *L ändert Hrsg.*

*in sua potestate constitutam facit ut non sit amplius in sua potestate, et rem non constitutam in alterius potestate facit in alterius potestate constitutam. Accipiens* contra.

RELATIVORUM CONCEPTUUM IMPLICATIO, hoc varie fit in aliqua Enuntiatione, ut saepe difficulter sine ambiguitate per universalem enuntiandi tropum, sententia exprimatur, et majori ex parte necesse fit enuntiationem Actualiter universalem enuntiandi modo Ecthetico explicare, vid. tit. *Enuntiatio Ecthetica*. Ἀμφότερον ἀμφοτέρῳ, ἑκάτερον ἑκατέρῳ quomodo[11] differant ex Proclo *com. in* prop. 7. *lib. 1. Euclidis* colligitur, quem locum Barocius ita vertit, *quid enim mirum utrasque utrisque aequales sumsisse eum qui alteram quidem earum quae constituuntur protrahit, alteram contrahit. Verum alteram alteri*, inquit, *impossibile est.* Clavius minus latine aut proprie loquitur, dum ἑκάτερον vertit *utrumque.* Rectius Barocius sed nec ille sine ambiguitate. Forsan posset *amphoteron* verti *ambas* etc. Observentur similia exempla ipsius ἑκάτερον Gal. lib. 1. *comp. med. per gen.* c. 7. Et Arist. 6. *Eth.* ἀρετὰς δὲ οὔσας ἑκατέρας ἑκατέρου μορίου. *Amphoteroi* significat *ambo* conjunctim sumta ideo semper an fere semper in plurali.

Notio recurrens vide resolutionem literarum Geometricarum id est protonoematum Geometricorum.

Conceptus recurrens fit concretive ut *omnis numerus minimus minor est omni numero, qui non est minimus.* (+ Videtur definitum ingredi definitionem sed videtur tantum. +)

*Tangens major est omni recta, ex eodem puncto ab eadem perpendiculi parte, in eandem peripheriam terminata quae non sit ipsa*, quod usitatius ita pronuntiatur, *major est omni alia* (+ *ex eodem puncto ad peripheriam pertingente* +). Si dicas: *sol major est omni planeta qui non est sol*, non est recurrentia, quia sol est singulare quid. Sic *Paulus est doctior omni Apostolo qui non est Paulus.*[12]

---

[11] *Am Rande*: 𝔑

[12] *Am Rande*: 𝔑

9 colligitur (*1*) quod (*2*) quem *L* 16 semper (*1*) et (*2*) | an *erg.* | *L* 17 Geometricarum *erg. L*

---

7 nicht aufgefunden. 9–11 PROCLUS, *In primum Euclidis Elementorum librum commentariorum libri IV*, lat. Übers. v. Fr. Barozzi, Padua 1560. 11 f. EUKLID, *Elementorum libri XV*, hrsg. v. Chr. Clavius, 4. Ausg. Frankfurt 1607, lib. I, theor. 4, prop. 7. 14 GALEN, *De compositione medicamentorum secundum genera libri VII*, I, 7 (Kühn XIII, S. 401–404, bes. S. 402). 14 f. Vgl. ARISTOTELES, *Ethica ad Nicomachum*, VI, 13, 1144 a 2. 17 f. nicht aufgefunden.

Conceptus reflexus seu Notio reflexa (non reflexiva tamen, cum intellectus reflectitur supra suam actionem), ut 1) *linea quae continue proportionalis est suis segmentis.* 2) *Numerus qui aequalis omnibus suis partibus aliquotis.* 3) *Inscripta quae major est omni coinscripta sibi inaequali*, seu *quae eidem inaequalis est.* Hic duplex est reflexio proxima. 4) *Inscripta quae major est omni coinscripta, quae minor est aliqua coinscripta*, scilicet *eidem non sibi.* Est conceptus absolutive compositus ubi terminus respicit fundamentum vel proximum, ut in tribus, vel remotum. In quarto exemplo fundamentum et a proximo et a remoto termino respicitur. Itidem Enuntiatio reflexa est *omnis figura circumscripta major est sibi inscripta, vel sua inscripta.* Nam si aliter intelliges, Absurdum orietur. *AB* est diameter. Ergo est major omni coinscripta quae minor sit aliqua coinscripta scilicet quam *CD* quae coinscripta est ipsi *AB* et minor est quam *CE* quae coinscripta est ipsi *CD*, quod est absurdum. Sit ergo maxima inscripta *A*, et sit major quam *B*, quae est coinscripta ipsi *A* (terminus *B* terminans relationem Majoritatis *A*, fundat respectum qui terminatur ad *A*) et quae est minor *C* aliqua, coinscripta eidem *A* (terminus *B* fundat respectum qui terminatur ad *C* quod *C* rursus fundat respectum qui terminatur ad *A*).

Conceptus recurrens vel revolutus. Si *A* respicit *B*, et *B* respicit *C*, *A* est remotum fundamentum respectu *C*, et *C* remotus terminus respectu *A*, quod si jam *B* respiciat *A* est recurrentia proxima, sin *C* respiciat *A* est remota; quod si utrumque fiat utraque recurrentia Enuntiationi inest ut in quarto exemplo. (+ Excogitandus[13] est modus, ut possimus semper facile exempla excogitare generalium huiusmodi, tam in notionibus et Enuntiationibus quam Dianoeis. Ita certa est ars in syllogisticis qua possumus facile reperire instantias. +)

Quaeritur an conceptus sequentes sint recurrentes 1) *intelligens se ipsum*, 2) *amans seipsum*, *magni se aestimans*; 3) *vulnerans seipsum*, 4) *dissimilis sibi ipsi* senex scilicet juveni, 5) *movens seipsum.* Et an hic terminus referatur ad fundamentum an potius fundamentum referatur ad seipsum. Respondeo prius est verum, ut patet si resolvantur singuli conceptus, 1) *formans conceptum similem sibi*, 2) *ex conceptu sibi simili amanter affici solens*, 3) *parte vulnerans partem*, 4) *praeditus aliquo eorum* (sive parte sive accidente) *quibus antea* [*erat*] *praeditus, et aliquo eorum non praeditus.*

---

[13] *Schräge Anstreichung von* (+ Excogitandus *bis* instantias +)

22 Dianoeis (*1*) +) (*2*) Ita *L* 25 *seipsum,* | seu *gestr.* | *magni L* 30 erit *L ändert Hrsg.*

5) *Movens seipsum* si datur, est: *quod movetur nemine movente*, quod si ita resolveretur, *quod causa est sui motus*, hoc est *quod si coexistat aliis minus praestantibus incipit moveri.* Si fundamentum respiceret seipsum non esset realis respectus. Enuntiatio tamen esset vera, interque recurrentes numeranda. Conceptus recurrentes etiam sunt hi: *polygonum ordinatum*, *parallelogrammum*, *isosceles*, *scalenum*, *circulus*, *lineamen.* Nota in hoc conceptu *figura multaequilatera* esse multiplicem recurrentiam. Nam primo repetantur recurrentiae quae sunt in conceptu *figurae*, deinde illud: *aequilaterum* ita resolvatur: *habens latus quodlibet suum aequale cuilibet suo lateri quod quidem ab isto diversum sit* seu brevius *habens quodlibet latus cuilibet caeterorum suorum laterum aequale* (nam nisi accedat respectus alietatis idem diceretur *aequale sibi ipsi* (+ nihil in eo absurdum +) nec potest ad unam recurrentiam revocari hoc pacto. *Habens latus quodlibet aequale suo collateri*: quia potest *AB* latus pentagoni *ABCDE* esse inaequale lateribus pentagoni, et tamen aequale collateribus in quadrato *AC.* Quod si intelligas *collateri in eo quod proponitur polygono*, eo ipso duplicem respectum agnoscis. Omnis recta omni rectae (scil. praeter seipsam) applicabilis est, itaque etiam implicatur respectus alietatis[)].

Notio relativa terminata recurrenter seu circulariter, ut *qui major est quam erat antea*, vel *minor*, *linea quae continuata seipsam secat*, *quae continuata sibi ipsi coincidit.*

NOTIO MULTIJUGA CONJUGATA. Notio multijuga relatione immediata *quae isoperimetra sunt*, *quorum unum alteri isoperimetrum est*, *quae ubique se aequalia sunt*, *quorum unum alteri aequale est.* Relatione mediata, *quae eidem aequalia sunt*, *quorum unum aequale est alicui cui et alterum aequale est.*

Notio[14] multijuga notioni recurrenti non aequipollet, attamen substitui potest una pro altera in Enuntiatione, ut *quae ejusdem circuli diametri sunt, aequales sunt. Quaelibet diameter circuli aequatur cuilibet ejusdem circuli diametro.* *Conchoidas* possit dicere *quae ejusdem circuli subtensae sunt.* *Condimensores* possunt sum[i] vel pro *ejusdem numeri mensoribus*, ut ipsius 12 condimensores sunt 2, 3, 4, 6, strictius pro *oppositis condimensoribus*, ut 2 et 6 item 3 et 4 quasi dicas *contradimensores*, *antimetretas*, prior notio est multijuga posterior bijuga.

---

[14] *Schräge Anstreichung von* Notio *bis* Enuntiatione,

28 sumeri *L ändert Hrsg.*

Notio bijuga dissimilaris. Talis est: *Respectus duo inter se continui sunt, quorum unus fundatur in termino alterius*. Ut si *A* sit superius ipso *B* et *B* superius ipso *C*. (+ Quidam respectus possunt continuari quidam non, ut respectus inter creaturam et creatorem continuari non potest, nam nec creatura creare, nec creator creari potest. Quidam respectus ab una parte potest continuari, ut primus motor movet sed non movetur; secundus motor movetur et movet, ultimus motor nullus datur. +)

*Figurae inter se ascriptae* dicuntur *quarum una ascripta est alteri*, sive *quarum haec illi inscripta, et illa huic circumscripta*. Potest aliquid veri enuntiari de tali notione, ut *figurae inter se ascriptae inaequales sunt.* Oriuntur notiones bijugae-ex-notionibus-disjunctis, ut *ascripta figura est quae vel inscripta vel circumscripta est*, non-disjuncta utrisque communis dari nequit. (𝔑) Sed notio bijuga dissimilaris: *Inaequales inter se magnitudines quarum una alteri inaequale est, quod vel majus vel minus est.* Toleranda est autem disjuncta notio, quia et copulata negata toleratur ut *aequale quod nec majus nec minus est*, sive *aequale quod applicabile et tamen nec majus nec minus.*[15]

NOTIO COMPARATIVA. Illimitata sive vaga comparativa. Notio illimitata demonstrationis nec principium nec conclusio est, hoc est a scientia prorsus exulat, ut si dicam *arbor latifolia est fluxifolia* ponamus latitudinem foliorum quicquam hic conferre, nam virtus per latitudinem folii dispersa minus resistit quam in folio angustiori. Si ita intelligatur *quo magis est latifolia eo celerius ac facilius folia abjicit*, sive id fiat aestate exeunte sive autumno, sive hyeme sive vere, sive tertio demum anno. Sed hoc dici non potest, quia perennifoliae sunt etiam quae latifoliae sunt, ut ilex, aquifolia, laurus, laurocerasus, citrus. Igitur potius ita demonstrarem *quo folium est magis crassum, densum, pingue et viscosum sive tenax eo diutius haeret in arbore*, folium amygdalae diutius haeret quam mori, et tamen utrumque ante hyemem defluit. Suberis folium hyeme

[15] *Am Rande*: Aliud exemplum Notionis dissimilariter bijugae: *Conjugatae* seu *correlatae cochleae* dicantur *quarum altera contingit*, seu *quarum altera alteri ut cavum solido vel solidum cavo congruit*. Cavum autem solidum convexo solido congruere dicitur si cavi superficies cava congruat convexae convexi.

1 Talis est: *erg. L* 5 ut (*1*) creatura (*2*) creator agit in creaturam, creatura in aliam (*3*) primus *L* 11 Sed . . . dissimilaris *erg. L* 13 disjuncta notio *erg. L* 21 f. anno. (*1*) At (*2*) Sed . . . quia *L*

16–S. 1224.19 Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 36 Bl. 58–61 (geschrieben wohl von Johann Adolph Tassius).

perdurat vere defluit. Cypressi et abietis hyemem unam vel alteram, vel plures etiam perdurat. Quod si illimitate intelligas subjectum, et de eo praedicatum absolutum (*defluit, non defluit*) enunties, hoc est si absolutum praedicatum (v.g. *primo autumno decidere*) enunties de subjecto comparativo quasi absoluto, Enuntiationem efficies ἀσύστατον, sub qua nihil certi subsumere potes. Quod si dicas *omnis arbor quae lauro magis latifolia est autumno primo folia abjicit*, jam certi quid sub subjecto subsumere potes. Alioqui res nullum sensum habet, si certe omne folium ideo strictum est, quia sit aliquantum latum. Vid. tit. *Enuntiatio comparativa.*

Notio comparativa. *Transmutatio substantialis cum major pars accidentium corporis mutati perit, pleraque accidentia.* Illimitata foret si dicerem: *magna pars, major* intelligitur scilicet *dimidia*. Sic *obtusum* definiendum *quod majus recto*, *acutum quod minus*, *obtusius quod magis majus est recto*, seu cum excessus major. Qui Alpes non vidit Thuringiae aut Hassiae montes magnos putat. Notiones ejusmodi extra scientias admittuntur quidem, attamen vix ab intellectu formantur absque ulla determinatione. Sed alia saepe determinatio in intellectu tradente alia in recipiente (+ seu diversae sunt hominum notiones +) ut in illa Virgiliana Ecloga: *urbem quam dicunt Romam Meliboee putavi stultus ego huic nostrae similem. Sic vitulos haedos* etc. Si *minor circulus* dicatur *qui est minor aliquo circulo ejusdem sphaerae* notio est absoluta, et de eo enuntiari potest qui secat sphaeram inaequaliter.

Est et notio comparativa in negationem desinens. *Omne quadrangulum est simplicius omni quinquangulo*; simplicius autem est hoc loco quod in pauciora Triangula resolvitur. *Omne triangulum simplicius est quavis figura rectilinea*, item *est figura simplicissima*, scil. quae non in pauciora resolvitur, sed in nulla. (+ Hoc referendum ad comprehensiones destructivas. +)

Notio comparatitia recta ut *majus minus*, obliqua ut *oppositum majori, adjacens minori*, sed et recta comparativa notio resolvitur in respectivam obliquam, ut *minus* est *quod aequatur parti alterius. Oppositum majori*, *quod opponitur excedenti alterum*, at respectiva recta est, *pars alicuius*, *totum alicuius*, *congruum*, *commune.* Tò *aequale* resolvitur in *id quod nec maius nec minus est.*

18 est (*1*) determinata (*2*) absoluta *L* 27 *parti* (*1*) *majori* (*2*) *alterius L*

7 f. J. JUNGIUS, *Nachlaß* Wo. 36 Bl. 60; Nam alias subiectum vel nullum sensum habet, vel hunc, quod omne folium latum defluat. Jam nullum folium adeo est strictum, quin sit aliquantum latum. 8 tit.: nicht aufgefunden. 16 f. VERGIL, *Eclogae*, I, 19–22: . . . *sic canibus catulos similes, sic matribus haedos* . . . – J. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 36 Bl. 61: . . . *Sic vitulos haedos* etc.

Superlativa est species comparativae. Negativa definitio superlativorum non explet superlativae appellationis significationem, nam nisi per accidens non reciprocatur talis notio cum notione positive superlativa. Nam reciprocantur quidem hae notiones: *inscripta qua nulla coinscripta major est in eodem circulo*, *inscripta major omnibus coinscriptis sibi non aequalibus.* At harum prior superflua et inepta est, posterior impossibilis: *diameter qua nulla ejusdem circuli diameter major est*; *diameter quae omnibus ejusdem circuli diametris sibi non aequalibus major est.* Nam intellectui repugnat, *diametrorum maxima.* Ergo per accidens superlativa notio per negativam notionem definitur.

Notiones comparativae. *Leve est quod in pluribus liquidis ascendit*, *grave quod in pluribus descendit.* Absolutae: *leve quod in aliquo liquido sua vi ascendit*, *grave quod in aliquo liquido sua vi descendit.* At ex Hypothesi nostra gravius est quod majorem vim habet descendendi, leve quod minorem. Omnis notio comparativa mutatur in absolutam vel detrahendo vel addendo ut si a *magis grave* detrahas *magis*, si ad *majus* addas *omnibus*, ut fiat *maximum.* Notio comparativa illimitata dicitur quae comparativa est, nec terminatur, nam quando terminatur fit absoluta. *Magnum quod multis majus*, *velox quod multis velocius* (+ sed comparativa rursus supponit positivam +). *Equi Numidici* proba seu nota est, si consequi [tantum] possit quod est animal bovi simile. *Leve* et *grave* optime fient respectivi conceptus, ut *leve* sit *levius aqua*, *grave gravius aëre*. Omnis comparativa est respectiva non contra. Notio comparativa si addatur saltem notio transcendens ut terminans non est amplius comparativa sed absoluta, aequipollent: *Omnis linea major est aliqua linea*, et *nulla linea est omnium minima. Multitudo minor omni multitudine est binarius.* Comparativa notio etiam terminatur notione mensurali, verum quia conceptus mensurales incerti omnes sunt et ipse incertus est atque in scientiis non admittendus, ut si *fluvium* definias *aquam perennem fluentem majorem quam ut ab homine saltu transmitti queat*, *Montem extuberantiam terrae majorem tot passuum altitudine*, vel *quae major quam ut tot horis adiri queat*. Notio comparativa si nihil addatur quo terminetur (qualis fere oratione positiva efferri solet) ut *Mons* est *praetuberantia terrae magna*, *tumulus collis parva*, *Arbor* est *planta magna*, hanc dico comparativam illimitatam, potest enim aliqua dari terrae protuberantia de qua dubitem mons sit an collis. De notione comparativa illimitata alia notio absoluta et limitata universaliter enuntiari nequit, v.g. in hunc canonem peccat, qui dicit *quod difficulter reducibile est in pristinum statum substantialiter mutatum est, seu formam substantialem*

14 vel (*1*) comp (*2*) detrahendo *L* 14 addendo (*1*) ut *majus omnibus* ⟨ – ⟩ id est *ma* (*2*) ut d (*3*) ut *L* 17 sed | ita *gestr.* | comparativa *L* 18 tantam *L ändert Hrsg.* 29 *collis erg. L*

*veterem permutavit.* Comparativa de comparativa recte enuntiatur, ut *major vis idem pondus celerius movet.* Si notio comparativa terminetur notionibus quae ips[ae] per respectus sint complicatae (ut *latus Trianguli, quod plus potest quam duo reliqua simul obtenditur angulo obtuso*) dat bonam et utilem enuntiationem atque demonstrabilem.

### De Notionibus distinctis et confusis

Non omnibus notionum confusio oritur ab aequivocatione.

Scotus *1.* d. 3. q. 2 ad q. 2. putat ad distinctum conceptum opus esse ut concipiantur omnia quae in ratione essentiali includuntur; et ut Ens in aliis omnibus concipiatur, sed hoc non est necesse, nam *ruboris* notio abstracta non est necessaria ad notionem *ruboris.* Illiterati habent notionem confusam vocis articulatae, nam syllabas in literas resolvere nequeunt (+ praesertim si literae per se efferri non possint +). Viriditas confuse concipitur cum non distinguitur in *gelbgrün* et *blaugrün.* Notio confusa cum discernimus interiorem superficiem texturae sinuosae ab exteriore, nondum distincte cognito modo insertionis filorum, si describere alicui herbam possim ut internoscat, habeo notionem distinctam eius.

Non omnis generalior notio est confusior, sed tum demum, si homonymia sit involuta.

Metaphysici hactenus ignorarunt subjectum Geometriae esse Ens per accidens.

Notio comprehensiva per separabilem abstracta.

Notio confusa sumitur 1° pro imperfecta, incompleta, ut cum Genus alicuius agnosco, ut triangulum ignorans an sit aequicrurum; 2° inordinata, ut cum definitivae notionis partes inordinate ponuntur; 3° proprie in qua partes sunt incertae indiscretae, 4° cum conjunguntur quae inutilem notionem faciunt quemadmodum syllogismus vitiosus est, cum conjunguntur propositiones unde nihil sequitur, 5° pleonastica ut *trilaterum Triangulum.*

Notio confusa et distincta optime declarabitur exemplo sessionis et surrectionis ubi simul motus omnes qui in surrectione occurrunt considerantur, 1° inclinatio trunci, 2° retractio tibiarum, 3° pondus pectoris retrahit femur a tibia manente pectore inclinato.

Notio confusa est vel extrinsecus, h. e. cum alia notione, ut cum confunditur *raritas interna* cum *externa*; vel intrinsecus quae ex diversis confusi⟨m⟩ est

2 ipsi *L ändert Hrsg.* 8 essentiali *erg. L* 9 nam (*1*) colorem (*2*) ruborem concipio (*3*) *ruboris L*

7 f. Vgl. Johannes Duns Scotus, a.a.O., dist. 3, qu. 2, n. 24 (Bd 5, S. 410 f.).

composita, talis confusio non videtur dari in notionibus sed tantum ea qua homonyma ut synonyma accipiuntur. Notio frigoris non est confusa proprie sed aliena, non enim frigus ipsum hoc est qualitatem illam percipimus sed contractionem quandam aut compressionem particularum corporis nostri. Magnum frigus quasi ustionis sensum affert, ita alius est sensus *wenn einem die Haar killen*, item sensus pruritus. Ita confuse discernimus notionem sinuosam a recta. Notio *viriditatis* non est confusa sed obscura et imperfecta, quia ut simplex a nobis apprehenditur, cum sit composita ex *caerulei* et *lutei* notionibus. Ita confuse videmus eminus figuram corporis cum latent asperitates et scrobiculae etc. Et haec improprie dicta confusio est.

Notio confusa est cum totum aliquod non in omnes partes distinctum apprehendimus, ut distinctius comprehendimus animal si omnes eius partes consideramus, ut ungula solida an bifida, crines prolixi an curti, cauda longa an brevis, pedes an unguibus praediti. Accuratius notionum confusionem considerat Apodicticus: notio confusa rudis, talis est notio *saporis lixivii fagini* (qua gustando lixivium etiamsi non videamus agnoscimus et dignoscimus ab aliis liquoribus antequam resolvamus eandem in *lubricum* seu *ructuosum* (quod ad tactum pertinet) et *amarum* quod ad fauces, et *foetorem levem* nares ferientem[)]. Confusa sensio est quam vocamus *beyschmack*, ut cepa allia, ibi gustus odori est mixtus. *Ein ⟨–⟩ende gräz, so merckt man wie einen Staab im Halse.* An confusa turba distincte potest concipi? Confusum quod absque ordine.

Notionum vitia inutilis, titularis, male ordinata.

Ob vicinitatem, *implectere flechten texere*; *intricare verwirren*, *implicare bäugen*, *plica valte*, fere *implicare* dicunt Latini pro *implectere* quia brachio et digitis plicamus, id est flectimus hoc est in angulum figuramus. Intricatio est quasi excessus implexionis, *bendel machen ist ein weben*, *texere* et *plectere* differunt quia texere fit compendio quodam, plectere *ist wie ⟨schnühr⟩ machen und Knüppelen.* Plica polonica rectius trica dicetur.

Cognitionem quae confusae opponitur malim discretam dicere, quia distinctum opponitur ambiguo, et ambiguitas seu indistinctio non per se, competit cognitio[ni], sed quatenus signata est seu oratione expressa.

Nomina ambigua plerumque non tam inopia dictionum aut taedio onomathetisandi, sed quod censerent res aliquas falso notionem aliquam communem habere. Videtur id vel solis exemplis sophismatum evinci posse.

29 seu indistinctio *erg. L*

Diversitas ut differentia est realis modalis rationis.

Notionum confusio a sensus observatione imperfecta. *Wenn man das innerste Harte so in den* DATTELN *ist erst ansichtig wird, meinet man es sey ein stein wie die pflaumen- oder Kirschensteine, denn es ist harter, wenn man es aber durchschlegt mit einem Hammer und Meßer, so siehet man daß die schahl gar dünn und brüchig, aber das marck oder der Kern gar fest und hart ist, daß also dieser ganze Kern oder saamen sein harte von dem marck und nicht von der schahlen hat. Darumb hat man es dem ersten anschauen nach einen stein, oder* os *genennet, hernach nennet man es billig einen Kern.* Ita ficum putamus esse fructum, et cappares fructus multi putant.

*Viel leute kan man kennen, und doch andern ihr gesichte nicht beschreiben, ein mahler kans abconterfeyen, bestehet mehrentheils in der proporz und figur der glieder und ordnung, sattigkeit, bleichheit, liebligkeit und strenge der farben. Ein mahler kan eine sach abwesend nicht wohl abconterfeyen, er habe es denn schohn oft gemacht.*

Conceptus sensualis picturalis, pictorius quem intellectus sponte sua statim concipit quamprimum res sensibus offertur, ut deinceps discernere possim ut si saccarum gustus est. Talis notio rudis tumultuaria, qua notum nobis cognoscimus etiam satis mutatum multo annorum lapsu.

*Florem* confuse sumimus pro planta ipsa pulchriflora seu ob florem aestimata; aestimatur in flore color, magnitudo vel quasi magnitudo, ut multi parvi in unam spicam compositi grandem, figura rara, ut si tria folia; artificiosa, insolitum florendi tempus, ut helleborus in floriferis hortis colitur, quia circa hiemem floret, diuturnitas florendi, ut quae per totum ver aestatem et autumnum florent (hae tamen non omnes aestimantur ut ⟨senecio⟩). Odor non aestimatur quia flori cum tota planta communis est. *Floris* conceptus secundum hanc aestimationem non est scientialis. Flos juglandis subviridis nuculis novellis inhaerens tam est flos quam [nu]x. Item ficus flores, nec enim ideo non est flos, quia tectus, nam et allii et palmae flores tecti, nec ideo quia edulis est, nam et cappares sunt edules.

Conceptus sunt vulgares. Flores tulipae aestimantur, quia magna varietas in eadem specie. Mirabilis geraniae, quia in eadem stirpe.

1 realis (*1*) distinct (*2*) modalis *L* 12 *mahler* (*1*) *mus eine sach zum abconterfeyen oft ansehen* (*2*) *kan L* 16 tumultuaria, (*1*) ut no (*2*) qua *L* 20 figura (*1*) insoli (*2*) rara *L*

24 f. Flos . . . flores: vgl. J. JUNGIUS, *Isagoge phytoscopica*, hrsg. v. J. Vagetius, Hamburg 1678, cap. XIII: 1. *Flos* est pars plantae Tenerior, Colore, vel Figura, vel Utroque Insignis, rudimento Fructus Cohaerens. . . . 4. Definitioni huic videtur obstare Frumentum Turcicum, . . . Obstat et Juglans, . . .



Conceptus brutus seu rudior paulatim alio permutatur, ut texturae genus quod est in Tibialibus sensilitate et situ filorum spicato (ut ab architectis appellationem mutuer) distinguitur et inde distinctius ex certo ordine et modo applicationis filorum.

Notio rudis seu praecursoria dedit philosophis occasionem tractandi quaestionem *quid est.* Qui sphaeram prius ruditer conceperat, postea de invento conceptu destructo dicere potest *ego id nominis tribuo meo huic conceptui* quia quam proxime accedit ad illum rudem. Si quis herbam conceptu rudi cognoscat, non potest quaerere quid sit haec herba, sed 1) quo nomine a probatis Botanicis appelletur, 2) ad quod genus herbae proxime accedat, 3) Ecquas alias habeat proprietates quam ipse in ea observavit.

Notio quae ante venit notionem reciprocam, primam seu substantialem, ea aut rudis seu bruta sit oportet, et phantasia potius quam notio (seu notio sine ulla reflexione apprehensa, quae ita tota apprehenditur, quasi simplex foret, et non potius resolubilis in conceptus simpliciores), vel reciprocarum non prima, de neutra debet enuntiari definitiva notio, sed potius definitiva notio prius poni et appellatione ista signari quae tributa fuit, vel brutae, vel non primae; si quae brutae addi potest ratio appellationis, quod nempe majori ex parte eventum sit, ut ad ista id appellatum sit eo nomine quo philosophus, ut quod non sit alia notio, quae toties, ut ita dicam concursura sit cum definita sua notione quam haec definitiva jam signata sua appellatione.

Notio praecisa quae ita exacte attingit veritatem ut propius non possit; Platica quae cum latitudine quadam accedat, ut propius accedi possit. Haec distinctio ad Engisticam pertinet non ad Dogmaticam. Quem alii (+ scholastici +) dicunt praecisum conceptum, eum nos suspensum dicimus, oppositum distributum.

In Rami Theoremate *Triangulorum isoperimetrorum ordinatius est maius*; conceptus est confusus. Si ordinatius quod latera habet inter se aequaliora sequeretur isosceles quovis isoperimetro scaleno esse maius quod falsum. Sin scalenum cuius latera minoribus differentiis distent maius sit isoscele, eius latera majoribus distarent, tamen casus erunt in quibus dubitatur utrum sit ordinatius. Si velis: Triangulorum isoperimetrorum quorum eaedem laterum differentiae id maius est cuius majora latera aequaliora sunt, sed ita falsum est *Triangula aeque ordinata isoperimetra aequalia esse* quod est praeter

31–S. 1230.1 est (*1*) propter ⟨ra⟩ (*2*) praeter morem *L*

1–4 texturae . . . filorum: vgl. J. JUNGIUS, *Texturae contemplatio*, in M. FOGEL, *Nachlaß*, Ms. XLII 1923, und Leibniz' Exzerpt LH XXXVIII, Bl. 29 v°. 24 Vgl. P. RAMUS, *Arithmeticae libri duo: Geometriae septem et viginti*, hrsg. v. L. Schoner, Frankfurt 1599, Geometriae lib. IV, 11, S. 24; lib. XIX, 2, 6, S. 133 f.

morem eum rationum comparativarum. Nam sequela haec forma esse solet, *Ordinatius est maius. Ergo aeque ordinatum est aequale.* Aristotelis rudis et confusa tractatio praecedit distinctam l. 1. *Gen. corr.* t. 32.



Confusio Conceptuum. *Strumpfbandel binden mit 3 falten ohn die zwey zipfel gibt ein schohn exempel* confusae cognitionis et distinctae, item operationis ex confusa memoria et ex distincta. *Wenn dies der* scopus *ist daß zwey falten oben und eine samt den zipfeln unten kommen sollen*, vulgo *wird es leichtlich* tentando secundum granditatem rectarum *gefunden, und also* confuse *behalten und gewohnt, wie ein knabe die lettern im munde formiren lernet. Wenn ers nun* distincte *wuste kondte er einem sagen, was nach seiner hand das langste seyn mus, und denn wie eine schürz oder schlinge und mit was ordnung über einander gehn. Diese andre* confusio *ist in allen schürzen, die auch von 4 oder 2 falten seyn.*

Quid arbor quid herba, confuse simul omnes respondent ficum esse arborem, thymum esse herbam, sed si ad rutam, rosmarinum, malvam arborescentem provenias, haerebunt. Notiones scilicet sunt indeterminatae, ex magno, perenni, multorum annorum, sed magis et minus non variant speciem. Addi insufficiens inductio et observatio negligens quoad diversa agentia et coagentia, ut loci, terrae, aëris, culturae, quae variare possunt plantam, item quaedam species rarae et nobis ignotae ut Pithaia et Thuna, Euphorbus spinax.

Interior superficies tibialium insutilium prominentes filorum particulas in quincuncem dispositas habet, exterior spicatim sitas.

Confusa praecedit distinctam quoties ipsi nos docemus et scientias distinctioribus notionibus illustramus. Prout scilicet crescunt observationes singulorum crescit resolutio conceptuum. Si perveniri aliquando posset ad simpliciter primas notiones non perficerentur amplius scientiae quoad notionum distinctitatem. Quaeritur an praeceptor debeat initio discipulo notiones proponere confusius quam postea: sane pictores rudi prius penicillo adumbrant, purpura pingendi panni prius, aliis coloribus imbuuntur. Respondeo pictor ibi inventive, seu problematice agit, sed sigillum non ruditer sculptum,

13 *allen* (*1*) *falten* (*2*) *schürzen* *L* 16 ex (*1*) magnitudine et tempo (*2*) magno *L* 17 sed (*1*) haec (*2*) magis et minus *L*

2 f. ARISTOTELES, *De generatione et corruptione*, I, 5, 320 b 34 – 321 a 9. 21 f. Interior . . . sitas: vgl. J. JUNGIUS, *Texturae contemplatio*, in M. FOGEL, *Nachlaß*, Ms. XLII 1923, und Leibniz' Exzerpt LH XXXVIII, Bl. 29 v°.

sed exacte imprimatur. Ita et notiones animo discipuli imprimendae praesertim cum eadem facilitate imo majore exprimantur notiones distinctae. Non tamen opus est ut aeque subtiliter et diffuse omnes notiones discipulo proponantur ut notiones *anguli curvilinei* sed in plano delinendus, nec opus est a generalissimis incipere alioqui prius de Ente esset dicendum.

Confuse cognoscit intellectus cognationem inter *L* et *R*, unde dum scribimus vocabula in quibus abundant saepe permutantur. Sic confuse cognoscimus vicinitatem inter luteum et rubrum. Conceptus sua natura confusus, inutilis, fictitius, impossibilis, potest apparere cuidam distinctius et legitimus. Dispiciendum[16] utrum omnis confusio Conceptuum et opiniositas Enuntiationum existat ex imperfectione sermonis, an vero etiam abstrahendo a linguae vitio possit conceptus in Conceptibus et Enuntiationibus aberrare.[17] Cum in Conceptibus nihil sit nisi 1° Literae, hoc est insolubiles conceptus, sive ex sensuali, sive ex mentali observatione, 2° Praecisio ut si a substantia aut accidente abstraham Ens, a pedali longitudine longitudinem, 3° Compositio concretiva aut respectiva, 4° Ordo compositorum, 5° Ordo forsan etiam aliquis praecisionum, quod tamen ampliori Meditatione inquirendum, 6° Reflexio, ideo confusio conceptuum non videtur nisi ab ordine vel reflexione provenire posse, quia in caeteris nihil peccare posse videtur intellectus cum mentis potentia agit eodem modo. At naturale est intellectui literas concipere, et omnium hominum intellectio in easdem literas reflectitur, et omnes homines respectivos conceptus compositione absolutiva proponunt. Ordo componendi et forsan praescindendi quoque est liber (+ an non est liber +).

(1) De vitio ordinis componendi 1) si conceptum quendam communem formem aliquot rebus quae proximum et adaequate communem habere non debebant, ut si *julum* vocem *quicquid oblongi vermiculi specie squamulis compactum ex arboribus dependet*; is Conceptus communis confusus est (cuius conceptus objectivus est genus homonymicum). Quamvis enim juli avellanae, juglandis, alni, betulae, populi, fagi, quercus revera habeant simile aliquid quod ita conceptu literaliter resolubili repraesentari possit, ut forsan solis illis quibus julus ascribitur conveniat (seclusis pino, abiete, fraxino, ulmo, carpino) atque ita conceptus *juli* proxime et adaequate illis illarum arborum γεννήμασι conveniat, tamen cum ordo in conceptuum compositione observandus sit, etiam hic flectari primo debet in singulis arboribus non figura qualiscunque sed officium et finis et

[16] *Schräge Anstreichung von* Dispiciendum *bis* sermonis,

[17] *Am Rande*: NB.

situs respectu reliquarum partium arboris, hoc est an fructus, semen, flos aut aliud ἐπιγέννημα seu παραγέννημα. Ita *schoß* et *laub-ast* habent simile quid revera, verum non comprehendi debent uno conceptu proxime, sed potius omne Germen in *schoß* et *laub* distinguendum, *schoß* deinde: in *schoß-este* etc. et *laub*: in *stiel, laub-este, blatter* etc. Ex[18] hac radice oritur omnis homonymia in sermone, nec enim rationis error primo a sermone oriri potest sed contra. Ubi autem ex intellectus consideratione et negligentia conceptuum Confusio oritur illa redundat in sermonis peccata, et vitioso sermone quasi contagio in alios derivatur, prorsus ut intellectus practici vitio primum in consuetudinem, deinde contagio in alios derivantur. (Confer tit. *divisionis variabilis*.)

Ens[19] { subst[antiale] / accid[entale] } utrumque { laedens / non laedens } actionem,

ex hac radice confusorum seu bisubalternatorum seu inordinate communium oritur omnis ambiguitas quae non fortuita. Exempla termini confusi usum homonymicum indagantur. Galenus *de opt. sect.* c. 18. Empiricum non habere facultatem discernendi symptomata. Ex imperfectione inductionis experientiae observationis oritur, autoritatibus persuaderi onomatothesia disjungere conjungenda hoc est inordinata conceptuum strictorum sub amplioribus comprehensio, quod autoritatibus assentimur, hinc etiam oritur, ut consuetudini sermonis cedamus quasi uno conceptu participent, quae una appellatione. Deinde syllogismi titulares ex titularibus conceptibus hoc est appellationibus constructi, cum hac reflexione quod intelligamus conceptus qui istis vocibus respondent, est instar fidei implicitae.

Conceptus confusus ex inordinata objectorum comprehensione, ut cum vulgarem syllogismum Hypotheticum et disjunctum sub eandem notionem cum syllogismo Medium habente reducimus, et a consequentia medio carente divellimus cum potius uno conceptu comprehendi debeant consequentiae medio carentes et syllogismi Hypothetici vulgares et disjuncti. Origo confusionis est, quod non sufficienti inductione varietates consequentiarum perlustravimus. Ideo confuse diximus syllogismum esse ubi duabus

[18] *Schräge Anstreichung von* Ex *bis* contra.
[19] *Schräge Anstreichung von* Ens *bis* fortuita

15 onomathotesia *L ändert Hrsg.* 22 eandem (*1*) Mediatio (*2*) notionem *L*

9 nicht aufgefunden. 13 GALEN, *De optima secta ad Thrasybulum liber*, 18 (Kühn I, S. 156). 26–S. 1233.1 Vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. III, cap. V, 8.

Enuntiationibus positis tertia consequitur, non advertentes esse consequentias medio carentes quae ex duobus positis tertium inferant.

Exempla Conceptuum confusorum. Si quis morbum appellet omne id quod vere actionem laedit, et tam id quod remote laedit, quam quod proxime intelligat primo in eo confusus est, quod proxime et remote laedens non comprehenduntur uno conceptu ut illi qui causam proximam et remotam uno conceptu comprehendere volunt. Ampl[ior] Med[itatio] an non hoc succedat idque vel per reductionem ordinis mediatim ad ordinem immediatim ordinantem, vel sine tali reductione causam ita definiendo, *id quod si cum aliis praecedat, aliud necessario sequitur.*

Conceptuum confusio oritur logico vitio ex inordinata comprehensione, cum quaedam excluduntur, quae debebant comprehendi et contra, seu ex ordinata conceptuum subordinatione, quatenus strictiores amplioribus subordinantur, sed inordinata comprehensio oritur ex insufficiente experientia, vel ex insufficiente inductione, vel quia non possumus (defectu observationum) vel quia negligimus socordia et tarditate.

Engistice oritur ex ipsa natura experientiae. Quia sua natura semper Engistica est imperfecta seu augmenti capax, oritur et didactico vitio ex onomatothesia ambigua. Prima tamen origo respectu totius generis humani est a logico, primus enim qui nomina imposuit contra logicam peccavit. Quorundam certorum hominum origo confusorum conceptuum vitio logico, aliorum didactico. Multos enim sermo detegit. Non tamen vitium didacticum est sine logico.

De NOTIONUM RESOLUTIONE. Circulus resolutionis. Notio resolutius collectiusve proposita. Egregie Galenus de notionum resolutione lib. 3. *Meth. med.* c. ult., Aristoteles lib. 3. *Phys.* text. 5. Adde lib. 1. *Phys.* text. 66. Ergo et Aristoteles est protonoeticus. Lib. 1. *an.* text. 47. noemata esse cum ordine ut numeros; et in *Metaph.* compositionem definitionis comparat cum compositione numerorum. Decem summa genera ait 5. *Met.* c. 28. non resolvi in alia nec inter se. *Met.* 7. t. 35 *recti anguli* notio non resolvitur in *obliquum* sed contra. Assumit Aristoteles lib. 1. *post.* t. 154. quod definitio non in infinitum sit resolubilis. Plus est notiones resolvere quam definire.

17 vitio (*1*) et (*2*) ex (*a*) onomathothesia (*b*) onomatothesia *L*

23 f. GALEN, *Methodi medendi libri XIV*, III, 10 (Kühn X, S. 221–231, bes. S. 227).
24 ARISTOTELES, *Physica*, III, 1, 201 a 3–9, und I, 7, 190 b 23–29. 25 ARISTOTELES, *De anima*, I, 3, 407 a 7–8. 25–28 ARISTOTELES, *Metaphysica*, VIII, 3, 1043 b 34 – 1044 a 6; V, 28, 1024 b 10–16; VII, 10, 1036 a 16–23. 28 f. ARISTOTELES, *Analytica posteriora*, I, 22, 84 a 25–26.

Coccysmus resolutionis notionum cum concretitium conceptum resolventes Terminatione incidimus in terminum qui abstractum est conceptus respectivi terminandi, ut *substantia calida, id est unita calori, unita id est unita unioni seu habens unionem.*

Certum est posse concipi conceptus ut primos, qui tamen sunt resolubiles, quemadmodum Enuntiationes ut primae quae tamen sunt demonstrabiles. Qui non pervenit ad summe generalia non fecit, nondum fecit amplissimam quae fieri potest inductionem et collationem. Si quis Geometriam discit, conceptus primi distincti sunt, si deinde confert physicam et alias scientias et collationem instituit jam resolvere ulterius incipit primas notiones Geometricas *longitudinis*, *anguli*, *lineae*, *superficiei*, *aequalitatis*, quia et in pondere aequalitas.

Resolutio notionum anteveniens compositionem, non est tamen necesse ut eam praeveniat modo reflexive compositionem agnoscas.

Dubito an partes definitionis semper prius notae sint ipsa definitione; neque enim videtur intellectus a primis notionibus incipere, alias protonoemata nos non fugerent, nec nos lateret quaenam sint et quotnam. Sunt ergo conceptus quidam intermedii, qui primi nobis noti sunt, a quibus ad protonoemata vel saltem ad notiones secundum distinctam cognitionem notiores progredimur et deinde regressu quasi quodam noetico per definitionem notiones distinctiores formamus. Simpliciter distinctas non habemus ante protonoemata.

Phrases non tam faces sunt in resolutione conceptuum quam ignes erratici.

Resolutio notionum primum in illis fit notionibus, quae componuntur ab intellectu et quorum compositio est indubia non controversa et absque labore observabilis, sed reflectentibus animum super suum intellectum. Deinde fit in illis notionibus quas intellectus a sensu accipit, talis est resolutio *motus, causae, cohaesionis, coentis* (quod alii modum Entis vocant), *qualitatis.*

Quod[20] Notio actu in se contineat infinitas numero notiones specie et formaliter diversas, id videtur impossibile, et tamen hactenus ad finem resolvendo venire non potui, et si ea indagatio quam resolutionem voco est vera resolutio necessario sequitur quamlibet notionem confusam esse, et actu continere infinitas numero notiones specie diversas, quod est absurdum. Unde concluditur quod ea indagatio non sit vera resolutio seu quod in

[20] *Schräge Anstreichung von* Quod *bis* venire

2 est (*1*) notionis (*2*) conceptus *L* 3 f. *unionem.* (*1*) Resolutio Notionum anteveniens omnem compositionem (*2*) Certum *L*

quibusdam fit vera, in quibusdam non resolutio sed aliquid aliud, v.g. quod conceptus *collative conjunctorum* sit per [accidens] resolubilis in conceptum *conjuncti* et *collationis*, sed per se sit simplex. Interim tamen conceptus aliquis generalior sit qui tamen non statim compositivus notionis specialioris. Tum statuendum foret, non omnes conceptus esse compositos, qui aequivalent compositis. Videndum etiam an aequipollentes conceptus differant a reciprocis inter se conceptibus.

Interdum peccamus resolvendo unam vocem non totam phrasin (+ quando vox alium habet sensum in phrasi quam extra +), adde tit. *reduplicativae particulae.*

CIRCULUS RESOLUTIONIS NOTIONUM. *Maximus planeta est qui major est omni planeta qui aliquo planeta minor sit*, 2) *omni planeta sibi inaequali*, 3) *major multis, et minor nullo*, 4) *major omnibus praeter se.* Ita *Ens maximum* seu *optimum.*

Resolutio conceptus *A* in conceptum *B*, qui in *A* est resolubilis, ut *Moveri* dicitur *quod variat distantiam a quiescente*, *quiescens* autem *quod non movetur*. Itaque *Movetur quod variat distantiam a corpore non moto.*

Circulus est duplex, unus per accidens qui corrigi potest et excusabilis est, brevitatisque causa committitur, ut *majus est cuius parti aequatur minus.* Hic enim duo correlata quasi simul definiuntur, quod si minus tantum dicatur definiri est Circulus et Tautologia simul, v. tit. *tautologia.* Alter est per se quando intellectus necessario in idem cedit, cum in praecedenti intellectus appendicem superfluam possit negligere. An sic *Minus est quod aequatur parti eius cuius parti aliquid aequatur. Recurrens linea est quae si sit incompleta et altero termino protrahatur, in altero sibi continuatur. Nodosa* seu *cuius unum punctum partibus quatuor commune est*, seu *quae seipsam secat*, ut una ex conchoeidibus. *Intellectus reflexus qui seipsum intelligit* seu *format conceptus similes intellectui.*

Relatio ejusdem ad seipsum non est realis. *Recta est quae omni tali praeter se applicabilis est. Circulus qui omni lineae sibi congeneri* (+ potius *conspeciali* +) *parallelus esse potest. Numerus Minimus qui minor est omni numero* (+ *quo aliquis minor est*, seu *omni numero excepto eo quo alius minor non est* seu *omni numero* +) *excepto minimo. Figura capacissima major omni figura sibi isoperimetra et heterogenea.*

Heterogenea figura figurae dicitur cum perimeter unius differt a perimetro alterius, sed hac ratione heterogeneae videntur et dissimiles; si scalenum scaleno simile sit definitione differre non possunt, magnitudo enim prout pedalis vel cubitalis

2 non *L ändert Hrsg.*  27 *quo* (*1*) *alius mi* (*2*) *aliquis L*

8 tit.: nicht aufgefunden.  18 tit.: nicht aufgefunden.

definitione comprehendi nequit, potest quidem aggregatum fieri ut bipedalis, tripedalis, et licet *bipedalis cubitali* sit reciprocus, tamen nullus eorum natura primus est, nam mensura talis ut pes, cubitus solo arbitrio sumitur. Et[21] ita infiniti possunt esse aequipollentes aeque primi. In aliis autem reciprocis seu aequipollentibus conceptibus, unus semper primus est, et, si maxime aliquot aeque primi essent, quod falsum esse probabile est, tamen non essent infiniti aeque primi. (+ Aeque primos esse sic intelligo, ut nulla sit ratio cur potius dicatur cubiti definitio, quod sit bipedalis, quam pedis definitio, quod sit semicubitalis. +)

Notetur ergo haec distinctio conceptuum reciprocorum qui definitivi esse possunt quod eorum aliquis primus est, et quod quilibet eorum in conceptum natura simplicem et nulli composito aequipollentem aut reciprocum resolvitur.

Conceptus qui definitivi esse possunt vocentur conceptus ordinati vel necessarii. Conceptus vero tales:[22] *pedalis, vox talis acuminis, calor sex graduum* vocentur vagi, liberi, arbitrarii. Et dubitari potest an pedis mensura in intellectu speciem simplicem habeat quae [ad] pedis mensuram quam intendimus exacte referri possit (+ alibi a me ostensum est, memoria retineri has notiones non posse +). Qui conceptum *pedis* habet circiter de pedali mensura asserere potest, non exacte et secure. Ita discantalem, tenoralem et bassalem vocem distinguere possumus, exactam vero soni gravitatem absque ulla latitudine memoria retinere non possumus nisi adminiculo aliorum sonorum. Ut dum cantillamus quia plures contiguos sonos proferimus facile unisonum exacte repetere possumus, si sufficiens consuetudo processerit. (+ Sunt in nostro loquendi canendique organo determinativae mensurae soni, ut pes aut digitus in nobis mensurae extensionis. +) Itaque completus conceptus *pedalis mensurae* est *longitudo certae alicui longitudini in certo ligno ferrove signatae congrua.* At longitudinem istam in certa materia signari est illi per accidens. Itaque est accidentarius conceptus iste, adeoque multo minus definitivus, infinitae enim sunt materiae in quibus signari potest, et infiniti modi signandi, igitur etiam ex hac parte est conceptus arbitrarius. (+ Adde quod signatio sensibilis in certa materia non potest certam longitudinem exacte

[21] *Am Rande*: NB *und schräge Anstreichung von* Et *bis* primi.
[22] (+ mensurales conceptus +)

3 ut pes, cubitus *erg. L* 17 *pedis* (*1*) capi (*2*) habet *L* 22 mensurae (*1*) , ut ⟨d⟩ (*2*) soni, *L*

16 alibi: vgl. VI, 3 S. 103 f.

determinare, adeo ut si tam cubitum quam pedem in materia seces, non possis efficere certo ut unus alteri sit duplus nec potes efficere ut duo pedes duaeve ulnae consentiant inter se. +)

*Regium animal est quod naturae jure imperat omni animali quod naturae jure paret alicui animali. Summa potestas est quae omnibus potestatibus alicui potestati parentibus imperat.* In talibus autem definitionibus vere committitur vitiosus circulus: *Numerus minimus est minor omni numero excepto numero minimo*, quia quotcunque numeri sumantur ab unitate continui v.g. 1, 2, 3, 4, 5 etc. potest secundum hanc definitionem quilibet eorum vocari minimus si omnes simul vocentur minimi, nam quilibet eorum minor est omni numero, qui non est minimus. At secundum reliquas definitiones (ut *numerus qui minor est omni numero qui aliquo major est*, vel *minor omni numero qui ipsi inaequalis est*), etsi quis 1, 2, 3, 4, 5 omnes vocare velit minimos statim ex definitionibus convinceretur, quia soli unitati conveniunt. Secundum vitiosas autem illas definitiones non tantum nihil reciproci sed omnino nihil definitur, neque ullus est numerus qui hac ratione non possit vocari minimus; Et nulla figura non capacissima, sit enim proposita quaecunque figura *A* poterunt dari aliquot (infinitae) figurae isoperimetrae ipsi *A*, et minus capaces ipso *A*, si sic capacissimae definirentur.

Haec definitio *Minima rectarum ex eodem puncto in eandem rectam incidentium vel terminatarum est: quae minor est omnibus rectis ex eodem puncto in eandem rectam terminatis*, non est vitiosa, quia Circulus committitur, seu quia nihil certi et definiti enuntiatur, sed quia impossibilis, si non limitetur scil. *praeter se*, alioqui concludetur eam esse minorem seipsa. Enuntiatio *A est idem sibi* etsi recurrat in seipsam non est vitiosa, quamvis enim respectus sit rationis tantum tamen vera est enuntiatio quia aequipollet huic *A est non-alius a se*, vel potius *non-est alius a se.*[23] Verae sunt hae propositiones *numerus minimus est minor omni numero qui non est minimus*, vel eius inversa, sed non possunt esse definitivae, non quia conceptus congruere nequit sed quia universaliter in seipsum recurrit.

Notio resolutius vel collectius prolata sive proposita. Collectius hoc modo: *Angulus rectus qui suo deinceps aequalis est.* Resolutius: *qui aequalis est angulo unum latus commune et alterum directius situm habente*, vel *unus eorum qui fiunt a recta*

[23] *Am Rande*: NB.

11 vel (*1*) *qui ipsi inaequalis* (*2*) *minor L* 12 3, (*1*) etc. (*2*) 4, 5. *L* 24 potius *erg. L*
28 Notio (*1*) resolutiva (*2*) resolutius vel *L*

*rectam insistente inter se aequales.* Interdum notio collectius prolata si proponatur resolutius deprehenditur abundans, videatur tit. *de notionum superfluitate.*

Necessaria abstractio ad primam mentis operationem. Abstrahi dicitur notio a notione, sed et a re, quod fit cum ex pluribus rei attributis unum reliquis omissis apprehendam, ut *colorem* abstrahere possum a libro, licet non sit abstracta ab albore.

Notionum abstractio simplex vel resolutiva, non est necesse notionem superiorem (comprehendentem) quae per resolutionem a comprehensa separata sive abstracta non est, ideo esse confusam ac minus expressam, ut putat Suarez. *Coloris* [notio] abstracta est a viriditate, non per resolutionem, nec ideo est confusa.[24] *Curvae lineae* notio omnino distracta est, et tamen non includitur in *circularis lineae* notione. Innotescit *curvum* praedicari de circulari per sensum et demonstrationem, non per inclusionem (expressam). (+ Hanc ergo notat simplicem abstractionem, cum per sensum innotescit, aliquid alicui inesse, non per resolutionem notionis. +) Quaeritur cum abstrahimus notionem *facultatis* a notionibus *intellectus sensus* etc. sitne simplex an resolutiva abstractio. Sic *cognitio* videtur simplici abstractione elici ex notionibus *sensionis* et *intellectionis*, item *sensionis* notio e notionibus *visus auditus imaginationis* etc., *appetitionis* a notionibus *cupitionis* sive *desiderii* (*sensualis*) et *voluntatis*: forsan etiam hoc modo a *calore* abstrahitur *qualitas prima*, *activa* etc. (+ quia ipsius non habemus definitionem +). Lib. 6. *top.* c. 4. § 5. dicitur cognita specie necesse esse genus et differentiam cognosci, non contra, sed hoc non semper verum, cognita linea circulari non est necesse curvam cognosci, id enim demum per demonstrationem et observationem innotescit.

Notionem a re abstrahere est formare notionem quae rem ex parte repraesentet, sicut pictor rupem expressum aliudve corpus, cuius dextra sinistris, anteriora posterioribus, superiora inferis, dissimilia sunt, pluribus id efficit imaginibus.

Primu[m] in nobis experientia cognoscimus quid sensus quid intellectus, deinde abstrahimus communem notionem (simplici abstractione), sic ab affirmatione, et negatione *Enuntiationem*. Abstractio alia est notionis actu inclusae vel potestate

---

[24] *Am Rande gestr.*: 𝔑

8 ac minus expressam *erg. L* 9 linea *L ändert Hrsg.* 26 Primus *L ändert Hrsg.*

---

2 Vgl. unten bei Fußnote 89. 6–8 Vgl. F. SUAREZ, *Metaphysicae disputationes*, 1597, II, VI, 7. 19 f. ARISTOTELES, *Topica*, VI, 4, 141 b 29–31.

inclusae, prior potest dici materialis posterior formalis aut virtualis, et posterior et a simplicibus notionibus fieri potest.

Notio adaequata vel cognitio Adaequata aut inadaequata. Adaequata varie sumi potest vel pro illa qua non potest dari specialior reciproca, seu pro irrestringibili, haec in physica agnoscitur ex propagatione[25] (+ speciem infimam credo determinante, dubito tamen adhuc +) vel cui nulla addi potest, seu quae complectitur omnia rei attributa, quae communia sunt matri et soboli censentur essentialia, quae variantur accidentalia, color florum simplicitas duplicitas. In non viventibus reductio talis est nota, ut in plumbo cera (+ haec omnia habent latitudinem, potest enim una species in aliam et in aliam cultura vel diversis coitionibus mutari; uti revera credibile est plures species esse factas, quae initio non fuere +). Ut pictor ita intellectus pluribus notionibus adaequatis eandem rem comprehendit.[26] Notio rei adaequata est quae soli rei illi convenit, quae essentialiter irrestringibilis, at unde id sciam; respondeo in nonnullis id fere possumus ut *triangulum aequilaterum*, vel *triangulum aequicrurum habens utrumvis crus duplum baseos*. Certus enim sum non posse alias differentias adjici. (+ Omnia triangula talia sunt inter se similia, ideo est species infima. +) Plura possunt de tali Triangulo cognosci, sed hoc non restringunt, ut quod altitudo sit $\sqrt{15}$ si basis sit 2. In physica similarium talis non datur notio adaequata.

Conceptus respectu objecti inadaequatus. Unum concipimus ut multa, v.g. alius est conceptus *soni* alius *aëris moti*, quae tamen sunt idem; sic fortasse *lux* et *calor* seu *efficiens lucem* et *calorem* idem.[27] Unum concipimus ut multa seu per multos conceptus 1° ob sensuum pluralitatem, 2° ob graduum comparationem, ut *magnum – parvum*, *calidum – frigidum*; frigidum enim est minus calidum non plane noncalidum, ut vult Cardanus, 3° ob denominationes extrinsecas, ut causa aliquid dicitur quia

[25] *Bezugsstrich von* propagatione *nach* quae communia

[26] (+ notio adaequata hoc modo foret, quae est speciei infimae +)

[27] (haec et ad abstractionem a re)

5 f. determinante (*1*) + (*2*) , dubito *L* 7 attributa, (*1*) nam (*2*) quae (*a*) communis est (*b*) communia sunt *L* 9 aliam (*1*) inseri, et forte una (*2*) et *L*

8 f. reductio . . . cera: vgl. J. JUNGIUS, *Doxoscopiae physicae minores, sive Isagoge physica doxoscopica*, hrsg. v. M. Fogel, Hamburg 1662, pars I, sect. II, port. II, cap. I, ass. I, 3; pars II, sect. I, cap. 12, ass. 11, schol. 1; ass. 18, 4 f.; cap. 17, ass. 7, 4 f. cum nota. 24 Vgl. G. CARDANO, *De subtilitate libri XXI*, Basel 1582, lib. II, S. 88 f.; lib. IV, S. 200; lib. XVII, S. 878; *De rerum varietate, libri XVII*, Basel 1581, lib. XV, cap. 88, S. 1027.

semper existente *A* existit *B*, 4° ob denominationes adhaerentes, 5° ob varias partes, ex quibus res est composita.

Si varia accidentia variae potentiae colliguntur hinc commune aliquod subjectum colligitur, quo ista colligantur et continentur, quod substantia appellatur. Atqui hoc non est necessarium in artificiose compositis. Ergo nec in naturalibus. (+ Respondeo alibi ostendi in quo consistat vera natura substantiae, nempe in notione completa, et in artificialibus nihil esset substantiale nisi ea ingrederentur res naturales. +)

NOTIO TRANSCENDENS generalis differentialis specialis. Suarez in eo maxime distinguit notiones transcendentes, a genere, quod transcendens includitur in modo contrahente, genus non includitur. Scotum etiam oppugnat, qui *Ens* includi in modis contrahentibus negat. Ipse tamen quasi sui oblitus omnem modum contrahentem negat, dum non per contractionem sed expressionem *entis*, item *substantiae* analogata concipi contendit. Ita notio transcendens erit, quae non contrahitur per aliam, sed praedicari potest de strictiore, sicut notio *lineae curvae* de *peripheria* (+ per abstractionem simplicem. Ego autem non puto *Entis* notionem se habere ad *substantiae* notionem [ +)]

Scotistae notiones universalissimas putant esse primas. Male. Sicut visus in superiore loco constitutus majorem superficiei terrestris portionem complectitur, majoremque objectorum copiam comprehendit, ita intellectus per superiores, hoc est universaliores generaliores, notiones. *Circuli* nomen prius *circularis lineae* nomine, sed notio posterior, ita generica notio et genus, specifica et species.

Differentia secundum Aristotelem praedicatur de specie. Ergo differentialis illa notio quae concretim coit cum notione terminative[28] componente genericam notionem, non est secundum Aristotelem differentialis. Non requiritur ad genus ut instar alicuius in

[28] *Darüber*: obliquo

5 compositis (*1*) imo (*2*) . Ergo *L* 17 esse (*1*) Generalissimas (*2*) | primas *erg.* | *L* 24 Non (*1*) videt (*2*) requiritur *L*

6 alibi: vgl. N. 76 Abs. 3, 97 Abs. 1, $98_3$, 133, 131, $134_2$, 136, 301 Abs. 6, 157 Ende und 306 n. VIII u. XIII. 8–13 Vgl. J. JUNGIUS, *Disputationes noematicae*, VII, 2–5 u. 31 (JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 28; LH IV 7C Bl. 177 v°). – Vgl. F. SUAREZ, *Metaphysicae disputationes*, 1597, II, V, 1–2; VI, 1–2; 7. 10 f. Vgl. JOHANNES DUNS SCOTUS, a.a.O., dist. 3, qu. 3, n. 6–12, u. dist. 8, q. 2, n. 2; *Quaestiones in lib. II sententiarum*, dist. 3, q. 6, n. 9–14 (Bd 5, S. 440–446 u. S. 716; Bd 6, S. 406–409). 17 Vgl. JOHANNES DUNS SCOTUS, *Commentaria in octo libros physicorum*, I, qu. 5, n. 35 (*Opera omnia*, 1639, Bd 2, S. 20). 22–S. 1241.3 Vgl. ARISTOTELES, *Topica*, VI, 6, 143 a 29 – 145 a 12.

potentia et [differentia] ut instar alicuius actus concipiatur. Tolerari potest collatio ista. Aristoteles dubitat an differentia in quid an in quale praedicetur, et an genere semper posterior sit.

Notioni specialissimae conferatur argumentatio a modulo in memoria conservato, vid. *notio situs tricathetici* in literarum seu protonoematum fasciculo. Adde quae de pyramide scalena et eius hedris alibi, et de modo internoscendi dextrum et sinistrum.

Notiones Enuntiationem praesupponentes. Sicut enuntiatio conditionalis posterior est, tertia mentis operatione aliqua, ita quoque notiones nonnullae praesupponunt secundam, illae nimirum quae in parte consequente habent syncategoremata 1° *omnis plerique*, ut *inscripta omnibus praeter centrum inscriptis major*, *figura habens omnes angulos internos aequales duobus rectis*, 2° exclusivas, ut *qui solus vincit*, *qui solus laborat*, 3° *quatenus*.

Notio infinita, *non Deus*, *non agens*. Finita *homo non currens*, *posse non-mori*; *hominem non suo nomine appellare* Gell. lib. 4. c. 1. est infinita notio, *non suum nomen*.

Notio generalis cuius objectum adaequatum est genus.

*Quatenus* subjecto inclusum sive notioni, ut *quae quatenus formosa amatur non diu amatur*, *corpus si qua sanabile mutatur in sanitatem tendit* lib. 4. *coel.* t. 24. Tales[29] enuntiationes non sunt reduplicativae, quia subjecto inest *quatenus*, at si sit in praedicato fiunt reduplicativae, ut si subsumas, *Corpus huius febricitantis mutatur qua sanabile est.*

Synnoemata reduplicatoria. Notio REDUPLICATIVA sive limitatitia. *Qui hominem curat quatenus aeger est medicus* est, *qui quatenus peccator, theologus. Vulneratus secundum aures*, *in pede*, *in capite*. *Quod actus est aeris, quatenus aes est, forma* est *aeris*. *Actus aeris quatenus statua est, figura* est.

Notio limitatitia, *quadrangulum quatenus lateratum ordinatum*, seu *quantum ad latera ordinatum*, sive *lateribus ordinatum* reducitur ad illimitatam aequipollentem hanc: *quadrangulum latera omnia habens aequalia* sive *quadrangulum aequilaterum*. (+ Est ergo aliquid pleonastici in notione. 𝔏 +)

---

[29] *Schräge Anstreichung von* Tales *bis* fiunt reduplicativae,

1 differentiae *L ändert Hrsg.* 9 operatione (*1*) , ita (2) aliqua, *L* 15 f. *hominem . . . non* (*1*) *suo nomine* (2) *suum nomen erg. L*

2 Vgl. Aristoteles, *Topica*, IV, 1, 128 a 20–29. 5–7 Vgl. Leibniz' Exzerpt N. 242. 15 Aulus Gellius, *Noctium Atticarum libri XX*, IV, 1, 18. 19 Aristoteles, *De coelo*, IV, 3, 310 b 17–18.

De reduplicativis synnoematibus vid. *Enunt*[*iatio*] *redupl*[*icativa*].

Particulae valde homonymae sunt, ut *quatenus*, *qua*, *secundum*, κατά. Utile est, ut distinguamus utrum universalis conceptus sumatur distributive an praecise, seu ut singulare aliquod, nam hac ratione syllogismum expositorium, illa ratione universalem ingreditur. Verum non debemus uti Keckermannus facere videtur una appellatione et definitione eas complecti Enuntiationes in quibus hae particulae adhibentur quia satis aequivocus est earum usus, sed potius mentaliter (non verbaliter) omnia resolvere, et secundum conceptuum et enuntiationum mentalium differentiam Enuntiationes logicas distinguere.

Quaeritur utrum *corpus naturale* accipi possit simul praecise et distributive

(+ quando dicitur *corpus naturale qua naturale esse subjectum physicae* +). Quando dico *corpus naturale consideratur a physico*, intelligo, *physicus considerat et demonstrat omnia quae ulli corpori naturali competunt* (+ NB.[30] non tantum quae omni, sed quae ulli, notetur discrimen horum syncategorematum +). Acroaticus vero considerat, quae cuivis corpori naturali competunt. (+ Videtur *cuivis* esse ambiguum, ut et *cuilibet*, et significare posse tam *ulli* quam *omni* hoc loco. +) Errarunt igitur, quod voluere resolvere in hac phrasi τὸ *corpus*, cum debeant resolvere totam phrasin: *considerare corpus*.

Considerare corpus naturale qua corpus naturale est demonstrare affectiones quae omni et soli corpori naturali competunt ut facit Acroatica. Considerare corpus in genere, est considerare eas affectiones quae omni sed non soli competunt uti Metaphysica. Considerare corpus naturale in specie est demonstrare eas affectiones quae soli competunt, non omni ut Mixtorum contemplatio. Considerare corpus naturale totaliter (Excogitetur terminus alius. Zabarella posset dicere: *physice et distributive*) est demonstrare omnes affectiones, quae alicui (ulli) corpori naturali competunt. Non tamen hinc sequitur (etsi toleremus istas locutiones *corpus naturale est objectum physices acroamaticae*, *corpus naturale simul praecise et distributive sumtum*

[30] *Schräge Anstreichung von* (+ NB. *bis* syncategorematum +)

5 una (*1*) notione (*2*) appellatione *L* 11 +) (*1*) Vix (*2*) Quando *L* 14 ulli, | vel cuilibet, *gestr.* | notetur *L* 18 qua | corpus *erg.* | *L* 22 non (*1*) omnino (*2*) omni *L* 24 *et* (*1*) *totaliter* (*2*) *distributive* *L*

1 Nicht aufgefunden. 5 Vgl. B. KECKERMANN, *Systema logicae, tribus libris adornatum*, 2. Ausg. Hanau 1602, lib. II, sect. I, cap. 4, S. 337. 23 f. Vgl. J. ZABARELLA, *Opera logica*, Köln 1597.

*est objectum totius physicae* ), quod ullus conceptus possit simul esse praecise et distributive acceptus; quia implicat contradictionem. Vid. *omnis distrib*[*uens*] *in sing*[*ulas*] *specie*[*s*].

Lineamentum quatenus superficiem convexam terminat, dicitur convexum angulum continere, cavum quatenus cavam terminat. Vid. tit. *anguli resolutio*.

Reduplicationum utilitas his exemplis comprobatur: *Notionis ut notionis pars esse nequit synnoema quantificativum, nisi terminantem partem afficiat*, *si notionis ut enuntiatae pars est synnoema quantificativum*.

Exempla τοῦ *quatenus*. *Durum est cuius partes vi motiva situm inter se non variant*, seu *nulla vi motiva determinatum situm novum acquirere queunt*. Posterior definitio videtur melior, nam illud *quatenus* semper nescio quid confusionis tegit. Aliud Exemplum: *Duri partes externa vi situm mutare possunt, non ut partes, hoc est ita ut maneant partes, sed ut corpora, quia non manent partes*. Aliter idem dicere potes ita: *Durum externa vi situm internum mutare nequit*. Vide quae contra definitionem motus Aristotelicam dicta. *Filius superior patre ut consul, inferior ut filius*. *Cylindrus unus alio major quoad basin, minor quoad altitudinem*. *Flos B pulchrior flore A quatenus figuratus, quantus, odoratus, virtutibus praeditus*. *Saccarum alterat vinum quatenus sapidum est*, *oleum corticis citri, quatenus odoratum est vinum*. *Corpus*[31] *videtur quatenus coloratum, vere autem corpus non videtur sed color extensus*.

Alia Exempla. *Pars mistitia seu allelocrypha quatenus talis est corporis similaris pars, nam quae se non tegunt, constituunt dissimilare*, reducitur ad hanc Enuntiationem, *pars allelocrypha est proxime pars corporis similaris, remote dissimilaris*. *Albi rubrificatio pro termino formali habet ruborem ut nigritiei participem, nigri rubrificatio ruborem ut albedinis participem*.

Reduplicativa notio non est definitiva, nam fiat definitio et sit appellamen *Z*, definitio autem *Z est B quatenus C*, *privatio est forma quatenus expellibilis*; ideo etiam *B* quatenus *C* est *Z*. *Ergo* 1) *C est medium cur Z insit ipsi B*, *ergo* 2) *Z inest omni B*.

---

[31] *Schräge Anstreichung von* »Corpus« *bis* »extensus«.

3 *specie⟨r⟩. L ändert Hrsg.* 26 *privatio . . . expellibilis erg. über Z est . . . C L*

---

2 f. Vgl. J. Jungius, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. II, cap. IV, 16–17. 5 tit.: nicht aufgefunden. 14 f. Vgl. J. Jungius, *Disputatio physica, de definitione motus Aristotelica. Quam . . . proponit Bernhardus Varenius*, Hamburg 1642, bes. th. 46–48 u. th. 66, gegen Aristoteles, *Physica*, III, 1, 201 a 10–11.

Primum consequens est falsum, quia nullum est medium concludendi appellamen de notione definitiva, nisi libera positio, vel conventio vel consuetudo. Secundum consequens etiam est falsum et absurdum (ex arg[umento] Peripatet[ico]). Si enim *privationis* nomen tribuendum omni formae, non erunt nisi duo principia, sc. materia et privatio, dicent Peripatetici non sequi secundum consequens, quia anadiploma simul reduplicet et restringat hoc sensu: *omnis forma expellibilis quatenus expellibilis est privatio*. Contra ergo sequitur: quod omnis forma expellibilis sit privatio.

SYNNOEMATA QUANTIFICATIVA, item certificativa, adde reduplicativa.

Synnoema quantificum in notionum compositione concretiva et terminativa. *Calor liquat ceram. Cera liquatur a calore. Omnis calor liquat omnem ceram* per promotionem copulae, *omnis cera liquatur ab omni calore*. Hinc vides quam congruant hae duo observationes.

Quod synnoema quantificum afficiat aut notionis terminativae compositae partem terminantem aut enuntiationis subjectum. *Omne Triangulum quodvis latus habet reliquis simul sumtis minus*; id est *omne Triangulum terminatur, circumscribitur, includitur tribus lateribus quorum quodlibet reliquis simul sumtis minus est*, vel *omne Triangulum habet quodvis suum latus reliquis simul sumtis minus*.

Universalitatis obliquae exempla ambiguitatibus involuta et evoluta. *Octahedrum pyramidicum est solida figura octo triangulis binis inter se et parallelis et congruis comprehensa*, hoc est *octo triangulis quorum quodlibet uni reliquorum et parallelum et congruum* (*congruum* dico, non tamen *congrue positum*, nam congruorum et parallelorum triangulorum latera, inter se parallela non sunt), *est comprehensa*. Dicitur mihi *pyramidicum*, quia ex mutilatione pyramidis provenit, vid. Luc[am] Valer[ium] lib. 1. *centr. grav.* Non licet ita interpretari: *binis quibusvis*: neque ita: *aliquibus binis*, hoc enim non sufficit, neque *duobus*. Neque sensus particulae *binis* talis hic est ac si dicam *binis lateribus constant anguli figurarum planarum, et ternis hedris continentur anguli pyramidis* hoc est *quilibet angulus tribus hedris continetur* etc. Ita si dicam: *figura habens bina inter se latera, vel parallela*, h. e. *quodlibet uni tantum*. Ita a cornibus habet bina latera inter se aequalia.

Notionum universalitas. Synnoema universalitatis adhaeret non nisi notioni terminanti, hoc est parti terminativae conceptus terminatim compositi; estque vel

13 terminativae (*1*) subjectum, (*2*) compositae *L* 31 terminativae (*1*) notionis (*2*) conceptus *L*

23 f. Vgl. L. VALERIO, *De centro gravitatis solidorum libri tres*, 1604, lib. I, prop. IX u. XXXI, S. 20–23 u. 61–64.

terminativa universalitas, quae terminantem notionem distribuit sive exponit respectu notionis terminatae, ut *angulus minor omni angulo rectilineo*. (+ Ratio est, quia si parti terminatae adderetur *omnis*, esset quasi subjectum pronuntiationis. +) *A* ⟜ *M* ⤚ *o A* ⟜ *R*. Is angulus est peripheria et peripheriam tangente contentus.

Concretiva universalitas est quae ecthesin facit terminativae notionis respectu non terminatae, sed respectu notionis concretim terminanti adhaerentis. Ut *figura habens omnes angulos obtusos*, hoc est *figura habens angulos quorum quilibet obtus*[*u*]*s*, sive *quemlibet suorum angulorum obtusum*. *F* ⟜ *H* ⤚ *A o* ⟜ *O*.

Notionum universalitas, seu universalitas interna est, quae notionis quasi fronti hoc est primae parti non adhaeret ideoque in enun[tia]tione non dominatur eamque universalem non facit, ut *quidam mixtilineus angulus est minor omni rectilineo acuto*. Est propositio particularis habens universalitatem internam. Quod si ita enunties: *omnis acutus rectilineus minor est uno eodemque aliquo angulo mixtilineo* jam universalitas erit externa.

Synnoema quantificativum per se est quod notionem cui affigitur quantificat 1) *omnis* 2) *aliqui* sive *quidam*, *omnis* idem quod *quilibet*, *quicunque*, *unusquisque*. Synnoema quantificum per accidens sive synnoema exclusivum ut *solus* quod quantificat sed non notionem cui affigitur.

Axiomata: 1) Synnoema quantificum per se, notionis compositae nullam aliam partem afficere potest (vel nulli alii affigi), quam terminativam. 2) Synnoema Exclusivum quoque nulli nisi terminativae affigitur, ut *Angulus soli maximo lateri in triangulo quocunque opponibilis* est notio reciproca huic: *non acutus seu major acuto*. Ax. 3. ex partibus enuntiati solum subjectum synnoemate quantifico, tam eo quod per se quam quod per accidens tale est afficitur, non praedicatum. Forsan ratio quasi aliqua dari potest, quia cum subject[o] inesse vel non inesse dicatur praedicatum, subjectum quasi terminat relationem inessendi. Verum hic Epechω. Nam ita subjectum posterius conciperetur ut terminus et praedicatum, ut relatione affectum prius. NB. obiter hic quoque esse difficultatem attributi polygenei. Nam capax esse synnoematis quantifici convenit et terminativae parti notionis compositae, et parti Enuntiationis proximae.

*Omne* interdum significat omnem speciem, ut *omne animal fuit in arca Noae*.

Aliqui. *Dato perpendiculo pari cuius dimidius commensores* (*vel unum par talium commensorum*) *aliquos habeat impare differentes, invenire trigam normalem similium*

3 +) (*1*) An (*2*) *A L* 4 f. contentus. (*1*) Concreta (*2*) Concretiva *L* 8 *obtusos*, *L ändert Hrsg.* 17 accidens (*1*) est ex (*2*) sive *L* 19 se, (*1*) nulli (*2*) notionis *L* 25 subjectum *L ändert Hrsg.* 30 f. proximae. (*1*) Ad si (*2*) *Omne L* 31 f. *Noae* (*1*) Quantitas notio (*2*) Aliqui. *L* 33 *commensorum*) (*1*) *habet* (*2*) *aliquos habeat L*

*minimam*. Explicationem vide in Contrapositione Hypothetica, et nota praeterea has: *si duo aliqui numeri Trigae normalis inter se orti fuerint, etiam duo quilibet ejusdem trigae inter se orti erunt.*

Quantificativa *omnis*, *aliquis*, *solus*, quantificant autonoema unum (sive ut notionem sive ut enuntiatum ), respectu alterius.

CONCEPTUS SYNCATEGORETICI, ALIAS CONCEPTIUNCULAE respondent illis inter voces quae dicuntur particulae. Estne autem necessarium si non in oratione saltem in intellectu tum respectivo conceptui tum terminativo adhaerere conceptiunculam aliquam quae illos connectat? *Wenn ein bredt aus vielen geleimet wird so wird eines ieden fuge bestrichen und dann zusammen gepreßet, ist die frage ob der* respectivus *mit dem* Terminativo *wie ein bret mit dem andern, oder, wie der leim am bret klebe*. Videtur posterius verum, quia terminus non respicit, ita ut terminus possit concipi (non ut terminus) sine respectu, at respectivus conceptus non potest absque saltem generali suo termino concipi.

Obj[ectio]. Sed forsan Terminus ita absolute concipi potest, sicut fundamentum etiam relationis absolute concipi potest. Tam ignis absolute concipi potest quam calor, et tam conceptus ab intellectu sentitur interne absolute quam res concepta quia tam objectum simile speciei intelligibili quam species intelligibilis similis est objecto.

An Syncategoreticae respectivae idem dicant quod conjunctiones. *Vir graece et latine doctus*, *vir graecas literas cum latinis conjungens. Puella pulchra et mirata pulchritudinem corporis moribus exornans. Herba quae tangentem urit*, seu *herba quae si tangatur urit. Homo ingratus* hoc est *homo qui si beneficiis afficiatur eorum immemor est. Stella vel die apparens* id est *etiamsi dies sit* vel *etiam tum quando dies est.*

Particulae *Tamen* usus etiam in compositione conceptuum esse potest etiamsi nulla fiat enuntiatio, ut *homo infelix quidem virtute tamen praeditus*.

Syncategoreticae conjunctiones, *Et*, *etiam*, etc., *quamvis tamen*, item *si*, *aut*. Ut *corpus quod si tangatur fugit est vivum. Astrum quod si dies est ortum est, si nox occasum est, est causa diei. Corpus grave sonorum et fulvum*, hoc est *quod et grave et sonorum et fulvum est. Aliquis numerus in quavis numeratione necessario ultimus est.*

6 CONCEPTIUNCULAE (*1*) sunt vel respectivi vel conjunctionales. (*2*) respondent *L* 11 *der* | *der str. Hrsg.* | *leim L*

1 vide: nicht aufgefunden.

Indeterminatum (+ NB. +) ut *aliquae partes continui necessario unitae, et tamen nulla pars continui necessario unita est alteri*, item *alter oculorum ad videndum necessarius, et tamen neuter oculorum ad videndum necessarius*, vid. Fonsecam in app[endice] de suppositionibus. Hoc vero est determinatum *altero oculo vidit*, falsum enim omni sensu *neutro oculo vidit*. *Omnis verus color alicui mixto inest*, *omni colori mixtum aliquod praeditum est. Nullus est color quo mixtum aliquod praeditum non sit.*

*Est* interdum idem quod *jam est*, interdum praescindit a tempore.

Conceptus hi: *Unus*, *multus*, *aliquis*, *aliqui*, *omnis*, vel irresolubiles sunt, vel resoluti jam sunt. Quaeritur an uno communi conceptu comprehendi possint. Si non possunt nec id quod Quantitas Enuntiationis dicitur communem conceptum habebit, qualitas quoque nescio an conceptu uno comprehendi possit nisi disjunctivo, ut Enuntiationes qualitate differentes sunt, quarum una affirmat altera negat. Abstractum vero intelligitur potius ex suo concreto quam definitur uti etiam alia concreta quae magis in sermone et phrasi abstracta sunt quam in conceptu. Dicere quis possit generales conceptus quantitatis et qualitatis esse secundum praecisionem, sicut *linea* a cubitali et pedali; et sicut *praedicatio* seu *attributio* seu *enuntiatio* (non pro enuntiato) a negatione et affirmatione.

Valde etiam resolutioni meae congruit definitio Aristotelica dicti de omni non tam bene dicti de nullo, vid. lib. 1 c. 1. *prior*.

Veritas – nuda tandem. Syncategoretica quantitatis est vel *unum* vel *multa*. Nam ut verum fateor, *omnis* non est quasi conceptus aut conceptulus aliquis, sed modus loquendi, nam[32] haec propositio *omnis homo est intellectivus*, in intellectu vere ita formatur *aliqui* seu *multi homines sunt intellectivi, nec est vel unus qui non sit intellectivus*. Atqui ita omnis enuntiatio universalis est revera copulativa quaedam enuntiatio, ita *nullus* prior est quam *omnis* (+ adde mea [*bricht ab*]

*Omnis* (vide *subjectum*) particula haec non ubique locum habet. *Omnis angulus trianguli major est angulo sibi externe opposito*, non possumus dicere *omni*, quia tantum unum sibi oppositum habet. (+ Imo puto dici posse *omni* vel *cuicunque*. +) At dicere licet

[32] *Schräge doppelte Anstreichung von* nam *bis* quaedam enuntiatio,

12 differentes (*1*) altera (*2*) sunt, *L* 14 et (*1*) oratione concreta (*2*) phrasi *L* 22 intellectu (*1*) ita (*2*) vere *L*

3 f. Vgl. P. FONSECA, *Institutionum dialecticarum libri octo*, 1586, lib. VIII, cap. 31, S. 525. 18 f. ARISTOTELES, *Analytica priora*, I, 1, 24 b 28–30. 26 vide: nicht aufgefunden.

*omne totum est majus omni sua parte*, *quidam solus vernaculae peritus doctus est*. In [talibus] enuntiationibus signa universalitatis, particularitatis, negationis particulae sunt subjecti et attributi, nec afficiunt enuntiationem, ut enim negatio reperitur in enuntiationibus extra enuntiationem, ita et *nullus aliquis multus*.

*Omniscius*, *Multifidus*, *Res nullius usus*, *Homo omnium horarum* in his *omnis* sumitur tum distributive specifice, tum distributive singulariter.

Rursus: an syncategoreticae respectivae idem dicant quod conjunctiones.[33] *Aliquod corpus est et album et dulce*, seu *albedo et dulcedo ipsi simul insunt. Linea terminans duas superficies convexatam et cavatam*, seu *excessive et defective congruam*.

Conceptus syncategoretici exclusivi. Exclusiva etiam est *Zum Wenigsten*, *saltem* ut *omnis numerus omnis numeri pars est aut saltem partes, sed binarius respectu quaternarii pars est, ergo non saltem partes, cum tamen verum sit*. *Saltem* differt a *tantum*. *Saltem*, id est *si illud prius membrum verum non est, sive »saltem« addas, sive omittas nihil vim disjunctivae mutabis*. *Imo* id est *Nein, sondern*. Exclusivum etiam est *reliquus*. *Maximus fixarum est Sirius*, id est *superat omnes reliquos*, hoc est *praeter Sirium*. At in uno conceptu: *planetarum maximus*, id est *planeta superans omnes praeter seipsum*, hic exclusum est ignotum quasi, et idem cum τῷ *planeta*. Exclusio[34] valet non tantum directe, sed etiam in obliquis casibus, nec tantum in enuntiatione, sed etiam in conceptu simplici consideranda.

Syncategorematicas voculas *omnis nullus*, *aliquis* definio quibus mediantibus significatur utrum membrorum singularia sint unum an plura, et si sint, an quaedam utriusque membri cum alterius membri singularibus sint conjuncta, et quaedam non conjuncta, an vero [non] quaedam sint conjuncta. Usus universalis est, ut *si omne A est B, quovis A oblato possum dicere est B*. Forsan τὸ *omnis* resolvitur in *si, omne A est B*. Ergo *si quid est A, id ipsum est B*. Resolverem quidem Universalem *omnis* in, *si*. Verum cum vel omnis vel saltem maxima pars primarum seu immediatarum Enuntiationum universalium ex experientia habeatur, et non ex interno intellectus lumine, non potest resolvi in τὸ *si*, quia τὸ *si* est ex intellectus literis congenitis seu innatis, *omnis*

[33] conjunctiones syncategoretici respectivi seu conjunctionales

[34] *Am Rande*: NB.

2 latibus *L ändert Hrsg.* 14 *Saltem* (*1*) itaque (*2*) differt *L* 31 seu (*1*) conditi (*2*) conjunctionales *L*

vero ex Experientia, nam quo resolvitur τὸ *omnis* principiorum eo resolvitur et τὸ *omnis* conclusionum. (+ Responderem etsi nos per experientiam discamus propositiones primas plurimas, tamen eas non ideo veras esse sed ex connexione ipsarum notionum. +)

Synnoema universalitatis et determinatae multitudinis simul possunt efficere idem autonoema tam ut noema quam ut enuntiatum, verb. gr. *quaelibet quatuor rectae quarum quaelibet tres simul sumtae sint majores reliqua quadrilaterum circulo inscriptibile possunt constituere*, vide Vietam prop. 3. de quadrilatero. *Triangulum acutangulum habet omnes suos angulos acutos* si ita interpreteris *Triangulum Acutangulum habet angulos quorum quilibet est acutus* vim eius non satis exprimis, nam et rectangulum triangulum habet angulos (nempe duos) quorum quilibet acutus.

Cum dicimus *vel A vel B est*, enuntiamus simul quatuor propositiones *si A est B non est*, *si B non est A est*. *Si A non est B est*, *si B est A non est*. Verum contractio illa in unum non est mentalis sed verbalis. Similiter consuetudo potuisset introducere notam significantem reciprocationem inter *L* et *M*. Tale est *omne solumque L est M*. Sciendum est etiam revera duas tantum propositiones Hypotheticas dici per *vel*, binae alterae ex his consequuntur.

*Dodecatemoriorum Zodiaci quodlibet consequens alicuius sui praecedentis nullum praecedens praecedit*. Et *dodecatemoriorum Zodiaci quodlibet consequens nullius sui praecedentis quodlibet praecedens praecedit*. Priori opponitur: *dodecatemoriorum Zodiaci quodlibet consequens praecedit cujuslibet sui praecedentis aliquod praecedens*, posteriori *dodecatemoriorum Zodiaci quodlibet consequens praecedit alicuius sui praecedentis quodlibet praecedens*. Videtur esse compositio contradictoria, sed est contraria, vid. *Contrar*[*ietas*] *obliq*[*ua*]. Duae itaque falsae istae si restringantur arctius verae fiunt.

Synnoema quantificativum vel est Numerale vel Infinitum, vel Commensurativum. Numerale singularis vel pluralis. Singularis indeterminate ut *aliquis*, determinate *unus tantum*. Pluralis generice specifice. Generice absolutum particulare, respectivum. Respectivum *multi pauci*. Specifice determinate, indeterminate. Indeterminate: *ante retro*. Infinitum ut *infiniti sunt Numeri*. Commensurativum (quia applicat quasi subjectum praedicato) Universale: *omnis*. Appropriativum seu Exclusivum *solus*.

2 f. primas (*1*) plerasque (*2*) plurimas, *L* 8 *acutos* (*1*) non ita (*2*) si *L* 10 exprimis, (*1*) posset etiam habere duos (*2*) nam *L* 10 habet (*1*) duos (*2*) angulos *L* 15 significantem (*1*) coincidentiam (*2*) | reciprocationem *erg.* | *L* 15 inter (*1*) *B* et (*2*) *L* *L* 16 Sciendum (*1*) tamen est (*2*) est etiam *L*

7 F. Viète, *Pseudo-Mesolabium et alia quaedam adiuncta capitula*, Paris 1595, adi. cap. I, prop. III (*Opera mathematica*, hrsg. v. F. Schooten, 1646, S. 275–283). 24 vid.: nicht aufgefunden.

Nullum[35] reperitur exemplum demonstrationis, qua Enuntiatio reciproce vera una et eadem demonstratione verificetur, sed semper conversa demonstratur peculiari demonstratione, quare neque opus est ut unica Enuntiatione enuntietur, quod etiam intellectus consuetudo non fert (+ forte fieri posset si verba haberemus apta ad utrumque designandum simul, si semper in demonstrando adhiberentur reciprocae, idque revera fit in Algebra +).

Universalitas in enuntiatione extra enuntiandi actum ut *spatium circa punctum replere dicuntur corpora numero finita quae unum punctum commune habent, quod nulli praeterea corpori nullum dictorum corporum penetranti commune esse possit.*

Afficitur universalitate simul notio Terminans et substrata· *filios habens omnes masculos*, *superficies latera omnia habens recta.* Aequipollet *habens filios omnes quos habet* seu *suos mares*; his duabus notionibus: *habens filios*, et *non habens filium non marem*· simul sumtis.

Conceptus extensivi seu quantificantes (syncategoretici quantitatis) definiri possunt qui in *unum* et *multa* resolvuntur; ita ut in nullam multitudinis speciem sive etiam[36] specificus aliquis conceptus, sive infima sit, sive superior resolvantur. Infinita sunt *multa sine numero*, *pleraque* seu *maxima pars*, item *Minima pars* (nam *minimum* et *parvum* nil specificant, quia nil habent per se primum in quod resolvantur[)], *solus* resolvitur in *omnis*. Videtur etiam admittenda *dimidia pars*, *homines qui ante 80. annum moriuntur plures sunt, quam qui eum superant. Dimidia pars oculorum est dextra.*

Synnoema certificatum: *possibile necesse*, *contingit*, *impossibile*, oritur ex synnoemate quantificativo.

Notionum CONSEQUENTIAE et compatibilitates, seu negatae oppositiones.

Notiones inter se participes dicantur *A* et *B* sive notio *A* dicatur particeps notionis *B*, et notio *B* notionis *A*, si quoddam *A* sit *B*, et quoddam *B* sit *A*, ut vinum et fulvum. (+ Si sunt compatibiles. +)

Notio est notionis consequens (reciproca amplior), antecedens (reciproca strictior), particeps (compatibilis), repugnans.

---

[35] *Am Rande*: 𝔑

[36] *Darüber*: 𝔑

1 (*1*) Rec (*2*) Nullum *L* 4–6 (+ forte . . . Algebra +) *erg. L* 11 *recta.* (*1*) Aequipollent haec duae: *habens filios omnes quos habet* seu *suos mares*; et (*a*) *habens non* (*b*) *non habens filium non marem.* (*2*) Aequipollet *L* 23 et (*1*) partici (*2*) compatibilitates . . . oppositiones. *erg. L*

Notionum consequentia et aequipollentia. *Angulus A soli maximo lateri C in quovis triangulo opponibilis B.* Et *angulus A lateri non maximo C in ullo triangulo opponibilis B*. Posterior tamen haec minus dicit quam prior, itaque logice consequitur ad illam, nam non indiget speciali demonstratione, neque continetur in ea ut inclusa in includente seu ut minus determinata in magis determinata. Interim tamen ad priorem consequitur posterior ut amplior ad strictiorem.

Notio ad notionem consequitur vel reciproca ad reciprocam vel amplior ad strictiorem utraque synnoematice vel noematice. Aequipollent *Angulus soli lateri maximo in quovis triangulo rectilineo opponibilis*, et *Angulus et lateri maximo in triangulo rectilineo opponibilis, et non maximo non opponibilis*. Characteristice *A cum B ad solum C*, et *A cum non B ad non C*. Item *A cum B ad solum C*, et: *A et cum B ad C et cum non B ad non C*.

NOTIONES OPPOSITAE (contrariae ) quae de eodem subjecto non possunt praedicari. *Consistens est quod suos terminos retinet nec alienis se accommodat*; *fluidum quod terminos a vase recipere aptum est.* Opponitur ergo *consistens* et *fluidum*, ut *terminos mutans* et *non mutans*, *terminos eosdem retinens non retinens. Siccum humido* ut privatio. *Caloris* et *frigoris* notiones quia vel simplices et irresolubiles, vel confusae sunt, certam oppositionis speciem non declarant. *Fluidum* eadem facilitate et dividi et rursus coire potest, *molle* non ideo inter *fluidum* et *durum* est medium.

Notiones contrariae. *Linea* vel *ad easdem superficiei partes cava*, vel *ad diversas* et haec vel sinuosa est vel nodosa. Sinuosa  nodosa . (+ Revera nodosa est ad easdem partes cava seu non habet flexum contrarium. [ +)] *Admirari contemnere. Maius minus. Metuere sperare. Bonum malum.*

Oriuntur[37] notiones contrariae per consequentias a rectis ad obliqua, idque vel a privative oppositis *congruum incongruum, rectum curvum*, vel a relative oppositis *Maius minus*, *augens minuens. Do*, *aufero. Ascendo*, *descendo.*

Etsi notio *inaequalitatis* videatur privativa, tamen in re ipsi respondet vera relatio.

[37] *Am Rande*: 𝔑 *und schräge Anstreichung*

1 *A C erg. über Angulus lateri L* 2 *B erg. L* 2 *A C erg. über angulus non maximo L* 3 *B erg. L* 8 noematice. (*1*) Noe (*2*) Amplior ad strictiorem noematice consequitur aliquando ut me (*3*) Aequipollent *L* 16 *terminos eosdem . . . non retinens erg. L* 19 f. medium. (*1*) *Linea* est (*2*) Notiones *L* 22 contrarium. (*1*) Contrariae (*2*) *Mira* (*3*) *Admirari L* 25 a (*1*) cor (*2*) relative *L*

*Molle* est *consistens* (*non fluidum* ) *alteri cedens. Durum non cedens* est ex compositione concretiva.

*Possidens pauca, multa*, contrarietas est ex compositione terminativa.

Puncta diametraliter opposita quae eandem diametrum terminant.

Contrarietas notionum omnis in contraria relata resolvitur.

Notiones contrariae dicuntur cum eadem notio respectiva terminatur relative vel privative oppositis.

Opponuntur *Acutus* et *Gravis* absolute, *acutior mediocri gravior mediocri*, *punire praemio afficere*; *ignem accendere extinguere*; *gigni interire*.

Privative opponuntur: *justus* (*promtus ad suum cuique tribuendum*) *injustus* (*ad non tribuendum*). *Recta curva quae secat planum in partes congruas non congruas. Rectum* et *planum* media inter *convexum* et *concavum*.

Respective opponuntur *majus* et *minus*. *Minus* definiendum non *quod aequale parti alterius*, sed *quod congruit*[38] *parti alterius*; alioqui cum aequale fit nec majus nec minus fieret circulus definitionum.

*Linea quae non secat in partes congruas, secat in incongruas*, demonstratur per Ecthesin. *A* 

*B* Recta *AB* non secat planum praesens in ullas partes congruas, et tamen secat in partes *C*, *D*. Ergo plani partes *C*, *D* non sunt congruae. Ergo *C* et *D* sunt incongruae. Ergo[39] (per consequentiam a rectis ad obliqua) quaecunque linea secat planum in partes *C*, *D*, secat in partes incongruas. At linea *AB* secat praesens planum in partes *C*, *D* ergo in partes incongruas. Quaeritur cur haec disjunctiva plena: *omnis recta secans planum in partes secat vel congruas vel incongruas*. Quae secat in partes congruas non secat in incongruas (ex axiomate contraria tollente). Quae non secat in partes congruas secat in partes incongruas (ex axiomate contraria ponente). Demonstratur per Ecthesin.

*A* 

*B* Recta *AB* secat planum suum in partes *C*, *D* secundum ipsam congruas. Ergo partes *C*, *D*, sunt partes in quas planum praesens secatur, sive 3) Ergo partes *C*, *D* secundum lineam *AB* sunt sibi congruae, aequipollentia duarum negationum 4) Ergo [*C*, *D*] secundum lineam *AB* non sunt sibi incongruae. Atqui *C*, *D*, sunt partes plani in quas VEL 4) Ergo *C D* partes plani a recta *AB* factae secundum lineam *AB* sunt congruae.

[38] *Schräge Anstreichung von »congruit« bis* definitionum.

[39] *Schräge Anstreichung von* Ergo *bis* ergo in partes incongruas.

5 relata (*1*) solvitur. (*2*) resolvitur. *L* 17 ullas *erg. L* 29 *B. C L ändert Hrsg.*

*Omnis angulus suo deinceps posito aequalis vel inaequalis est. Omnis recta rectae insistens angulos deinceps vel aequales vel inaequales facit.* Alexander ad l. 11 *Met.* c. 6. circa fin. vult *distemperamentum* esse *privationem temperamenti*. An ergo *dissonantia* est *privatio consonantiae*? Minime, quin *dissonantia consonantia* est *mixtura sonorum aures offendens oblectans. Gratum juvat*, *ingratum impedit.*

*Prius* et *posterius* non videntur resolubiles, ideo nec inversae, et tamen contrariae relativae.

CONCEPTUS CONTRARII vel nativi seu naturales simplices sunt et absoluti, si sunt, ut *calor* et *frigus*.

RELATIVI vide tit. *conc*[*eptus*] *relat*[*ive*] *contrarii.*

Terminatitii qui oriuntur si idem respectivus conceptus cum contrariis respectibus ut terminantibus componatur, et hi mentiuntur speciem naturalium seu nativorum, *descendit ascendit qui inferior superior fit quam esset antea.* Item contrarii sunt conceptus: *qui movetur ab A per B in C, seu a B per C in A, seu a C per A in B*; et *qui movetur a C per B in A, seu ab A per C in B, seu a B per A in C.*

Notiones oppositae positive Relativae vel Absolutae, utraeque resolubiles vel irresolubiles. ABSOLUTAE dicuntur CONTRARIAE, suntque vel simplices seu nativae vel resolubiles. Simplices nullae mihi notae sunt, sed ex opinione sunt hae: *calidum* et *frigidum*, *humidum* et *siccum*. RESOLUBILES nativarum speciem mentiuntur et ideo hactenus a nativis non discriminatae. Resolvuntur autem vel in relativas tam simplices quam compositas vel in contradictorias sub quibus etiam privativas comprehendimus. RELATIVAE sunt vel irresolubiles seu simplices, ut *prius* et *posterius*, vel resolubiles in relativas synonymas aequiparantiae per inversionem ut *majus* et *minus* in *congruum*, forsan etiam quaedam resolvuntur in relativas oppositas simplices ut *causa* et *effectus* in *prius* et *posterius.*

EXEMPLA eorum (+ absolutorum puto +) quae resolvuntur in relativos. *Descendere* dicitur *qui prius est remotior a centro, et post propior. Ascendere* contra. *Crescit quod fit maius quam erat antea seu seipso. Decrescit quod minus. Accusare excusare commendare*; *poena medium praemium*, *laudare vituperare* (resolv[untur] in contradict[orios] ), *odisse malum vel cupere absentiam*: *amare cupere bonum vel praesentiam fruitionem. Prodesse nocere*; *juvare*: *impedire*; *defendere*

11 f. contrariis (*1*) conceptibus (*2*) respectibus *L*

2 f. ALEXANDER VON APHRODISIAS, *In Aristotelis Metaphysica Commentaria*, in XI 6, 1063 b 7 (CAG I, S. 657.32). 10 Vgl. oben nach Fußnote 10.

*oppugnare. Erigere dejicere, sedare perturbare. Augere minuere. Attenuare*, *incrassare* (tam de figura quam de substantia ).

Quaedam sunt negative opposita et tamen vulgo habentur ut contrarie opposita. Ut *par impar* Bartholinus p. 178. *Logicae*. *Recta curva*, *sanum aegrum. Curva linea* est *quae superficiem planam dividit in partes quae quomodocunque mutuo applicentur necessario relinquatur alterum spatium inapplicatum. Recta linea* est, *quae planam superficiem dividit in partes quae ita sibi applicari possint ut nullum alterutrius relinquatur spatium non applicatum* (scilicet *inter ipsas terminativas lineas utriusque partis* ).

Generalius institui potest definitio: *Rectum continuamentum* (+ quo[40] recta linea et plana superficies comprehenditur +) *est quod ita dividit suum continuum*, *in partes quae ita sibi applicari possint* etc.

Notiones contrariae resolubiles *illustrare obscurare*, *absolvere condemnare. Acuere obtundere. Evacuare* *, *implere. In ordinem redigere* *, *perturbare*, *irritare*, *placare*, si *placare* vero significet *benevolum reddere* jam ex contrariis est. *Incipit esse quod immediate ante non erat*, *desinit quod non erit. Parallelogrammum datum reddere quadratius oblongius.*

Omnes tales binae oppositae notiones componuntur terminative, et notionem terminatam seu respectivam communem sive eandem habent,[41] terminantes autem notiones vel contrarias vel contradictorias. Et contradictorias quidem ubi posuimus *. Saepe est ambiguitas ut possint vel in contradictoria vel in contraria resolvi, ea ambiguitas toleratur, ubi abest periculum sophismatis.

Notiones contrariae *applicare datum spatium datae rectae, ut excedat deficiat, forma data. Excavare convexare.*

Quaeritur numquid hae notiones sint contrariae: *insistens cavae*, *insistens convexae.* Assero esse, non tamen primo intuitu videntur contrariae, quia assueti sumus ut singulis

[40] *Schräge Anstreichung von* (+ quo *bis* comprehenditur +)

[41] *Am Rande*: 𝔑

2 f. substantia. | Simp *erg. u. gestr.* | Quaedam *L* 15 si . . . est *erg. L* 20 autem (*1*) opp (*2*) notiones *L* 21 contraria (*1*) solvi (*2*) | resolvi *erg.* | *L*

4 f. Vgl. C. BARTHOLINUS, *Logica maior locupletata*, Kopenhagen 1625; vgl. auch *Enchiridion logicum*, Wittenberg 1612; 3. Ausg. Leipzig 1618, pars I, cap. 23, S. 187.

vocabulis notentur, et per consequens instar simplicium et nativorum contrariorum accipiantur. Verum[42] si contrariorum resolubilium notio relativa Terminationem postulans est 1° faciens, 2° existimans, 3° pronuntians, declarans harum enim trium una esse solet. Quidni etiam possint aliae esse relativae notiones, si modo notio terminans in Ecthesi de eodem singulari intelligatur, alias non contrariarentur. Sicut igitur non potest eadem linea simul augeri et minui eandem lineam, ita neque eadem recta simul ejusdem peripheriae cavum et convexum potest insistere, nam quae secat, nec cavo nec convexo insistit.

CONCEPTUS CONTRADICTORIUS intrinsece: *peripheria infinita*, nam si in se recurrat non erit infinita. *Figura similis cuivis triangulo*, *magnitudo aequalis cuivis magnitudini*.

Notio contradictionem implicans ut *figura angulum habens semirectum* nam figura aequiangula ὀλιγο-πλευρωτάτη scil. est μικρογωνιωτάτη omnem angulum habet bessem recti. *Triangulum planum rectilineum omnes angulos habens rectos*; *quadrilaterum omnes angulos habens acutos.* Quaeritur an in hac notione contradictio notionum (interna) *diameter quae omnibus ejusdem circuli diametris sibi inaequalibus major est.* Respondeo ad minimum esse ineptam: vid. *Notio superlativa comparativa.*

Contradictio interna in notionibus idem quod implicata, ut si dicam μονομερής, hoc est *unam partem habens*.

NOTIONUM SIMILITUDO (vid. *Concept*[*us*] *Essen*[*tialis*]) eosdem habet gradus quos similitudo aliarum rerum. Ut duo corpora dicuntur solo numero differre si congrua prorsus sunt figuris et praeterea congrua coloribus odoribus densitate asperitate (quamvis haec etiam sub figura comprehendi possit). Ut si album unius applicetur albo alterius, tum etiam nigrum unius applicetur nigro alterius. Ita duae testae mituli etiamsi per omnia convenirent tamen ne figura quidem essent congruae. Ita duae pyramides etiamsi prorsus figura convenirent, eosdem etiam colores habeant, tamen si non eodem ordine convenirent colores coloribus quo hedrae hedris, tunc solo numero non differrent. In summa ea differunt numero solo quae nulla ratione distingui possunt, ut si tibi tradam *A* et ad me recipiam et rursus tradam *A* vel *B*, nescias an *A* an *B* accipias (+ narratio de deciphratore

[42] *Schräge Anstreichung von* Verum *bis* solet.

2 contrariorum (*1*) relativorum (*2*) resolubilium *L* 9 nam (*1*) in (*2*) si *L* 15 f. contradictio (*1*) interna (*2*) notionum *L*

17 Vgl. oben nach Fußnote 15. 20 Vgl. unten bei Fußnote 67.

qui accepta Epistola deciphranda, plures emisit per omnia similes inter se, dubitatur an vera inter illas +), ut interdum ovum ovo, cerasum ceraso, lac lacti. Nam liquida difficilius distinguuntur quia eandem figuram non retinent.

Solo numero limitate seu secundum quid differre dicuntur si duae res secundum certos conceptus ex certis literis compositos concipiantur tantum, seclusis caeteris omnibus conceptis qui alias literas requirunt. Ut si corpora superficies lineae abstracte hoc est ex sola figura spectentur, tum ea solo numero differre censentur quae congruere possunt, uti duae pyramides etiam si non eodem ordine colores coloribus congruant quo hedrae hedris, imo si nullam ceteram quam geometricam congruentiam habeant, tamen simpliciter congruae dicuntur quia eodem loco esse possunt, aliis vero omnibus rebus ne possunt quidem congruere, nisi quantitate congruant, quia etiamsi utraque nigra sit tota, tamen nigredines non possunt esse nisi extensae, quod si nigredines differant figura etiam nigredinum extensio figura differet, atque ita ne nigredo quidem a nigredine solo numero differt. Similiter si duae res secundum quosvis conceptus solo numero differant exceptis iis qui ex situ, et per consequens ex figura oriuntur; ut duo liquores, si prorsus conveniant, nec considerare propositum sit eorum figuram, quia eam quasi singulis momentis variant, dicentur duo isti liquores solo numero limitate differre. In primo modo limitatae solo numero differentiae literae certae erant, in quibus similitudo seu convenientia ponebatur, in secundo modo literae certae sunt in iis conceptibus, quibus differant an non differant non consideratur. Prior dicatur affirmativa, posterior negativa. Ut si *A* et *B* dicantur *differre solo numero quoad conceptus essentiales*, est limitatio affirmativa, si dicam *A et B differunt limitate solo numero, exceptis vel non consideratis conceptibus accidentariis* est negativa limitatio solo numero differentiae. Potest forsan affirmativa si resolvatur fieri negativa, et contra, quod amplius considerandum, praesertim in conceptibus seu praedicatis Essentialibus, vide tit. *conceptus essentialis.*

NOTIO HYPOTHETICE COMPOSITA, ut per *si*. Vid. *Notio mixogenea.* Item vid. *defin*[*itio*] *motuum et subjecto et atomis congruorum.* Lib. 8. *phys.* t. 79.

NOTIO DISJUNCTIVA *sexus* est *organizatio animalis quae facit ut animal sit aut mas aut foemina*,[43] seu *quae facit ut speciem propagare possit aut principium activum aut materiam conferendo*, sed tunc definitio non amplius nominalis est.

---

[43] 𝔑 vel *sexus est differentia seminalis quoad marem et foeminam*

14 si (*1*) duo liquores (*2*) duae *L* 16 sit | considerare *str. Hrsg.* | eorum *L* 30 *principium* (*1*) *aut* (*2*) *activum L*

---

26 Vgl. unten bei Fußnote 67. 27 f. vid.: beide nicht aufgefunden. 28 ARISTOTELES, *Physica*, VIII, 10, 266 a 23 – b 6, bes. a 31 – b 2.

*Si* IN NOTIONIBUS. *Calcarius lapis* est, *qui si coquatur vertitur in calcem.*

NOTIO DISJUNCTIVA *modus* est *differentia assignificationis verbi* (grammatice sumti) *in quantum vel directe id pronuntiatur quod thema significat vel indirecte inclusa simul significatione alterius verbi regentis a quo huius verbi significatio pendet.* Ut *lege* hoc est *jubeo ut legas* (*te legere*), *volo ut legas*, *rogo*, *permitto*, *hortor*, *cupio experiri utrum ausis legere*, ut *lege si audes.*

Ῥοπὴ est *corporum ad motum perpendicularem inclinatio sursum* (vel *deorsum*) haec notio non est disjunctiva.

Notio disjuncta, *vel vel vel*, est definitiva notio proportionalium in def. 6. l. 5. Eucl[idis] et quidem triplex.

NOTIO DISJUNCTIVA in definitionibus saepe praecaveri potest ut *aequalia sunt quorum neutrum alterius parti vel per se vel partes congruum est.* Subseritne notioni disjunctivae eius membrum alterum non exclusim, sed abstractim sumtum: *Aequalia sunt quorum neutrum alterius parti per partes congruum est* (*per partes congruum* si sumatur non exclusim, scilicet tantum *per partes* etiam includit id quod *per se congruum* est. Nam quicquid per se congruum est, id etiam per partes congruum est[)].

CONCEPTUS DISJUNCTIVUS an vere sit unus compositus (vid. *Concept*[*us*] *Negativ*[*us*]). Videtur esse quamvis sit compositus nam posse praeter, *et*, *tamen*, etc. etiam *si* conceptuum compositioni inservire jam probatum est, jam omne *aut* in *si* resolvitur. Et si vere unus est conceptus *aequalitatis*, *quod nec majus nec minus est, et tamen comparabile*, quidni *inaequalitatis* conceptus vere unus esset, scilicet *comparabile quod aut maius aut minus est.* Sed disjunctivus conceptus interdum in purum resolvitur, et aliquando licet id fieri possit, tamen usitatius et quoad Grammaticam consuetudinem commodius disjunctive effertur, ut *zahlbar mahl* dicimus: *ein oder mehrmahl.*

CONCEPTUS est purus (simplex vel compositus ) conditionatus per *si* vel per *aut.* Particula *Et* videtur quasi per accidens componere nam *vir prudens et justus* idem est quod *vir prudens justus.*

1 f. *calcem.* (*1*) *Modus* est (*2*) NOTIO *L* 9 *vel erg. L* 21 esset, (*1*) *quod* (*2*) scilicet *L* 26 purus (*1*) simple (*2*) (simplex *L*

9 f. EUKLID, a.a.O., lib. V, def. 6. 17 f. vid.: nicht aufgefunden.

Conceptus disjunctivus est bijugus trijugus (+ etc. +).

Quaeritur an non quodam nomine comprehendi possint hi disjunctivi: *id quod paret vel imperat*; forsan *id quod imperio sociatum est*, seu *id quod alteri ita sociatum est, ut alterutrum illorum imperet. Sociatum*: *collaterale*, *imperans*, *parens. Comparabile*: *aequale maius inaequale. Natura* est *principium motus aut quietis aut utriusque. Ordinatum* est *quod aut extremum aut medium est.* Figura circumscripta item inscripta si in genere ut tam circulum quam rectilineas comprehendens definienda sit, disjunctivus conceptus requiretur, vid. tit. *literarum Geometricarum.*

*Limitativa Enuntiatio est quae vel limitans est vel limitata.* At *duae collimitativae* hoc est *duae limitative differentes*, *duae limitatitiae contrariae, quarum altera altera est amplior*. Quaeritur an haec definitio ex conceptu disjunctivo constet? (Definitio mihi non est conceptus ut Rameis, sed enuntiatio.) Respondeo, etiam. Nam in τῷ *altera* latet disjunctio, et si resolvas *collimitatitia* est *quae vel amplior vel strictior est altera.*

*Anguli convexitas et cavitas* uno[44] conceptu comprehendi nequit nisi ita: differentia quoad convexitatem et cavitatem potest communi appellatione dici *anguli vergentia*. Nam datis omnibus quadranguli lateribus et diagoniorum altero requiritur etiam ut vergentia angulorum diagonio dato subtensorum detur. *Sexus differentia animalis secundum marem et foeminam*. Ita perpendicularis casus notus dicitur si notum est utrum extra vel intra angulum cadat.

Enuntiationis vel conceptus alicuius amplitudo

actualis { universale<br>singulare } forsan redigitur ad: Numerus { unitas<br>multitudo }.

CONCEPTUS DISJUNCTIVUS (seu ALTERNATUS uti etiam in Enuntiatione innovandum), tales sunt hi nobiles conceptus, si unus conceptus dici mereatur: *sexus*, *prosthaphaeresis*, *liptothesis* ut cum dico, *duos speciosos numeros habere partes omnes ordine congruas tantum prosthaphaeresi*, scil. *signis seu liptothesi discrepantes*, qualis hic conceptus? Num unus? Ais forsan prosthaphaeresin esse idem quod

[44] *Schräge Anstreichung neben* uno *bis »cavitatem«*

9 *est* (*1*) *vel limitans vel limitata*. At *duae colli* (*2*) *quae* *L* 27 conceptus? (*1*) Sicut igitur (*2*) Num *L*

8 tit.: nicht aufgefunden.

differentiam, sicut itaque differentia abstrahit ab excessu et defectu, ita prosthaphaeresin ab additione et subtractione. Tale quid forsan etiam commune esse potest multiplicationi et divisioni, seu ductioni et applicationi. Respondeo, *differentia duarum quantitatum* non est conceptus disjunctivus, quia ita resolvitur: *id quo una earum aucta aequatur alteri.*[45] At *differentia quantitatis a quantitate* hic conceptus est disjunctivus quia non nisi disjunctive resolvi potest. Correctio: imo et hic disjunctivus est *differentia* ut mox dicetur.

Conceptus disjunctivus est perfugium desperantis conceptuum resolutoris, *Nothhelffer*, *Nothbedarff*. Ita Affirmatio vel Negatio qualitas Enuntiationis. Prosthaphaeresis in Zeteticis numeris etiam ligatura dici potest vel etiam thesis.

Conceptus disjunctivus vel Alternatitius simpliciter seu expresse (Correct. formaliter ) secundum quid seu implicite (corr. individualiter ). Cum disjunctio latet in τῷ *alter altero* membra tamen disjunctionis seu Alternationis non sunt conceptus specifice differentes sed singularitate tantum, seu cum objecta conceptuum disjunctorum non specie sed individuo tantum differunt. (+ NB. +)

Conceptus compositus per *An* primo *mensurata quantitas, cum an commensurabiles vel incommensurabiles sint, plures considerantur.*

Conceptus Hypotheticus interdum definitio est, vide definitionem causae, item syllogismi, item prius et medium in mediatim ordinatis, vid. tit. *ordinis* item tit. *syncategorem. conjunct.*

Conceptus hypothetici componunt conceptus inter se absolutos. (+ NB. +) Conceptus Hypothetice compositus etiam iste est: *quantitas quae etiamsi quantumcunque multiplicatur non potest tamen excedere aliam.* Hic necessaria est conceptiuncula *Quod* quam particulam Grammatici relativam vocant, cum abusive sit relativa, ut cum ponitur *qui hic, is* hoc est quando non concretat, ut ita loquar.

---

[45] *Am Rande*: NB.

8 desperantis (*1*) resolutoris, *Nothhe* (*2*) conceptuum *L* 15 sed | seu *str. Hrsg.* | individuo *L* 19 f. tit. (*1*) *syncategorematum* (*2*) *syncategorem.* *L* 23 *potest* (*1*) *componere* (*2*) *tamen excedere* *L*

---

18 causae: vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. V, cap. XIII, 2, u. cap. XIV, 48; oben nach Fußnote 19. 19 syllogismi: J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. III, cap. V, 8; vgl. oben nach Fußnote 19. 19 *ordinis*: JUNGIUS, *Nachlaß*, Pe. 70 Bl. 102–137. 19 f. *syncategorem. conjunct.*: vgl. oben vor Fußnote 32.

CONCEPTUS ALTERNATIVUS SEU DISJUNCTIVUS. VITIS differentia secundum quam dicitur stans, recumbens, arbustiva, cantheriata, compluviata, characata, pergulata, quodnam habet commune genus? Videtur perinde esse ac si quaenam differentia animalis secundum marem et foeminam quodnam habet commune genus. Genus dicitur sexus. Sed communis conceptus quis est? Constat is ex positivo et privativo alternatim.

Quis est communis conceptus *luci* et *tenebris*, *diei* et *nocti*, *paci* et *bello* (sub *die* comprehendo crepusculum et diluculum, sub *pace* inducias), *frigori* et *calori*, *somnio* et *vigiliae*, *otio* et *occupationi*, *amicitiae* et *inimicitiae*. Respondeo 1° Quaedam horum sunt contraria resolubilia hoc est ex respectibus et privantibus seu negationibus orta; et inter ea cadit medium, ut *amicitia* et *inimicitia*; inter haec cadit *indifferentia*. Amicus qui omnia mihi quaerit felicia, inimicus contra qui perniciem. 2° Quaedam sunt privantia vulgaria, seu simplicia, seu non mutua. Nam negativae notiones sunt *tenebrae*, *otium*. 3° Quaedam sunt privantia mutua, ut *somnus* est *obtenebratio* seu *gravatio* seu *repletio exteriorum sensuum* vel *sensoriorum a vaporibus alimentariis* (est notio affirmata) et *proxima ineptitudo eorundem ad sensionem* (est notio negata) seu *feriatio eorundem a sensione*.[46] *Vigilia* est *puritas sensoriorum a talibus vaporibus* (est notio negata) et *proxima aptitudo eorundem ad sensionem* [(]est notio affirmata[)]. 4° Quaedam denique sunt contraria irresolubilia seu primo contraria ut *frigus* et *calor*. Quae ego tamen refero ad privantia non mutua, nam *frigus* censeo ita opponi *calori* ut *tenebras luci*.

CONCEPTUS CONJUNCTIONALES. Huc pertinent, Copulati, Disjuncti, Conditionales, Ratiociniativi (*quia*), Conciliativi (*tamen*). Conceptiuncula conjunctiva est quae conjungit conceptus INTER SE ABSOLUTOS; idque tripliciter: Primum jungit conceptus inter se absolutos, quorum uterque tamen tertio alicui communi respective (vel concrete si concretum in respectivum non resolvatur) cohaeret. Ut *vir doctus, et prudens*, id est *instructus doctrina et prudentia. Aequale circulo et quadrato. Aliquod dulce* est *et flavum et liquidum*. 2) Quorum alter tantum alicui tertio respective (vel concretive) cohaeret. Ut *id quod si cognoscatur prius alterum commodius cognoscitur*. 3) Quorum neutrum tertio alicui respective cohaeret, quod an sit dabile, quaeritur statim. Objectio: si unus conceptus fit per numerum (ut *tres anguli trianguli sunt duobus rectis aequales*) quidni et per copulam *Et*? (Uti *et maximus et*

[46] *Am Rande*: NB.

4 Genus (*1*) id est (*2*) dicitur *L* 5 Sed (*1*) differentia (*2*) communis *L* 21 est *erg. L* 28 neutrum (*1*) alteri (*2*) tertio *L* 29 quaeritur (*1*) prius (*2*) solus (*3*) statim. *L*

*minimus, et medius angulus aequales sunt et uni recto et alteri recto* seu *maximus minimus et medius aggregati*, seu *aggregatum maximi minimi et medii*.[)] Confer: *et planus et rectilineus et acutus angulus, hic tres inter se absoluti* conceptus junguntur per *Et*, cum sint concretive in uno communi tertio conjuncti.

*Situs puncti* est *distantia puncti a tribus punctis et angulus qu*[*em*] *ut vertex cum eorundem trium duobus quibusvis constituit*. Vel si tantum per distantias concipis situm, *situs puncti* erit *distantia eius a tribus punctis*. Ut ut sit, si dabilis est talis compositio constat posse ad respectivam revocari. Qui conjunctionaliter componuntur, per accidens componuntur, cum enim inter se sint absoluti, natura sua inter se componi non desiderant.

CONCEPTUS INTER SE ABSOLUTI sunt duplices, 1) qui inter se nullo respectu affecti sunt, ut *doctrina* et *prudentia*, et 2) qui inter se respectu quidem aliquo.[47] *Defini*[*ta*] *infinita*, *maximum minimum*. *Minus* est *quod alterius parti congruum est*, *congruum* est *alteri quod ei totaliter applicabile cui alterum totaliter applicabile est.* 


Ita *AB* minus est quam *AC* quia *AB* congruum est ipsi *DC*, nam *AB* et *DC* eidem applicabilia sunt. (+ NB. +) (+ quanto satius dixisset *quia AB congruit ipsi AB parti alterius, AC* +).[48] *Aequale* est *quod omnibus iisdem majus et omnibus iisdem minus est. Comparabile* est, *cujus aliqua pars alterius parti aequalis est. Terminus minimus alicuius rei.*

*Nur viel. Nur etliche. Aliquod*, *pars-omnis*. Ergo *Multus*, conceptus prior est quam *Omnis* et *omnis* quam *aliquis*.

Sint quotcunque Numeri ordine dispositi quorum proxime prior, metiatur proxime posteriorem. Dico omnem assumtum Numerum qui metitur aliquem priorem metiri omnem eo posteriorem. Is numerus quem assumtus numerus metitur vocetur primus, eo proxime posterior secundus ac sic deinceps (est definitio infinita). Jam qui metitur mensorem metitur mensuratum, demonstratum est a Clavio postulato XI, sed quilibet proxime prior est mensor proxime posterioris. Ergo qui metitur quemlibet priorem,

[47] *Am Rande*: 𝔑

[48] *Am Rande*: NB.

5 *quos L ändert Hrsg.* 23 f. metiri (*1*) et aliquem (*2*) omnem *L* 24 Is (*1*) primus (*2*) numerus *L* 25 infinita.) (*1*) Nam (*2*) Jam *L*

25 f. EUKLID, a.a.O., lib. VII, post. 11.

metitur et proxime posteriorem. Vel sic: Omnis mensor quemvis suum mensorem communem habet cum suo mensurato. Sed omnis prior est mensor proxime posterioris. Ergo omnis prior quemvis suum mensorem communem habet cum proxime posteriore. 2) Ergo qui metitur mensorem proxime posterioris, metitur quoque ipsum proxime posteriorem. 1) Qui metitur mensorem metitur quoque mensuratum. 3) Sed qui metitur quemvis priorem, metitur mensorem proxime posterioris. Ergo qui metitur quemvis priorem metitur quoque proxime posteriorem. Ergo qui metitur primum, metitur quoque secundum. Et qui metitur secundum metitur tertium, et qui tertium metitur quoque quartum.

Demonstratio infinitorum mediorum. Consequentia Executiva. Recurrentia seu revolutio conceptus et enuntiationis.

RELATIVA. Syllogismus relativus simplex. *Omnis figura major est omni sibi* (id est *eidem figurae*) *inscripta figura. Circulus est figura, Ergo circulus major est omni sibi* (id est *eidem circulo*) *inscripta figura.* Si ita corrigere instituas: *Omnis circumscripta* (sc. *alicui figurae*) *figura major est quavis quae eidem circumscriptae figurae inscribitur. Omnis circumscriptus circulus est circumscripta figura. Ergo omnis circumscriptus circulus major est quavis figura, quae eidem circumscriptae figurae inscribitur. Omnis figura circumscripta alicui figurae, major est eadem figura. Omnis figura major est omni figura, cui eadem circumscripta est.* At Compos[itus] *Quod ab eodem majori differentia deficit, minus est quam quodvis quod ab eodem minori differentia deficit. Triplum ab eodem majori diff*[*erentia*] *deficit. Ergo triplum minus est quam quodvis quod ab eodem minori differentia deficit.* At[49] syllogismus relativus simplex: *Omnis magnitudo quae nec major nec minor est aliqua magnitudine aequalis est eidem magnitudini.* Ergo per promotionem: *Omnis magnitudo aequalis est omni magnitudini qua* (*eadem*) *nec major nec minor est. Ergo omnis magnitudo aequalis est omni ei magnitudini quae nec major nec minor eadem est. Omnis circulus est magnitudo. Omnis circulus aequalis est omni magnitudini quae nec major nec minor est circulo.*

*Omnis*[50] *homo amat eum quem genuit*, non est vera. *Omnis qui genuit filium amat eum quem genuit.*

---

[49] *Schräge Anstreichung von* At *bis »magnitudini«.*

[50] *Am Rande*: NB

1 sic: (*1*) Qui (*2*) Omnis *L* 14 *sibi erg. L* 29–S. 1263.1 *genuit* (*1*) s. *Omnis A* (*2*) *Omne L*

*Omne*[51] *A est C ad D ab A. B est A ad D. Ergo B est C ad D ab A.*

*Omnis prudens servat id quod* (*ipse*) *promisit.* Non est simpliciter verum. *Atqui quidam prudens nihil promisit. Ergo nec servat id quod promisit. Ergo omnis prudens qui promisit, servat id quod promisit.* Semicomma seu comma peculiare requiritur inter subjectum et praedicatum.

Demonstratio
- Executiva A
- reflexivaubi infinita sunt media.

Et ita cognoscitur ab intellectu uti: *omnes maximae aequales sunt* (*quae prior*, *quae major est omni*, *qua nulla est major*[)].

*Idem alicui producto quo productum congruum est alteri.*

*Prius quod a pluribus cognosci potest, observative.* Etiamsi non addatur *observative* ⟨ – ⟩, tamen quod tam prius quam posterius aeque cognosci per demonstrationem et supputationem potest, aeque enim Eclipsin praeteritam supputare possum quam futuram.

Concretus
- confuse (*album est dulce*)
- distincte
  - denominative ut denominatur
    - substantia
    - aggregatum qualitatum et omnium quae se in eodem loco penetrant; tam substantiae quam virium, quam sensibilium qualitatum, similare, dissimilare.
  - aggregative ex *substantia* et *albo*

Omne *si* reale oritur ex *quando*.

*Si* etiam rationis quoddam est, ut: *Causa est id quod si sit aliquid est. Si figura est trilatera est quoque Triangula. Etiamsi nullus sit ordo temporis, imo ne naturae quidem*, *imo si nullus ab intellectu consideretur tamen potest consequentiam deprehendere, ut »si nulla fagus est quercus etiam nulla quercus est fagus«.*

DUAE VIRTUTES INTELLECTUS: componere, ET; consequentare, SI. Ex *si* oritur *tamen*, *aut*, *quamvis*. Compositio *Et Et*, *Non sed*: *et Eurus et Zephyrus ruunt. A et B sunt fratres*, hic etiam jungit *A et B* terminos absolutos ad unum relatum.

[51] *Schräge Anstreichung neben »Omne« bis »B est C ad D ab A.«*

12 demonstrationem et *erg. L*

NOTIONES INTER SE RECIPROCAE (+ convertibiles +). Notiones reciprocae *figura plana tot diagonios habens* (*admittens*) *quot latera*, id est *pentagonum. Bis tot heptagonum*, *ter tot Enneagonum.*[52] *Figura habens diagonios continue cohaerentes* et *figura imparilatera. Angulus non acutus* sive *angulus acuto major tam in rectilineis quam sphaericis. Triangulum*[53] *habens unius anguli compl*[*ementum*] *duplum ad utrumvis reliquorum*. Haec quasi coacta est posterior. At *Triangulum isosceles rectangulum*, haec natura prior.

NOTIO RECIPROCA vel per Experientiam seu inductionem vel per demonstrationem.

Si *Ellipticam* definias *planam bis aequicruram uno homogeneo motu descriptibilem* et *Homogeneum motum qui iisdem legibus totus continue perficitur*, forsan haec notio definitiva *Ellipticae* subsistere potest quia nimirum aliis *Ellipticae* notionibus reciproca est, praesertim si addas *non sinuosa*,[54] nec enim hactenus reperta est linea definitioni huic datae congruens quin simul Ellipticae secundum definitionem Cono-tmeticam deprehensa sit esse eadem. Intutum tamen est ex negativa experientia praescitum in Geometricis hoc statuere cum demonstratione affirmativa demonstrari nequeat hanc notionem hac definitione traditam aliis *Ellipticae* reciprocam esse notionibus.

1) *Liquidum in eodem medio liquido plus ponderans* 2) *liquidum in quo idem ponderosum minus ponderat* (ut aqua in aëre plus ponderat quam oleum et in aqua lignum minus ponderat quam in oleo) 3) *liquidum supernatans alteri liquido* 4) *liquidum* ita *expulsum et expellens aliud liquidum*, ut aër ab aqua expulsus expellit aquam in satyrisco, seu fonticulo Heronis.

Est et reciprocarum notionum exemplum in hac definitione, *angulus figurae subtendi dicitur a recta quae nectit terminos laterum duorum angulum istum continentium*. Aequipollent: *triangulum* et *figura omnem angulum suum a latere aliquo suo*

[52] *Am Rande*: NB.

[53] Hic vanae observantur singulares proprietates.

[54] *Am Rande*: ℑ

1 (+ convertibiles +) *erg. L* 3 *Enneagonum.* (*1*) Notiones recipro (*2*) *Figura L* 9 *bis erg. L* 11 potest (*1*) praesertim (*2*) quia *L* 12 *non* (*1*) *similia* (*2*) *sinuosa*, *L* 17 *medio* (*1*) reciprocu (*2*) *plus ponderans* (*3*) *liquido L* 19 quam (*1*) oleum (*2*) in *L* 22 et (*1*) reciprocae notionis (*2*) reciprocarum notionum *L*

21 HERON VON ALEXANDRIEN, *Pneumatica*, I, 37 u. II, 22.

*subtensum habens*. Aequipollent etiam seu reciprocae inter se sunt: *Ex eodem extra dato puncto convexam insistentium Maxima. Ex eodem extra dato puncto cavam insistentium minima.*[55] *T a n g e n s  p e r i p h e r i a m .*

*Figura quadrilatera omnes diagonios aequales habere potens.*

*Figura tot habens diagonios quot latera p e n t a n g u l u m, duplo tot h e p t a n g u l u m* (*triplo tot E n n e a g o n u m*); *dimidio tot, q u a d r a n g u l u m, sesquialtero tot sexangulum.*

Aequipollent *figura habens quemlibet angulum obtusum* et *figura laterosior quadrangulo. Circulus* est *Ellipsis cuius quaevis diameter est axis. Angulus non-acutus* et *major acuto* et *angulus soli maximo lateri in quovis Triangulo opponibilis. Figura quadrilatera aequilatera* et *figura cuius diagonii se mutuo normaliter bisecant. Triangulum cuius omnes altitudines cadunt intra*, et *Triangulum acutangulum. Cuius altitudinum aliqua cadit extra*, et *obtusangulum*, *quadrilaterum ordinatum* (id est *aequilaterum et aequiangulum*) et *parallelogrammum rectangulum aequilaterum*, *linea circularis* et *linea quae et planae et sphaericae superficiei inhaerere potest. Elliptica* [et] *quae et planae et cylindricae.*

Aequipollent et haec tria: *quadrangulum in circulo*, *quadrangulum cuius oppositi anguli aequant duos rectos*, et *quadrangulum cuius diagonii continent rectangulum aequans duo rectangula ex oppositis quadranguli lateribus constituta.*

Notiones inter se reciprocae sunt etiam: *Tres rectae quarum quaelibet minor aggregato reliquarum*, et *quarum quaelibet major differentia reliquarum.*

N o t i o n u m  r e c i p r o c a r u m  p r o p i n q u i t a s: *Omne Triangulum quod diametrum pro basi, et verticem in peripheria habet*, *e vertice in centrum ducta recta in duo isoscelia dividuum est. Omne triangulum ita dividuum in peripheria constitutum angulum reliquis duobus simul junctis aequalem habet. Omne Triangulum quod angulum reliquis duobus simul junctis aequalem hab*[*et*], *eundem rectum habet.*

Pertinent haec ad g r a d u m  n e c e s s i t a t i s  t e r t i u m  v e l QUARTUM POTIUS.

V e r t e x est apex basi oppositus ut alias definivimus.

---

[55] *Darüber*: 𝔑

1 sunt: (*1*) *Tan* (2) *Ex eodem* (*a*) *dato puncto* (*b*) *extra L* 23 *habet*, (*1*) et (*2*) *e L* 26 *habent L ändert Hrsg.*

Aequipollent: *Triangulum ordinatum* et *Triangulum cuius omnes tres altitudines aequales sunt*. Item: *in proportione tripla continue proportionales* et *quantitates continue proportionales, quae* (+ *se* puto +) *mutua prosthaphaeresi constituere queant*; *omnes quantitates a prima mensurabiles usque ad eam, quae ex omnibus aggregatur*.

Aequipollent *Trilaterum*, *triangulum*; *figura cuius quodlibet latus cuilibet est proximum*, *figura diagonio carens*.

Reciproca esse potest notio reflexive determinata, notioni mere directae; ut *Ens simpliciter infinitum*, et *Ens cuius notio seu ratio determinata immultiplicabilis seu multis incommunicabilis est*.

Notiones praecise reciprocae, *quadrangulum*, et *figura quae datis singulis tum magnitudine tum ordine lateribus, et angulo uno tum situ tum magnitudine dato, datur specie*.

*Quadratum* seu *quadrilaterum aequilaterum aequangulum* et *quadrilaterum aequalium laterum rectangulum*, et *parallelogrammum aequalium diagoniorum normaliter se secantium*.

*Figura ordinata unicam magnitudine habens diagonium parilatera* est *quadratum*; *imparilatera pentagonum ordinatum*, si *duae magnitudine diagonii* prodeunt *Hexagonum* et *Heptagonum*, si *tres octogonum* et *enneagonum* etc. *Figura aequigrada diagonios tantum discontinue recurrentes habens*, id est *sexangulum*. *Figura ordinata cuius diagonius est diameter*, hoc est *figura ordinata parilatera*. *Figura ordinata cuius diagonius quaevis est diameter* id est *quadratum*.

*Figura tantum tres habens diagonios* impossibile. *Carens diagonio* id est *triangulum*, *duas tantum habens quadrangulum*, *quinque tantum quinquangulum*.

*Figura parilatera omnes diagonios aequales habens*, id est *quadrangulum utramque diagonium aequalem habens*. [*Impari*]*latera Figura aequilatera omnes diagonios aequales habens*, h. e. *quinquangulum*.

Aequipollent *Figura omnes diagonios continue recurrentes habens*, h. e. *quinquangulum*.

4 *omnibus* (*1*) *conflatur* (*2*) *aggregatur* *L* 6 f. *carens*. (*1*) ⟨Rati⟩ (*2*) Reciproca *L* 13 *Quadratum* (*1*) et (*2*) seu *L* 13 *aequilaterum* (*1*) *rectangulum* (*2*) *aequangulum* *L* 16 f. est (*1*) *pentagonum* (*2*) *quadratum* *L* 23 *habens erg.* *L* 27 Aequipollent *erg.* *L*

NOTIONES RECIPROCAE PRAECISAE *figura rectilinea impar quae omnes diagonios aequales habere potest*, id est *quinquangulum* sed ut praecise seu suspensim sumtum non distributim, non convenit enim omnibus speciebus imo nulli, quia ea quinquanguli species quae omnes diagonios aequales habet de ea praedicari vere nequit,[56] quod aequales habere possit. Tales etiam: *Figura quae si aequiangula sit aequelaterosae figurae eidem quoque similis est.* Posses Triangulum *aeque angulosum* dicere, Cicero *angulosum* adhibet in *Academ*[*icis*].

NOTIONES RECIPROCAE *peripheria peripheriae in directum collocabilis* et *peripheria peripheriae aequiradia. Figurae aeque angulosae* et *aeque laterosae.*

NOTIONUM RECIPROCARUM una est quasi Antesignana seu praesuppositia, vel substratitia, substantiva, *selbstandig*, reliquae attributitiae.

RECIPROCAE quoque *triangulum cuius externus angulus interno coalterno duplus est*, *triangulum isosceles. Quadrangulum planum rectilineum* et *figura rectilinea plana, cuius omnes anguli interni simul sumti omnibus externis simul sumtis aequales sunt*, *quadrangulum opposita latera parallela habens* et *quadrangulum opposita latera aequalia habens*, et *quadrangulum oppositos angulos aequales habens*. Quaeritur an parallelismus laterum aequalitate natura prior, videtur parallelismus includere rationem anguli.

*Quadratum* et *polygonum ordinatum cuius anguli in centro aequantur angulo perimetri.* Etiam in collectitiis notionibus reciprocae sunt, *duo numeri impare differentes*, et *duo numeri quorum unus par, alter impar. Duo numeri pare differentes*, seu *quorum uterque par vel impar.*

NOTIONUM RECIPROCARUM una est antesignana et substantiva *selbstandig*[57] reliquae attributitiae. Omnis notio quae saepe in scientiis repetenda eo ipso certo appellamine insignitur, h. est definitiva redditur, quo brevius in signato seu prolatitio (+ imo et interno +) rationis usu adhibeatur. Quod si ea notio habeat notiones aliquas sibi reciprocas,[58] videndum quaenam istarum notionum aptior vel dignior sit, quae quasi earum

---

[56] *Am Rande*: ℑ𝔩

[57] infra HYPOSTATICA

[58] (+ Defuit Jungio clavis nempe quod notiones aestimandae ex eo quod possibiles cognoscuntur, imo video hic ei aliquid suboluisse sed non inhaesit. +)

10 Antesignana (*1*) reliquae (*2*) seu *L* 11 f. attributitiae. (*1*) Omnis notio quae (*2*) RECIPROCAE *L* 21 f. *differentes*, (*1*) id est (*2*) | seu *erg.* | *L*

---

7 CICERO, *Academicae quaestiones*; Stelle nicht nachgewiesen. 30 infra: vgl. unten bei Fußnote 66.

habeatur quaeque definitiva reddatur, quaeque primo omnium vel existere, vel existere posse vel demonstretur, vel postuletur, aut ex experientia supponatur, de qua omnes reliquae reciprocae deinceps tanquam de communi subjecto seu substrato demonstrentur.

Exemplum ordinis: notionum reciprocarum: 1° *figura tribus rectis terminata* 2° *tribus angulis terminata* 3° *figura qua pauciorum laterum figura dari nequit* 4° *figura quae recta linea per apices ducta secari nequit* 5° *figura quae recta linea in figuras pauciorum laterum secari nequit* 6° *figura cuius omnes anguli aequantur duobus rectis* 7° *figura cuius omnis angulus suum deinceps positum majorem habet reliquis simul sumtis*. Adde: *figura cui inscriptus circulus semidiametrum habet talem*, vel *circumscriptus. Figura cuius areae quadratum aequatur ei quod fit ex mutuo ductu semissis perimetri et semissis singulorum laterum.*

NOTIONES SECUNDUM QUID SEU IN CERTO SUBJECTO reciprocae seu adaequatae dicuntur, quarum utraque de notione quae ex altera et tertia communi aliqua concretim componitur universaliter praedicatur. Et hinc oriuntur conversiones imperfectae propositionum (loquor de conversione universali affirmata) scientialium quales frequentiores sunt in Geometria. Omnes notiones inter se reciprocae, vel secundum quid reciprocae sunt vel si simpliciter reciprocae sunt partem aliquam concretivam communem habent (res eodem recidit), quare nulla datur enuntiatio[59] quae perfecte seu simpliciter sit reciproca, dari enim possunt notiones simpliciter reciprocae quia nihil velut duas notiones habere partem concretivam communem, at si praedicatum concretivam partem cum subjecto communem habeat, videtur esse Tautologia seu nugatio. Praesumo meam propositionem universalem esse, vix enim reperio exemplum. Oportet autem non verba, sed notiones intueri. Ex. gr. *omne Triangulare est trilaterum* et contra, h. est *omnis superficies cuius termini tres angulos constituunt tribus terminatur lineis* et contra: *omnis superficies quae tribus terminatur lineis eius termini tres constituunt angulos. Omnis homo est risivus*: id est *omne animal rationale cogitatione jucundorum permotum voce oris diductione palpebrarum contractione oculorum resplendescentia spirituum affluxu orta voluptatem suam significare potest.* Hic in praedicato includitur notio *voluntarii motus*, quae quoque in subjecto includitur. Quanquam nostra assertio potissimum sit de demonstrativis Enuntiationibus, potissimum intelligenda est non de iis quarum veritas et

[59] *Am Rande*: 𝔑

17 si *erg. L* 23 intueri. (*1*) Ut (*2*) Ex. *L*

reciprocatio experientia tantum nititur, ea enim non adeo secura est, cum possit reperiri enstasis. Sic *omne triangulum rectangulum latus recto oppositum potentia aequale habet reliquis*, et *omne triangulum quod unum latus potentia aequale habet reliquis illi ipsi oppositum angulum habet rectum*. Ita[60] semper cum ex praedicato subjectum facere volumus vel *triangulum* vel *figuram* vel *magnitudinem*, vel aliquid tale ipsi concretive addimus. Theorema: si quotcunque notiones in eodem subjecto eidem notioni fuerint reciprocae in eodem isto subjecto quaelibet cuilibet erit reciproca.

NOTIONUM AEQUIPOLLENTIA pertinet ad posteriorem partem Noematicae quae praesupponit Dianoeticam.[61] Antischesis Noematica oritur ex ennoetica Antischesi recta et facit antischesin Ennoeticam obliquam. *Habens brachium dextrum longius sinistro*, et *habens brachium sinistrum brevius dextro*. Oritur ex Antischesi Ennoetica hac *dextrum brachium* τοῦ δεῖνα *est longius sinistro. Ergo brachium sinistrum ejusdem est brevius dextro*. Notiones aequipollentes sunt eae reciprocae, quarum reciprocatio non peculiari demonstratione aut inductione sed generali mentis judicio nititur. Praesupponit hoc tertiam mentis operationem, ut *omnis conus habens altitudinem majorem diametro basis habet diametrum basis minorem sua altitudine* (+ sufficit quod in talibus facilis est demonstratio +); ut quaedam enuntiationes praesupponunt dianoeticam, ita et quaedam notionum affectiones, ut reciprocatio antischetica. *Qui se ipso potentior se ipso quoque debilior est*, Plato *rep.* lib. 4. p. 638. *Qui seipsum genuit a seipso quoque genitur*. Posterior an vera sit quaeritur, si haec vera *asinus volans habet alas*. Notionum aequipollentia oritur partim ex recurrentibus et antischesi, partim ex hyphorismo consequentiae a rectis ad obliqua. Confer Manip. *Loxoschesia. Cuius ratio potentior est animo seu affectu. Vulnerans seipsum a seipso vulneratur. Qui debilior* (*validior*) *jam est quam fuit antea*.

---

[60] *Am Rande*: NB.

[61]
| | |
|---|---|
| Noematica | term[ini] simpl[ices] |
| Ennoetica | prop[ositiones] |
| Dianoet[ica] | Enunt[iationes] |

2 enstasis. (*1*) *Omne Triangulum* (*2*) Sic *L* 3 *omne* (*1*) *latus* (*2*) *triangulum L* 20 f. vera | *omnis gestr. asinus erg.* | *L* 24 (*validior*) *erg. L*

---

19 PLATON, *De republica*, IV, 430e; vgl. *Opera omnia*, hrsg. v. M. Ficino, Frankfurt 1602, S. 638 E. 22 f. Vgl. unten vor Fußnote 62.

SPECIE DIFFERRE dicuntur notiones, quae plus quam numero, et plus quam secundum magis et minus, quaeritur utrum aequipollentes notiones specie differant et quomodo distinguantur a reciprocis. Omnes aequipollentes sunt reciprocae non contra, nam eas mentis simplici judicio insito agnoscimus quamvis firmius et infallibilius judicium sit, si accedente reflexione crebra tandem canones Logici formentur, intellectum deinceps in aequipollentia agnoscenda dirigentes.

NOTIONES AEQUIPOLLENTES (loxoschesia) *figura maximum angulum habens rectum*, *figura cuius angulus reliquis major est rectus. Figura unum habens angulum rectum et omnes reliquos acutos*, id est *recto minores*, sive *figura angulum habens rectum quo reliqui omnes minores sint. Figura nullum latus omni diagonio habens commensurabile* et *figura nullum diagonion ulli lateri habens commensurabilem. Isosceles angulum verticis dimidium habens anguli ad basin*, et *isosceles angulum ad basin duplum habens anguli ad verticem*. Item *demonstrans nullum angulum contactus esse mensurabilem* et *demonstrans nullum mensurabile esse contactus angulum. Credens nullum stultum esse divitem*, ergo et *nullum divitem esse stultum*.

LOXOSCHESIA sive loxosis notionum aequipollentiae species. Consequentia correlativa, relativa *omne praedicatum quod universaliter de homine praedicatur est tale de quo particulariter »homo« praedicari possit* seu *omne praedicatum quod universaliter de homine praedicatur particulariter homini subjici potest*. Quaeritur conceptus praedicatus in priori enuntiatione sitne extrinseca denominatio a termino, an vero relativus aeque ut in posteriore enuntiatione. Respondeo prius est verum. An expediat posteriorem enuntiationem absque praecedenti illa per relativam conversionem deducere (*folgern*) an vero mediante illa. Et si illa medians (quae per copulae promotionem *fortziehung* ex antecedenti enuntiatione deducitur *gefolgert wird*[)] adhibenda [est] quomodo appellanda illa consequentia sit, quae posteriorem hanc ex priori illa deducit; nunquid directiva, cum omnis [denominatio] extrinseca seu conceptus relativus obliquus, quippe qui sermone obliquo utatur taliter in conceptum relativum rectum (recto sermone pronuntiatum[)] mutari queat, hoc est passivo.

Sic *A est id quo B major est*,[62] *seu A est magnitudo quam excedit B. Ergo A est minus quam B. Ergo A deficit a B*. Quaeritur an conceptus relativus obliquus realiter differat a

---

[62] *Am oberen Rande*: LOXOSCHESIA

2 secundum (*1*) majus (*2*) magis *L* 3 reciprocis (*1*) Respondeo ad q (*2*) Omnes *L* 15 ergo *erg. L* 25 est) *L ändert Hrsg.* 26 denuntiatio *L ändert Hrsg.*

suo recto, ut an realiter differant *deficiens* et *magnitudo quam alia excedit*; *excedens* et *id a quo quid deficit*, existimo autem diversos esse formales conceptus,[63] quamvis unus objectivus utrique (obliquo et recto) respondeat. Qui objectivus realis est si relatio sit mutua, et praedicamentalis; rationis vero si relatio sit transcendens.

Relativa ergo consequentia componitur quasi ex promotiva et directiva, ut *B excedit super A. Ergo A est id super quo B excedit. Ergo A est id quod exceditur a B. Ergo A deficit a B. Ergo B est id a quo deficit A. Ergo B excedit ipsum A.*

*A est pater B.* Promotiva: *Ergo B est id cuius pater est A.* Directiva: *Ergo B est filius A.*

CORRECTIO. Verum si rem recte reputemus, non videntur realiter hi conceptus differre *id quod alterius parti congruit* et *cui pars alterius congruit* item *is quem genuit alius*, et *is qui ab alio genitus est*. Multo minus differre videntur *id quod congruit alteri*, et *id cui congruit alterum*. Si enim non differt obliquus a recto quid opus est Deo tribuere relationes rationis cum denominationes extrinsecae sufficiant, quatenus denominantur a relationibus creaturarum ad eum terminatis, v.g. *Ens a quo omnia dependent, producta sunt*, *sustentantur*. Praeterea DIRECTIO relativi conceptus seu mutuo obliqui in rectum non est propria Enuntiationis sed conceptus simplicis. Ergo directiva consequentia est species consequentiae quae oritur ex aequipollentia conceptuum, omnis autem consequentia talis non est pura sed syllogismus. Sit enim *B* terminus minor, *F* conceptus relativus rectus, *A* conceptus relativus obliquus. *Omne A est F, omne B est A. Ergo omne B est F* cui syllogismo prior promotiva consequentia inservire dicenda est. Ex grammatica tamen ratione dijudicari nequit obliquus et rectus relativus ut sive dicas *res visa* sive *res quam quis vidit*, item *res intellecta* ⟨hinc nihil⟩ colligitur, sicut nec inde sive dicas *conceptus repraesentans rem*, sive *conceptus cui res respondet*, *conceptus auri* sive *conceptus a quo aurum repraesentatur. Deficiens* et *id quod exceditur* idem est, conceptus tantum verbis differunt, uterque enim est rectus. Hinc formari passivum nequit, si vero dicas *id a quo quid deficit* jam erit obliquus. Suspicio itaque est eundem quoque conceptum esse *id quod exceditur ab alio*, et *id quod excedit Aliud.* Sed nihil tamen hac ratione firmius cluditur, nam circumscriptio conceptus obliqui formari semper potest a

[63] *Am Rande*: NB.

1 recto, (*1*) an (*2*) ut *L* 2 f. quamvis (*1*) obliquus unus utrique (*2*) unus *L* 7 *deficit a B.* | *A deficit a B. streicht Hrsg.* | *Ergo L* 8 *pater* | *est erg.* | *L* 16 DIRECTIO (*1*) et (*2*) et (*3*) relativi *L* 28 *excedit* (*1*) *ipsum illud aliud* (*2*) *Aliud L*

vocabulo opposito recti conceptus, ab eodem autem non semper formari per passivam formam potest recti conceptus appellatio, sive autem dicam *Minus* sive *deficiens* sive *id quod exceditur*, semper est rectus conceptus. OBLIQUUS conceptus si logicam magis quam grammaticam spectes *inversus* appellandus esset *verkehrt*.

CONSEQUENTIAE RELATIVAE *Congruum alicui, id cui aliquid congruum est terminans respectum congrui. Aequale alicui, id cui aliquid aequale est.*

*Minus congruum ei quod comprotractum est idem altero, id quo quid maius est, id est id cui congruum est id cui protracto idem est alterum.*

TOTUM est *quod multis continuis imparticipibus idem est*. Ita linea aequatur suis partibus item perimeter lateribus continuis.

PARS est *quod cum contermino vel conterminis* (*cum certo conterminorum numero*) *sumtum alicui idem est*, seu *quod cum aliquo contermino idem est tertio.*

Si sunt quaedam dissimilia correlata in similia correlata irresolubilia, v.g. *prius* et *posterius*, *causa* et *causatum* (quae irresolubilia, si *prius* et *posterius* sic irresolubilia) tunc necesse est obliquum relativum conceptum a recto mentaliter differre et non lingualiter tantum. Nam sit *A prius*, *B id quo quid posterius*, *E posterius*, *D id quo quid prius est. A* et *E* sint irresolubiles seu simplices et contrarii et *B* resolvatur in *E*, et *D* in *A*. Quamvis praedicetur *B* de *A* et *D* de *E* tamen *A* diversus est a *B*, et *E* a *D*, cum alter sit simplex alter resolubilis et quidem in contrarium simplicem conceptum, *B* autem resolvitur ita: *id quod terminat respectum posterioritatis*, et *D id quod terminat respectum prioritatis* unde constat obliquum relativum conceptum aut simplicem esse et irresolubilem aut non vere obliquum sed rectum potius. Qua occasione quaeri porro potest utrum differant hi duo conceptus: *terminans respectum posteritatis*, et *relatum* seu *respiciens ad posterius*. Dico utrumque respectum esse eundem cum respectu prioritatis, sed conceptus tamen differre. Quod si omne dissimile correlatum resolvitur in simile, ut *majus* et *minus*, adhuc dubitabitur, utrum differant hi conceptus: *congruum*[64] et *cui congruum*[65] *quid est.*

CONCEPTUUM PRIORITAS. Notionum reciprocarum prima, dicatur imposterum Hypostatica, definitiva etiam dici potest. Verum definitio[66] pertinet ad secundam partem

[64] *Darüber*: *idem*

[65] *Darüber*: *idem*

[66] *Schräge doppelte Anstreichung von* definitio *bis* Mentalis pertinet.

4 spectes (*1*) est (*2*) *inversus L* 6 *Aequale . . . est erg. L* 24 seu *respiciens erg. L* 29 Verum (*1*) cum definitio pertineat (*2*) definitio pertinet *L*

28 f. imposterum: vgl. oben Fußnote 57, unten nach Fußnote 73.

anatomiae intellectus quae intellectum signatum seu signis instructum considerat, Hypostaticarum autem consideratio ad priorem partem Anatomiae Mentalis pertinet. Si notionis pars Terminata fuerit toti notioni reciproca tota non debet eligi Hypostatica sive definitiva, sed potius ea quae est pars. $A \multimapdotbothBvert B \multimapdotinv C$ et $C$ sint notiones reciprocae, notio Hypostatica non debet fieri prior sed potius posterior $C$. *Linea quae communis sectio esse potest superficiei Conicae, et plani ad basin conicae paralleli, peripheria.* Nam *superficies Conica* et *basis coni* partes terminativae notionis compositae Notionis compositioris terminative compositae sunt ex *peripheriae* notione. Ergo *peripheria* bis est pars terminativa totius notionis, nam terminativa pars partis terminativae est totius.

CONCEPTUS ESSENTIALIS late, si $B$ resolvatur in $A$ si tamen compositio et resolutio sit concretiva. Ita *linea peripheriae*. S t r i c t e cum eo modo essentialis est, ut deinde facile cognoscatur alicui conceptui aeque essentialis esse et aliquibus essentialis non esse. V.g.[67] sit *lineae* conceptus essentialis stricte *lineae rectae*, tamen facile cognoscitur quod etiam *lineae curvae* sit essentialis aeque primo, quia differunt hae duae sola contradictione, si *lineae curvae* conceptus essentialis *peripheriae* ergo et *lineae*.

*P a r a l l e l a m esse lineam lineae* resolvitur in *aequalitatem distantiae*, *distantia* in *lineam brevissimam*, seu in *lineam rectam perpendicularem utrique earum quae dicuntur*.

Interminata quaedam est finita, ut Circularis seu recurrens, sed omnis infinita est interminata, omnis terminata est finita non contra. Et[68] tamen *terminata* PRIOR CONCEPTUS est quam *finita*. Ita congrua per partes cuius partes sunt simpliciter congruae, eius species congrua simpliciter, et congrua per partes tantum, idque vel utrinque, vel alterutrinque. A p p l i c a b i l i a quorum aliquae partes congruae.

CONCEPTUS UTER PRIOR *linea quae ita se habet ad maius segmentum sicut maius ad minus* et *linea quae continue proportionalis suis duobus segmentis*, nam alter alteri est

---

[67] *Schräge Anstreichung von* V.g. *bis* contradictione
[68] *Am Rande*: ℜ

2 pertinet. (*1*) Add (*2*) Si *L* 3 pars (*1*) Hypo (*2*) Terminata *L* 13 stricte | conceptus *gestr.* | *lineae L* 19 recurrens, (*1*) itaque (*2*) sed *L* 20 interminata, (*1*) et int (*2*) omnis *L* 22 congrua (*1*) per p (*2*) simpliciter, *L*

reciprocus.[69] Quisnam horum primus secundus etc. 1° *rectae inconcurrentes sunt quae continuatae infinite nunquam concurrunt seu se intersecant* 2° *quae eidem rectae sunt parallelae* 3° *quae vel* PARALLELAE *inter se vel* INTER SE DIRECTAE *sunt* (+ non potuit bona dari definitio parallelarum, quia non consideratum est qualesnam essent inter se directae +) 4° *quae in infinitum continuatae vel nihil commune habent, vel prorsus coincidunt*. Sine dubio disjunctivae POSTERIORES sunt categoricis.

*Totaliter applicabilia sunt* 1° *quae congruere possunt tota* 2° *quorum utriusque quaelibet pars alterius alicui parti congrua est* 3° *quorum utriusque quaelibet pars alterius alicui parti defective applicabilis est* 4° *excessive*. Omnes praeter primam τῷ *congruum* definitionis in modum tribui nequeunt, nam circulo peccant.

*Aequalia sunt quae nec majora nec minora alterum altero*, 2° *quorum neutrum altero minus est*, 3° *quorum neutrum altero maius est* (+ quia nulla ratio reddi potest cur alterutra harum duarum praeferenda, debet aliqua esse notio praeferenda utrique +) 4° *quorum utriusque quaelibet pars alterius aliqua parte minor est.*

Interdum eadem res adaequate per diversos conceptus definiri et concipi potest ita ut vicissim alter conceptus sit definitivus alter sit proprietas demonstrabilis, conferantur definitio proportionalium Euclidea et mea, item *angulus cavus* et *convexus*, *superficies excavata* et *convexata.*

*Circularis linea*:[70] 1° *cuius quaelibet puncta a centro aequidistant* SEU 2° *quae describitur termino rectae motae* etc. 3° *linea cuius quodlibet punctum cum duobus certis punctis connexum aequalem semper angulum comprehendit*, 4° seu *linea quae describitur motu verticis anguli cruribus certa duo puncta semper stringentis* 5° *Ex motu finitae lineae inter angulos instar Ellipseos* 6° *linea quae in plano a sublimo aliquo puncto aequidistat*. Subjectum natura prius praedicato, regulariter, unde et prior conceptus de quo aptius ⟨alii⟩ tanquam de subjecto demonstrantur.

---

[69] *Am Rande*: NB.

[70] Demonstratur infra horum connexio sign[o] ⊙

2 *seu se intersecant erg. L* 3 *se vel vel L ändert Hrsg.* 9 *defective erg. L* 9 4° (*1*) *quorum* (2) *excessive L* 11 *sunt* (*1*) *quorum neutrum altero minus* (2) *quae L* 21 *connexum* (*1*) *aequaliter* (2) *aequalem L* 22 *Ex* (*1*) *fi* (2) *motu L*

---

17 EUKLID, a.a.O., lib. V, def. 6. 17 mea: vgl. J. JUNGIUS, *Disputatio philosophica, de stoecheosi geometrica . . . Respondente Johanne Thomaeo*, Hamburg 1634, th. 18. 27 infra: vgl. Fußnote 72.

Omnis conceptus qui non est reciprocus ei conceptui de quo enuntiatur generaliter, eo posterior censetur.[71] Hoc est conceptus laxior et communior posterior censetur angustiori, quia si omne *A* est *B*, non vero omne *B* est *A*, demonstrandum est *B* de *A*, quia propositiones scientificas oportet esse generaliter veras (+ et subjectum natura prius praedicato, etc. +).

C o r r e c t i o. Verum tamen aliter adhuc consideratur prioritas haec, ultra conceptus irreciproci idem nomen participare nequeunt, quia non semper et ubique alter alteri junctus reperitur. Conceptus vero reciproci quia semper juncti reperiuntur merito eorum primus aliquis eligitur de quo reliqui demonstrentur. Laxiores conceptus de angustioribus demonstrantur (v.g. *cavum* et *concurrens* etc. de *circulari linea*, item *quod ordinata quaevis sive sinus sive semichorda ad sagittarum rectangulum certam proportionem habeat* quod ipsi commune cum *Ellipsi*), atque ita eo respectu iis quatenus de angustioribus demonstrantur, posteriores censentur quia attributum posterius est subjecto suo quatenus est eius attributum, quod autem ita de angustioribus demonstrantur, id eis est per accidens quasi, nam si *D* demonstrabile est de *B* et de *C*, per accidens ei est quod demonstratur aut de *B*, aut de *C* quia etiamsi non demonstraretur de alterutro, demonstrari tamen de altero posset. At si attributum *D* est reciprocum suo subjecto *B*, non potest de alio subjecto demonstrari, si nimirum *B* omni jure sit subjectum constitutum. Igitur in laxioribus prioritas consideratur quatenus demonstrantur ita; in reciprocis vero posterioritas, et prioritas inquiritur eo fine, ut statui possit, quod de quonam demonstrandum sit (+ alterum facilius +).

LOCI autem qui spectandi sunt ut priores recte eligantur (+ JUDICIA PRIORITATIS +) hi f o r s a n esse videntur: 1° Simplicitas. 2° Perfectio (ut descriptio circularis per radium perfectam circularem describit ut per angulum semper tantum arcum) (+ sic si parabolam formem ex chordis circuli axi applicatis, nunquam nisi partem certam parabolae formo +). 3° Facilitas tam apprehendendi quam construendi, sed haec fortasse semper ex simplicitate oritur si non semper distincte hic locus numerandus est. 3° Energeia et dabilitas (ut ita loquar) seu p o s s i b i l i t a s (+ haec mea nota est ultima +).

---

[71] *Am Rande*: 𝔑

4 f. (+ et . . . etc. *erg. L* 10 et (*1*) *convexum* d (*2*) *concurrens L* 26 formo. (*1*) 4° (*2*) 3° *L*
28–S. 1276.1 est | ⟨est⟩ *str. Hrsg.* | ultima +. (*1*) Sit linea (*2*) Experiamur (*a*) ut (*b*) demonstrare *L*

---

28 Vgl. Fußnote 58.

Experiamur demonstrare[72] diversos conceptus lineae circularis.




Sit linea *BC* cuius quodlibet punctum a certo puncto *A* aequali recta *AB* [distat] et sit linea *EF* descripta motu termini lineae *DE* in plana superficie termino *D* immoto. Dico si *AB* aequetur rectae *DE*, congruere *BC* in *E*[*F*]. Si enim applicetur *A* in *D*, congruet *B* in *E*, sunt enim aequales. Dico omnia puncta lineae *BC* congruere in lineam *EF*, si enim sit unum v.g. quod disgruat dicatur *AC* seu *DF* erunt *AC*, *DF* inaequales cum utraque tamen aequetur rectis *AB DE* quod est absurdum, ita facile primi duo




conceptus supra positi reciproci esse demonstrantur. Porro eodem congruentiae medio demonstrantur.




Porro eodem congruentiae medio ponuntur 3 et 5 reciproci esse; applicetur *A* in *D* et *B* in *F* congruent *AB*, *DF*, dico congruere *ACB* in *DEF*. Si enim punctum aliquod non congruit, verbi gratia *C* vel extra vel intra cadet, si extra secabit recta *AC* lineam *DEF*, in aliquo puncto quod sit *E* ducatur recta *EB*, erit angulus *ACB* aequalis angulo *AEB* internus externo, quod absurdum. Quod si cadat *C* intra seu in superficiem *DEF* recta *AC* protracta secabit tandem (per principium recta in infinitum protracta superficiei terminatae perimetrum bis secabit)




perimetrum *DEF* in duobus punctis, sed semel in *D*, ergo altera vice non in [*F*] alias duae rectae spatium continerent. Ergo *DEF* secat, v.g. in *E*, erunt rursus anguli *ACB* et *DEF* aequales externus et internus quod est absurdum.

Porro de secundo demonstratur tertius conceptus per 21 tertii Euclidis.

De tertio vero secundus demonstratur conversim ita. Sit linea secundum conceptum tertium nec quartum, dico

[72] Vide paulo ante sign[o] ⊙

3 destat *L ändert Hrsg.* 12 ponuntur (*1*) coincidere (*2*) 3 *L* 14 *ACB* (*1*) et (*a*) *DBE* (*b*) *DBF* (*2*) in *L* 19 recta (*1*) *DE* (*2*) *AC* *L* 22 *DF L ändert Hrsg.* 23 Ergo | in *str. Hrsg.* | *DEF* *L*

26 f. EUKLID, a.a.O., lib. III, theor. 19, prop. 21. 30 ante: vgl. Fußnote 70.

eam congruere circulari, fiat in ea utcunque angulus *ACB*, et per tria puncta, *A*, *C*, *B*, describatur peripheria, dico eam congruere cum linea proposita *ACB*, nam nec ullum peripheriae punctum cadet extra, nec ullum intra. Cadat enim in *D* ultra vel citra erunt anguli *ADB*, et *ACB* aequales quod absurdum, ut paulo ante.
Quintus conceptus reciprocari cum primo et secundo, facile demonstratur. Vide infra.
Quodsi sextum conceptum adjungere velis sc. *linea quae est coni sectio superficiei conicae et planae, quod ad basin cuiusvis coni parallelum, vel scaleni etiam subalternum fuerat*, de hoc conceptu dubitari non potest quia alio posterior sit, cum *conus* ipse *circulum* praesupponat.

Attributa irreciproca eadem circulari demonstrabilia ut *curva recurrens*, *superficiem per se terminans* etc., an priora an posteriora sint forsitan non multum refert, nam posterioritas illa non est inter se, sed forsan ad tertium aliquid, v.g. si *B* et *C* sint posteriora quam *A*, et *C* eodem magis sit posterius si ita fieri potest, quasi




Nota Ellipsin describi sive punctum lineans sit in ipsa interangulari (intercepta) sive in ea producta, circulum vero non describi nisi punctum lineans sit in medio ipsius interangularis mobilis, τῆς μεταγωνίου. Nota porro primum et secundum conceptum simpliciores esse reliquis, primum secundum et quintum perfectiores reliquis, nam tertius et quartus nunquam complebunt peripheriam, itaque recurrentem ut sic non describent. Energeia vero et possibilitate praestare eos modos qui sunt quasi practici facilioresque, ut est secundus quartus et quintus quia a motu desumti. Videtur interim concedi posse, unum ex reciprocis primum statui non adeo inevitabili necessitate, sed qualicunque ratione, ubi nulla manifesta et insignis ratio occurrit, quare hunc vel illum potius eligamus. Et quid tum postea, si primus statuitur is qui nulla manifesta praerogativa caeteros vincit, vel etiam, si is primus statuitur qui praerogativa aliqua reliquorum aliquo vincitur? Nam 1° si reciproci sunt et demonstratur *B* de *A*, nihilominus ut sciamus reciprocos esse ALIA demonstratione debet demonstrari *A* de *B* (+ dubito an hoc necesse +) quia nulla dum reperta est demonstratio, quae reciprocam Enuntiationem una eademque opera concluderet (+ imo in analysi logistica +). Quid igitur magnopere importat uter reciprocorum sit in priori an posteriori compositione subjectum. Et licet primus conceptus videatur is de quo reliqui omnes demonstrantur, et qui de reliquis omnibus, tamen in Geometricis non magnopere respicimus subjectum et praedicatum (+ video

8 de (*1*) qu (*2*) hoc *L* 17 τῆς (*1*) μεσ (*2*) μεταγωνίου *L* 23 ratio (*1*) in contrarium (*2*) occurrit *L* 26 *A*, (*1*) ut (*2*) ideo (*3*) nihilominus *L*

tamen discrimen magnum esse, unus enim aptior est cum caeteris omnibus combinari quam aliu[s] +). Sic in [primo tertiidecimi] Euc[lidis] subjectum esse potest 1° *recta sibi proportionaliter* (+ vulgo *extrema et media ratione* +) *secta*: *maius segmentum habet, quod assumens dimidiam totius* etc. 2° *Rectae sibi proportionaliter sectae maius segmentum* etc. 3° *rectae sibi proportionaliter sectae dimidia assumens maius ejusdem segmentum* 4° *Composita ex dimidia et majori segmento ejusdem rectae sibi proportionaliter sectae* etc. 5° *dimidia rectae sibi proportionaliter sectae subquintuplum potens*. Et plura ad haec constitui possent, eadem[73] tamen maneret demonstratio, quia demonstrationes Geometricae utpote quae fiunt per Ecthesin nihil opus habent, ut propositionum demonstrandarum subjecta et praedicata, sed potius data et quaesita probe distinguantur. Deinde subjectum non dignoscitur a praedicato, nisi vel eo quod momento aliquo temporis prius concipitur vel formatur quam praedicatum, vel potius eo quod signa *omnis* et *quidam* ei adjunguntur.

Prioritas conceptuum spectatur in reciprocis id est mutuo universaliter attributilibus, in irreciprocis sed mutuo attributilibus, 3° in relatis ut *potentia syllogizandi* et *syllogismus*.

CONCEPTUS SUBSTANTIALIS seu Hypostaticus non debet dici definitivus, quia fieri potest ut ex reciprocis plures distinctam onomatothesiam nanciscantur v.g. si *triangulum* dicatur *quod tres angulos* (posito quod convexus angulus etiam sit angulus), et [*trilaterum*] *quod tria latera*, sed infrequens hoc idque ideo quia non sunt multiplicandae onomatothesiae praeter necessitatem. Potest tamen fieri ut inveniamus onomatothesias et definitiones jam factas ab his qui nescivere eos esse inter se reciprocos (+ recte +). Cum nos certe definitionem de definitione praedicabimus unus tamen erit substantialis, scilicet qui primus. (Adde *de sitibus Tricathetii*.[)]

Aeque primi conceptus sunt quidam reciproci de se consequentiabiles ut aliavis differentia, qua pyramis abstracta, rectilinea, tetrahedra, heterodexia, contrahitur

[73] *Am Rande*: NB.

2 alium +). *L ändert Hrsg.* 2 13 primi *L ändert Hrsg.* 3 (+ vulgo . . . *ratione* +) *erg. L* 9 demonstrationes (*1*) Geometriae (*2*) Geometricae (*a*) fiunt (*b*) utpote quae fiunt *L* 10 ut (*1*) demonstrationum (*2*) propositionum *L* 13 quod (*1*) signum (*2*) signa *L* 20 *triangulum L ändert Hrsg.*

2–8 EUKLID, a.a.O., lib. XIII, theor. 1, prop. 1. 17 Vgl. oben bei Fußnote 66. 24 Vgl. Leibniz' Exzerpt N. 242.







ad speciem infimam, concipi potest 24 diversis conceptibus quorum quilibet sunt aeque compositi aeque faciles aeque primi aeque de singulis reliquis enuntiabiles.

Ut sit pyramis talis, cuius latera sint ut 6, 7, 8, 9, 10, 11, et praesupponatur ut irresolubilis conceptus ipse conceptus *Tricathetii* cuius radii 6 singulis notis insignati sint, sive coloribus sive characteribus sive quomodocunque. 6, 7, 8, α angulus. 7, 10, 11, β angulus. 8, 9, 11, γ angulus. 9, 6, 10, δ angulus; solidi omnes. δ-S. α-A. β-D. γ-S. α-P. β-S. γ-D. β-A. γ. 24*mahl.* Nomen autem quodnam pyramidi completis conceptibus respondens imponendum, et ex quo fundamento amplius Meditandum. Triangulum in terminante superficie situm.

Conceptus p r i o r. Interdum, imo plerumque vocabulum nanciscatur posterius. Ita convexata superficies prius apprehenditur quam convexa linea. Item convexatum corpus (sive finitum et figuratum sive infinitum) prius apprehenditur quam convexa superficies. Ita habituum vocabula solent esse priora vocabulis Actionum, ut *lieb* est instar habitus seu proclivitas seu memoria, *aber freundtlich seyn*, *caressiren liebe artige gedancken und affectus üben hat keinen nahmen*. Interdum nulla est voce, cognatio, ut inter *odium* et *iram*, quorum illud sit quasi habitus.

Utrum prius: *Medium Terminum esse, qui in utraque praemissa est* et *qui in conclusione non est* (+ puto prius. Possunt enim compositi syllogismi esse, ubi medium est et in conclusione, certo modo, adde quod prior notio dat rationem medii inveniendi +). Utra Notio aequipollentium prior? *Lineae in plano descriptae per hypothesin dicyclam Motuum aequalium inter se et conviorum*; et *lineae planae ex compositione duorum circularium quorum inferior duplus et contrarius est ad superiorem*. Forsan prius positum dices esse priorem, quia simplicior est hypothesis; sed id exigui momenti est. Utut sit nos lineam appellavimus Trapezographam a priori.

G e n e r a l i o r[74] c o n c e p t u s i n t e r d u m p r a e s u p p o n i t s p e c i a l i o r e m ex quo conflatur et in quem resolvitur, ita conceptus *proportionis* praesupponit conceptum *aeque*

---

[74] *Am Rande*: NB.

8 f. β angulus. | 8, 9, 10 γ angulus *str. Hrsg.* | 8, 9, 11, *L* 13 f. situm (*1*) Conceptum (*2*) Conceptus *L* 14 Interdum (*1*) plerumque (*2*) , imo plerumque *L* 19 inter (*1*) *haß*, quae est quasi ha (*2*) *odium L* 23 conclusione, (*1*) et prae ⟨ – ⟩ (*2*) certo *L* 23 prior (*1*) defin (*2*) notio *L* 24 aequipollentium *erg. L* 31 *aeque* (*1*) *multiplicium* (*2*) *multiplicitatis L*

---

30–S. 1280.2 EUKLID, a.a.O., lib. V, def. 6.

*multiplicitatis* (tam secundum Euclideam quam nostram definitionem), *aeque multiplicitas* autem est species *rationalis proportionis*. Ita *Ellipseos* notio praesupponit *circulum*, quia definitionem *Coni*, et tamen *Ellipsis* generalior *circulum* comprehendit. Confer *Epallaxin notionum*, quae habetur in fasciculo de divisione. *Notiones inordinatae*, hoc est *Epallacticae communes*.

NOTIO COMPREHENDENS et comprehensa ex c. 2. *Isagog*[*es*] Porphyr[ii] § 27 ut verb. *genus* et *species*. Aliud est notio includens et inclusa, ut *definitio* includit *genus* et *differentiam*. Porphyrius *Isag*[*oges*] c. 7. ait *etiam differentia continet species, etsi non omnes quas genus*; latior sed magis composita est *aequalis*; strictior sed simplicior composita est *congrui* notio. Quod mirabile.

Restrictio notionis directa, quae fit concretione restrigmenti cum notione tota sive cum notionis parte concretiva primaria. Obliqua quae fit concretione restrigmenti cum parte concretiva notionis restringendae ut *figura Rectilinea* id est *superficies plana terminata lineis rectis. Triangulum tribus.*

Pluralis numerus comprehendit[75] tum singularem tum pluralem, quia Unitas (uti in paralipomenis lib. 7 Euclidis demonstravimus)[76] est Numerus. Ita superlativus comprehendit saepe comparativum, quia tam Binarius est multitudo quam Ternarius, vid. definitionem Mistionis contactivae.

---

[75] Comprehensio haec non negativa, sed positiva quia ostendimus *numerum* esse vere communem *unitati*, et *multitudini*.

[76] *Am Rande*: NB.

6 § 27 (*1*) aliud est include (*2*) ut *L* 9 f. sed (*1*) magis (*2*) simplicior *L* 13 ut (*1*) *superficies* (*2*) *figura* *L*

---

1 Vgl. J. JUNGIUS, *Disputatio philosophica, de stoecheosi geometrica . . . Respondente Johanne Thomaeo*, Hamburg 1634, th. 18. 4 Vgl. Leibniz' Exzerpt aus den 90er Jahren LH IV 7C, Bl. 146–147. 6 PORPHYRIUS, *Isagoge*, 2, 27, 2 a 40–42. 8 f. PORPHYRIUS, *Isagoge*, 7, 1, 4 b 1 f. 15 f. Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Pe. 62 Bl. 151–214: *Ad Euclidem Paralipomena*. 17 f. Vgl. J. JUNGIUS, *Doxoscopiae physicae minores, sive isagoge physica doxoscopica*, hrsg. v. M. Fogel, Hamburg 1662, pars I, sect. II, port. I, cap. X, def. 19; port. II, cap. I, def. 17. 19 Vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. I, cap. V, 2; cap. XII, 7; cap. XIII, 33; vgl. N. 243, nach Fußnote 8.

Conceptus communes inordinate. Confer *Epallaxin divis*[*ionum*]. *Magnitudo cuius omnia puncta a certo puncto aequaliter distant* est vel *peripheria* vel *sphaerica superficies* (+ imo et *linea in sphaerica superficie*, ut *rhombus nautarum* +). Sic *magnitudo in qua omnes rectae ad certam rectam perpendiculares sunt aequales* est *parallelogrammum* vel *cylinder* (+ ratio, quia locus verus est superficies sphaerica vel cylindrica, in quem cadit peripheria circuli vel parallelogrammi latus +).

Rectae
- inconcurrentes
  - parallelae inter se
  - inter se directae
- concurrentes seu inter se vergentes

Rectae
- quae partem aliquam communem habere possunt
- quae partem nullam
  - quae punctum commune habere possunt
  - non possunt

Conferatur *divisionum Epallaxis*.

AMPLITUDO NOTIONUM, amplior etiam dici potest *A* quam *B* si in quibus inest *B* insit etiam *A* non contra. Ut *color A*, *anima B*, si tamen ⟨in genere⟩ accipiuntur reducitur haec amplitudo ad supra a nobis definitam, ut *omne animatum est coloratum*. Possumus itaque distinguere: notio *coloris* remote amplior est notione *animae*, sed *colorati* proxime amplior notione *animati*.[77]

Indigemus interdum tali flexione, quae significet indifferentiam utriusque numeri, nempe unitatis vel multitudinis, v.g. si magnitudo magnitudini ita applicetur ut si terminum unum alterius termino congruum habeat, terminos reliquos omnes (sive reliquorum quemlibet) intra ipsam alteram magnitudinem habeat, magnitudo magnitudinis parti congruit. Hypothesis est ex qua posita et posita simul alia vel hypothesi vel hypothesibus, vel axiomate vel axiomatibus, item notatione vel notationibus phaenomena plura concludantur.

[77] Idem nobis notio amplior et comprehendens, strictior et comprehensa.

4 *rectam* (*1*) *sunt* (*2*) *perpendiculares* *L* 6 vel (*1*) extremum cyl (*2*) parallelogrammi *L* 23 interdum (*1*) numeri tali significatione (*a*) qua (*b*) ut et unitatem comprehendat (*2*) tali flexione, *L* 24 si (*1*) multitudo (*2*) magnitudo *L* 25 si *erg.* *L* 27 Hypothesis (*1*) (melior) (*2*) est *L* 30 nobis *erg.* *L*

1 Conceptus: vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 30 Bl. 47. 1 *Epallaxin*: vgl. das nach Fußnote 74 zitierte Exzerpt LH IV 7C, Bl. 146–147. 17 Vgl. das nach Fußnote 74 zitierte Exzerpt LH IV 7C, Bl. 146–147.

Comprehensio notionis sub notione Actualis vel virtualis, notio scilicet articulariter abstracta comprehendit virtualiter notionem a qua articulariter abstracta est. Ut aequalitas incongrua ad congruam in Geometria, ita comprehensio virtualis ad Actualem in Logicis.

Notio notione amplior quidem dici posset quae haberet plura singularia, ut plures sunt canes quam tigrides, sed hoc per accidens. Sic notio *accidentis* foret amplior quam *substantiae*. Per accidens hoc est inquam quia quaelibet species infinitum et singularium numerum seu plures habere posset, quod una species numerosior est, fit diversis occasionibus, v.g. quaedam species numerosiores si numerentur omnia singularia sive coexistant eodem tempore sive non, uti Caniculi, fere enim foecundiora sunt quam imbecilliora, 2° quaedam certo anni tempore numerosae sunt, alio prorsus nullae, ut muscae, locustae, 3° quaedam numerosiores hominum cura. Alio etiam sensu *scaleni trianguli* notio amplior est *aequicruri* Notion[e] (+ contra quia dantur plures species scaleni, forte aliquando de quadam specie demonstrari potest eam plura posse habere individua quam aliam +), sed nos hoc sensu his vocabulis non utimur, sed nobis amplior est quae praedicabilis de strictiore nec tamen ei subjectibilis seu[78] quae consequens est notioni istae nec tamen eidem antecedens est (+ hoc modo et ego facio ut propositio quae ex alia sequitur, quasi instar notionis concepta concipiatur ut eius genus +).

Conceptus amplus largus communis comprehensorius diffusus, strictus angustus contractus, determinatus, exclusorius proprius.

*Omnis homo* actualiter est amplior quam *quidam homo. Animal* virtute est amplior conceptus quam *homo*, sed *omnis homo* potest esse actu amplior quam *quoddam animal*. Ita quoque Enuntiatio ampla et stricta dicitur Actu et potentia.

CONCEPTUS UNIVERSALIS SINGULARIS. Conceptus est vel formalificans formalitatem certam habens, vel individuificus, qui individuum apprehendit. Ut cum *remotio duarum quantitatum* est *id quo una major altera*, seu *id quo aucta una illarum aequatur alteri*, conceptus includitur talis, quo vel haec vel haec etc. Differentia individuifica non potest subsistere sine aliqua formalitate cui adjungatur.

---

[78] *Schräge Anstreichung neben* seu *bis* antecedens est

1 Comprehensio (*1*) interdum (*2*) notionum (*3*) notionis sub notione *L*  4 f. Logicis. (*1*) Si qu (*2*) Notio *L*  6 tigrides, (*1*) notio accidentis (*2*) sed *L*  13 *trianguli* (*1*) notione (*2*) notio *L*  13 Notioni *L ändert Hrsg.*  18 quae (*1*) alia (*2*) ex *L*  28 haec vel (*1*) illa (*2*) haec *L*  29 cui adjungatur *erg. L*

*Linea vel recta vel curva*, est alternatio formalis, *linea vel haec vel ista* est alternatio individ[ualis].

CONCEPTUS AMPLIOR inter plures conceptus vel 1° ob praecisionem seu interminationem ut *magnitudinis* conceptus amplior est *pedalis magnitudinis* conceptu, non tamen mensurative seu comparative ad *pedem*, sed primitive seu expressive conceptae; 2° ob separationem oblationem detractionem, ut cum ex *isoscele triangulo* detraho τὸ *isosceles* conceptus redditur amplior (+ quaedam notiones detrahi non possint, ut *Ens substantia* +), 3° compositione ut conceptus disjunctus vel alternatus ob compositionem amplior est simplici. Huc forsan pertinet comprehensio privativa. Ita etiam tribus modis conceptus restrictior fit 1° expressione 2° compositione adjunctione, 3° separatione seu detractione. Expressive concipi dicitur finita magnitudo cum magnitudo quaedam finita sensu apprehensa phantasiae atque intellectui quasi insculpitur, *wird gleichsam abgedruckt wie aus einem original eine nachbildung geschicht*.

Ut ex amplitudine conceptum sequitur simpliciorem praedicari posse de restrictiore et compositiore, ita ex antecedente sequitur consequens in Enuntiationum consecutione.

Amplior { praecisione / simplicitate }    Restrictior { expressione / compositione }

*Ternarius*[79] prior conceptus quam *tripli*, et tamen omnis ternarius est triplus non contra. Ita *congruum* et *applicabile*. Itaque Conceptus GENERALIOR POTEST ESSE COMPOSITIOR seu posterior,[80] ut *esse in perpendiculari per centrum* amplior est sed compositior, *esse in centro* simplicior sed strictior. Vide *Enuntiationem superfluam*.

---

[79] *Schräge Anstreichung neben »Ternarius« bis* COMPOSITIOR

[80] Notio *proportionalitatis rationalis* prior et simplicior notione *proportionalitatis*. Notio *aequi multiplicitatis* non tantum prior (cognitione) et simplicior est notione [*multiplicitatis*] sed et haec in illam resolvitur. Secundum meam Conicorum Elementorum conformationem notio *diametri originariae* prior est quam *diametri*. Apollonius commisit obtrusionem definitionis cum diametrum definit. *Alboris* notio simplex et irresolubilis, *color* vero resolvitur ad *quod solo visu sensile est* vel si malis, ad *quod in opaci corporis superficie visu eoque solo sensile est*.

26 *proportionalitatis L ändert Hsrg.*

---

20 Vgl. N. 75. 22 Vide: nicht aufgefunden. 26 f. mea conformatio: nicht nachgewiesen. 28 Vgl. APOLLONIUS VON PERGE, *Conica*, lib. I, def. 4.

Ita *esse in diagonio* et *esse in quadrato super diagonium exa*[*l*]*tato. Esse in apice quadranguli* et *esse in diagonio quadranguli. Esse in diametro circuli* et *esse in diametro circuli producta.*

Conceptus hi sunt terminative compositi et terminans conceptus in strictiori est pars conceptus terminantis in ampliori.

compositio terminativa
*Esse in* ―――――― *perpendiculari per centrum.*
*Esse in* ―――――― *centro.*

terminativa terminans
pars conceptus

CONCEPTUS INCOMPLETUS SEU INDETERMINATUS, QUI NONNISI PER ACCIDENS COMPLERI POTEST. Ut *Corpus magnum parvum. Corpus densum rarum tenue crassum.* Ita *Novilunium prope Nodos* est conceptus indeterminatus, at *novilunium in terminis Eclipticis* est determinatus. *Venenum* si definias id, *quod in parva dosi et cito hominem interficit* est conceptus indeterminatus.

Regula: Tolerari interdum possunt tales indeterminati conceptus, ubi non omnia summa accuratione perquiruntur, ita tamen ut quando opus fuerit ad determinatos illico revocentur. Ut *corpus grave* hoc est, *quod in aëre deorsum tendit, vel in aqua, vel in hydrargyro. Corpus pellucidum per quod res certae vicinitatis umbram facit, per quod lucidum certae intensionis pellucet.*

CONCEPTUS COMPLETISSIMUS. Divisionis vitetur tum excessus; si differentiae sint oppositae, si non descendatur ultra speciem specialissimam, vel defectus, hoc est difficile, Capivacc[ius] tr[actatus] de doctrina c. 26. Galen. 2. *Meth.* 6, non opus est *ut simus intenti privatis morborum proprietatibus, ut inde infinitos statuamus, nec in primis generibus statim quiescendum, sed eo usque progrediendum, quo usque ad morborum ideas omnes hoc est species specialissimas descenderimus, quoniam quot sunt morborum ideae tot sunt curationes*, vide locum ipsum. Objectivus conceptus conceptus completissimi est species infima ex. g. *triangulum planum aequilaterum*, *triangulum*

12 Ut *erg. L* 22 f. hoc est difficile *erg. L*

21–23 H. CAPIVACCIUS, *Opusculum, de differentiis doctrinarum logicis, philosophis, atque medicis pernecessarium*, hrsg. v. A. A. Materanus, Padua 1562, cap. 29, Bl. 105 v° – 114 r°, bes. Bl. 106 r° – 109 v°; *Opera omnia*, hrsg. v. J.-H. Beyer, Frankfurt 1603, cap. 26, S. 1036–1038, bes. S. 1036 B–1037 B. 23–27 GALEN, *Methodi medendi libri XIV*, II, 6 (Kühn X, S. 115 u. 126), zitiert auch bei Capivaccius a.a.O., Bl. 108 r°, S. 1036 E-F.

*planum cuius latera 5, 6, 7 abstracte omnia*, *pyramis*[81] (*abstracta*) *orthogrammo trigono hedras laterum proportione datorum, et dati cathetici situs*.




Illa conceptus completissimi pars: τὸ *abstractum*: est conceptus negativus, et excludit ea omnia quae oriuntur. Ita *pyramis abstracta rectilinea tetrahedros ambidextra* uti est *abcd*, nam talis inverti nequit. Si statuatur maximam inaequalium hedrarum sumendam esse pro basi et illius baseos maximum angulum pro anteriore, minimum pro sinistro etc. poterit uno verbo altera appellari inferior altera superior semper. Ita pro altera lege, altera poterit appellari dextra altera sinistra semper. At *pyramis abstracta rectilinea tetrahedros heterodexios* (*unidextra*) duplex est. Itaque conceptus hic non est completissimus, sed complendus ex *Tricathetio*.

E j u s d e m s p e c i e i c o r p o r a *artgemäßige Leiber*, ut triticum tritico, quercus quercui, canis cani, quotquot in eodem seminis ordine esse queunt quod si secale in Thuringia mutatur in triticum ergo differunt tantum solo et cultura. *Circulus* est conceptus completissimus, item *Parabola*, item *Hyperbola recta* seu *Media*, et *conoeidum* ab his, item *coni isoscelis rectanguli*. De Hederae speciebus Theophrast. 3. *hist.* c. [1]8, at Clusius species observavit duas in Austria, quae ostendunt intutum esse eam differentiam addere quam Theophrastus ibi et aliis saepe adhibet.

C o n c e p t u s p e r a c c i d e n s d e t e r m i n a t u s, qui tamen habet reciprocum posteriorem per se determinatum, ut *proportionis eius quae est inter tertium sibi proportionaliter sectorum et segmentum maius*, item *diagonii ad latus quadrati*. Potest latitudo specierum infimarum esse infinita, et tamen determinatio ultima specifica fieri tum per accidens tum per se. Ut infinitae esse possunt species triangulorum pro infinita

[81] *Am Rande*: ♃

3 τὸ *erg. L* 11 f. *abstracta* (*1*) *tetrahedros* (*2*) *rectilinea L* 14 ex (*1*) *Tricathetico*. (*2*) *Tricathetio*. *L*

19 f. Vgl. THEOPHRAST, *Historia plantarum*, III, 18, 6–10. 20 Vgl. C. DE L'ECLUSE, *Rariorum stirpium per Pannoniam, Austriam, etc. observatarum historia*, Antwerpen 1583; Beobachtung nicht nachgewiesen.

proportionum inter latera varietate aut angulos, et determinatio fieri potest per accidens (ut si ex infinita recta finitam eligeremus); ita ut ignoremus quae sit proportio terminorum inter se. Potest et determinatio per se fieri.

Conceptus specifici corporum similarium in sola proportione.

Quidam volunt conceptum esse per accidens determinatum, si sumatur ex diversis praedicamentis, unde accidentalem tantum fieri differentiam, sed nec constat quomodo differant praedicata, nec quod ad quodque pertineat, et rursus quaeritur quomodo rei in uno praedicato collocatae differentia specifica ab accidentali discernatur, et utrum differentia sit praedicamenti vernacula an aliena. Imo saepe differentia est essentialis, quae videtur accidentalis, ut quod flores verni vel aestivi vel autumnales.

In Mathematicis perfecte scire possumus, utrum Notio aliqua sit sufficienter determinata, cum vero ulteriorem admittat determinationem seu conceptuum accretionem, v.g. *Triangulum quod duos angulos sigillatim habet duplos tertii*, quia nihil amplius possumus eligere, cum omnia sint determinata. Quamvis interdum et indeterminata problemata[82] in artificiosa electione reddere determinata nequeamus, sed id ob ἀπορίαν, quae ad Analysin pertineat Heureticam potius. At in Physicis res ex sola experientia innotescit.

Si Hypothesis sit Hyperdicycla requiritur praeterea synepochismus epicyclorum alias non esset determinata orbita. At in dicycla non requiritur, vide Phoranomica patavina.

Notiones reflexive determinat[a]e seu specificatae *figura cuius datis solis lateribus species completa datur* id est *triangulum*, item *cuius binorum laterum aggregatis singulis datis dantur ipsa latera*, *figura quae omni eandem definitionem* seu potius *eandem essentialem notionem participanti figurae similis est*, ea est sola parabola, nam recta participat eundem essentialem conceptum cum Ellipsi (ex Hypothesi dicyclica cuius epicyclus motum duplum habet motui Hypocycli) et circulus quidem circulo similis est omni sed circulus est Ellipsis; et Hyperbole recta tamen est Hyperbole quaedam

---

[82] *Am Rande*: NB.

6 f. constat (*1*) ⟨quae⟩ (*2*) quomodo *L* 10 flores (*1*) hyberni (*2*) verni *L* 27 Ellipsis; (*1*) et Hyperbole (dubito (*a*) ) (*b*) de Hyp) (*2*) et *L*

---

20 Phoranomica: vgl. Ms IV 346, cap. VI, def. 1 – patavina: vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 30 Bl. 13; J. JUNGIUS, *Doxoscopiae physicae minores, sive isagoge physica doxoscopica*, hrsg. v. M. Fogel, Hamburg 1662, Annot. spec. ad part. II sect. III, II, 4; V, 37 u. 80; VIII.

obliqua, sola igitur parabola omnis omni parabolae similis est. (+ Sed est modus concipiendi alius quo parabola habetur pro Ellipsi vel Hyperbola. +).

Cur Notio Notione A m p l i o r sit occasiones vel causae variae enumerari possunt sed satius est repudiare modum connectendi per τὸ *causa* et ponere propositiones instar Geometricarum puras: 1) Theorema: omnis notio concretive inclusa in altera non pleonastica, amplior est, et contra notio non pleonastica concretive includens alteram strictior est. 2) Theorema: si duarum notionum non pleonasticarum utraque sit terminative composita, et respectiva sive terminata pars sit prorsus eadem in utraque notione, pars autem terminans unius a parte terminante alterius tantum quantifico synnoemate differat, ea cuius terminativa pars universaliter affecta est strictior erit, cuius vero terminativa pars particulariter affecta est amplior erit. Ut *angulus minor aliquo acuto rectilineo* est amplior, *Minor omni acuto rectilineo* strictior. T h e o r. 3. si terminata sive respectiva pars sit eadem, et terminantes partes diversae, cuius terminativa fuerit amplior, ea amplior; cuius strictior, ea strictior. *Figura transformabilis in parallelogrammum* amplior, *in quadratum* strictior. In primo et secundo theoremate addendum erat pleonastica, ut in 1$^{mo}$ *isosceles* et *isosceles ad basin aequiangulum*, utraque aeque ampla. 2$^{o}$ *figura similis alicui quadrato* et *omni quadrato* utraque aeque ampla. T h e o r e m a 4. notio per accidens determinata strictior est indeterminata, ut *longitudo* et *longitudo pedalis* quae non sumitur hic ut resolubilis notio in *pedalem mensuram*, nam ita ad Theorema 1 pertinet sed prout aestimative certa aliqua quantitas apprehenditur, non accedente applicatione mensurativa, ut apprehendimus altitudinem hominis qui 7 est pedum, longitudinem brachii quod duorum, altitudinem arboris, turris *nach dem augenmaß*; et posita notio *longitudinis pedalis* p r i o r est notione *longitudinis*, sicut notio *alboris*, *ruboris*, etc. prior est notione *coloris*. T h e o r e m a 5. si qua praeterea notio notione amplior est, id peculiari vel inductione vel demonstratione innotescit. Inductione, ut *solidungulum animal*, *equus asinus zebra*. Item *color*, *color albus niger ruber*, *purpureus* etc. Demonstratione, ut *incommensurabile lateri quadrati*, *diagonius quadrati*, *diagonius pentagoni ordinati*, *altitudo trianguli ordinati. F i g u r a c u i c i r c u m f e r e n t i a c i r c u m s c r i p t i b i l i s e s t* 1$^{o}$ *triangulum*, 2$^{o}$ *quadrangulum habens oppositos angulos simul junctos aequales duobus rectis*, 3$^{o}$ *figura parilatera aequiangula, lateribus alternatim aequalibus*, pro data proportione laterum binorum proximorum et dato numero laterum facile construitur figura talis, nam quia numerus laterum est datus et omnes anguli aequales sunt, datur quilibet angulus, etc. 4$^{o}$ *figura ordinata*.

2 quo (*1*) circulus ab (*2*) parabola *L* 19 resolubilis (*1*) con (*2*) notio *L* 34–S. 1288.1 *ordinata.* (*1*) AMPLITUDO (*2*) AMPLIORUM *L*

AMPLIORUM NOTIONUM REMOTIOR. Quidam Conceptus Generici tales sunt, ut eorum unus, quamvis neuter alterum includat, altero propinquior vel remotior sit respectu conceptus specifici. Quidam vero tales sunt, ut eorum unus propinquior remotiorve jure dici haud queat. Species sit *rhombus*, generici conceptus sunt: *quadrilatera figura*, *aequilatera*, *habens latus quodlibet uni reliquorum tantum parallelum*; *diagonios se normaliter bisecantes habens. Obliquangulum*, id est *habens omnes angulos obliquos sive nullum rectum*. Quis ex his conceptibus genericis specifico propior? *Rhombus* hoc est *figura quadrilatera*, *aequilatera*, *obliquangula*, hi tres conceptus in hoc pares sunt, quod quivis eorum duobus reliquis restrictius *rhombi* notionem constituit, tamen videtur *aequianguli* notio remotior a notione *rhombi*.

NOTIONUM AMPLITUDO SEU COMPREHENSIO PRIVATIVA. *Juxtim ducta* dicatur, *quae lineae rectae datae in propositione non denominatae parallela est. Emissa e recta positione data* dicatur, *quae e dato puncto istius rectae positione datae educitur*. Vid[e] exempl[a] in *Topasmis*, et in *Metagog*[*e*]. Pulcherrimum exemplum est in hoc sive Axiomate sive Hypothesi: *radius incidens et reflexus, cum communi sectione plani reflexionis et superficiei reflectentis angulos quam proxime fieri potest aequales constituit*, h. e. si communis ista sectio sit recta vel circularis angulos praecise aequales constituit, si vero Elliptica parabolica etc. angulos angulo nullo rectilineo differentes, non possunt autem propius ab aequalitate abesse, quia non nisi recta linea extenditur lux.

Etiam privativa est vera comprehensio, utilem enim nec fallacem syllogismum constituit, quo specialiorem e generaliori colligamus. Tales comprehensiones privativae frequentissimae sunt in Canonibus seu regulis seu praeceptis operationum Mathematicarum.

Comprehensioni privativae similis est ampliatio notionis *rectarum parallelarum. Rectae* largiter *parallelae* dicuntur, *quae in eodem plano sitae nunquam se intersecant, etiamsi in infinitum protendantur*. Eius usus est in theoremate Geometrico de lineamentis paralleliter sitis. Vide Geom. ad Phoran. Ut *medium propius extremo majori, quod paucioribus mediis subjicitur*, ita *propius minori extremo quod de paucioribus mediis praedicatur*, hoc est sub *pauco* etiam comprehenditur *nullus*.

2 eorum (*1*) notio (*2*) unus, *L* 2 quamvis (*1*) neutrum (*2*) neuter *L* 18 f. differentes, (*1*) q (*2*) non *L* 26 etiamsi (*1*) interdu (*2*) in *L* 26 *protendantur* (*1*) (+ ita (*2*) Eius *L*

13 f. Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 17 Bl. 69–74, Wo. 18 Bl. 1–21 u. Wo. 20 Bl. 1–5. 27 Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 30 Bl. 61.

NOTIO NOTIONI COESSENTIALIS. Relatio Notionis ad notionem est vel Essentialis vel Accidentalis. Essentialis ut inclusa et includens, item pure abstracta.

Notio pure abstracta.[83] *Coloris* notio in *viriditatis* notione non includitur, prior enim est *viriditatis* notio et simplex omnino, cum *coloris* notio sit resolubilis, nempe *affectio corporis solo visu observabilis, quaeque nonnisi illuminato subjecto sensum movet*. Quaeritur an notio *coloris* Essentialis notioni *ruboris*? non includitur quidem in notione *ruboris*, abstrahitur tamen ab ea per puram abstractionem. Est autem pura abstractio quae non relinquit aliquid eius a quo abstrahitur. *Entis* notio abstrahitur ab *Ente per se*, ut relinquat aliquid[84] scil. *per se* quamvis id non possit esse absque conceptu *Entis*.

Relatio essentialis notionum eadem semper manet notionis ejusdem ad eandem, ut latior notio respicit strictiorem eadem semper relatione. Notiones inter se essentiales vel coessentiales quae repraesentant unius ejusdemque rei Essentiam; ut notio *curv⟨ae⟩* et *uniformis* in *linea circulari*. Notio *A* notioni *B* accidentalis dicitur, si notio *A* repraesentet rem quae sit extra Essentiam rei a notione *B* repraesentatae. Notiones differentiales, omnes privative oppositae vel respectu generalis, vel respectu objecti. Notio generica specifica differentialis.

NOTIONUM DIFFERENTIAE ACCIDENTARIAE. Res notionibus conjugatae; Notiones vocabulis. Synonymae notiones dici possunt de quibus una aliqua synonymica notio praedicari potest. Sed praestat fortasse res tantum synonymas dicere, a quibus synonymica notio abstracta est.

Comprehendens est quae praedicari universaliter potest de comprehensa sive per [se] sive per accidens praedicetur.

Includens notio quae resolvi potest in inclusam, ut notio *parallelogrammi* et *parallelarum*. Inclusa vel recte includitur vel oblique. Scholastici per *inclusum* intelligere solent recte inclusum. Inclusa saepe comprehendit includentem, ut *figura rectilinea Triangulum*. Inclusa secundum p⟨ar⟩tem est quae necessario consequitur ex altera.

---

[83] *Am Rande*: ℌ *Daneben*: Inclusio recta scil. est vel per concretivam compositionem, vel per praecisivam abstractionem. Quaerit Scotus utrum notio *unius* includat rationem Entis, sed sciendum est dicere nos aliquid de aliquo posse, cujus notio tamen non incl[ud]atur in notione ejus. ℌ

[84] *Am Rande*: ℌ

8 quae (*1*) relinquit (*a*) aliquid (*b*) eius a quo abstrahitur aliquid (scil. *per se*), quamvis id non po (*2*) non relinquit | eius a quo abstrahitur *str. Hrsg.* | aliquid *L* 10 f. *Entis.* (*1*) Notio essentialis eadem (*2*) Relatio *L* 30 Entis, (*1*) at (*2*) sed *L*

---

29 f. JOHANNES DUNS SCOTUS, *Quaestiones subtilissimae in Metaphysicam Aristotelis* lib. 4, qu. 2 (*Opera omnia*, 1639, Bd 4, S. 580–589).

*Concedimus dialecticam »primario conceptibus imponere notiones«* (scilicet secundas) *vocibus*[85] *secundario*. Jac[obus] Werenbergius *Logicae* p. 1053, ubi *de symbolis* notionum.

Figura diagonio carens vel plana *Triangulum* vel solida *pyramis*.

*Contrarii motus* sunt *qui eadem tria puncta, non eodem ordine trium momentorum attingunt*. Rectissime sic: definitio: *qui eadem puncta duo per idem intermedium*

*punctum contrariorum momentorum ordine attingunt*:




Notio secunda, nota hanc definitionem. *Enuntiatio composita absoluta uniformis*, [definitur], *quae sub qualitate affirmationis pluribus compositis non aequipollet*. Consideratur hic Enuntiatio ut ad Affirmationem et Negationem indifferens, cetero per omnes differentias determinata. Ita *animal viviparum* est *quod sub foemineo sexu parit animal vivum*, seu *cuius sexus foemineus parit animal vivum*.

*Causa* et *principium* idem, sed alia *ratio* Alexander 4 *Met*. § 7.

Notio Transcendens dicitur 1) quae praedicatur de notione quae ipsam contrahit cui includitur 2) in notione quae ipsam contrahit.

Notiones declinatae pariunt Catachreses, *subjectum voce idem modo in statu modo in ampliatione modo in distractione acceptum non est re idem*. Hic *re idem* ponitur et eo ac si dicerem: *non designat eandem semper notionem, sive eundem mentalem Terminum*.

NOTIONUM VITIA. Homonymismus notionum: Privative opposita hic privantia. Contraria non mutua si definiantur ea quorum unum natum est decedere, et alterum succedere alteri. Homonymismus notionum est, cum correlata dissimilaria sed homonymice similaria notione bijuga comprehenduntur. Correlata Homonymice similaria dicuntur, quae ob homonymiam, appellaminis respectus eorum designantis videntur esse

[85] *Schräge Anstreichung von »vocibus« bis »pyramis«.*

10 definiuntur *L ändert Hrsg.* 14 *ratio* (*1*) *considerandi* (*2*) Alex. *L* 24 comprehenduntur. (*1*) Notio (*2*) Correlata *L*

1–3 J. WERENBERG, *Exercitationes logicae, quas ad examen veritatis, et Scholarum Dialecticarum Rami . . . proposuit, . . . recognovit*, Wittenberg 1613, Antiramist. VIII, cap. 2, Ex. 1. 14 ALEXANDER VON APHRODISIAS, *In Aristotelis Metaphysica Commentaria*, in IV 2, 1003 b 22 (CAG I, S. 247.8–32).

similaria correlata cum sint dissimilaria. Similaria correlata dicuntur cum respectus utriusque ad alterutrum in notione aliqua synonymice comprehenditur.

CIRCULUS NOTIONUM item definitionum, si definias *A* per appellamen *B*, et *B* per *C* et *C* per *A*, ut Bodino *pater familias* est *qui nullius privati imperio subditus*, *privatus qui nullo publico imperio fungitur*, *publico imperio fungitur qui reipublicae nomine imperat*, vel *qui familiarum multitudini imperat*.

Notio symbolica, titularis κενωνυμία (+ at titularis vitium est non symbolica +) ut si dicam, *ulmus arbustivae viti commodissima est, vitem opulus magis alit quam ulmus* et nec opulum nec ulmum agnoscam. *Opulus ein Sonnenbaum*, *ulmus ein Ilme*. Conceptus titularis sive symbolicus utilis est in definitione proportionalica, sc. prima, secunda, tertia; item catallela; homologa, nam si quaelibet cuilibet sit proportionata (h. e. rationem ad eam habens), per accidens est, quod *A* ipsi *C* est homologa, et ipsi *B* catallela, potest enim ipsi *B* homologa esse, et catallela ipsi *C*. Ut *A* ad *B* ita *C* ad *D*, ut *A* ad *C* ita *B* ad *D*. Item in hac *si primum aequetur secundo, hoc tertio, hoc quarto, tunc primum* etc. Interdum rem concipio per concretam quandam denominationem a suo vocabulo, idque vel ob necessitatem, ut Arachidne planta quaedam Aegyptia ita Theophrasto nominata fructus fert in radicibus, interdum ob brevitatem,[86] ut si non concipiamus actu ipso rem secundum debitam omnium conceptuum aggregationem, sed quia alias hoc fecimus, et facere hoc nobis licet quando volumus. Jam vero tantum ita concipimus: res eo nomine proprie vel a nobis vel ab alio appellatur, et tum de ea sic concepta aliquid alterius praedicamus. Et hae kenonymicae notiones in definiendo et proponendo hoc est theorematum et problematum tam Actu Catholica quam Ecthetica enuntiatione insignem interdum usum praestant; imo necessariae sunt, ut proposita lib. 10 prop. 1 accepta lib. 1.

---

[86] *Am Rande*: (+ haec prorsus gemina meis +)

4 ut (*1*) Bodinus *rempublicam* per *familiam* (*2*) Bodino *L*  12 habens (*1*) +) (*2*) ) *L*  13 ita (*1*) *B* (*2*) *C L*  17 brevitatem, | ut si non concipiamus ipso actu rem, secundum debitam omnium conceptuum aggregationem *str. Hrsg.* | ut *L*  22 Actu (*1*) Catholicorum quam Ectheticorum (*2*) Catholica quam Ecthetica *L*

---

3–6 Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 36 Bl. 79.  4–6 Vgl. J. BODIN, *Les six livres de la république*, Paris 1576; lat. Ausg. Lyon und Paris 1586, lib. I, cap. 1 u. 2.  7–9 symbolica: vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 36 Bl. 69 (geschrieben wohl von Johann Adolph Tassius).  7 titularis: vgl. oben vor Fußnote 16.  16 f. Vgl. THEOPHRAST, *Historia plantarum*, I, 6, 12; vgl. 1, 7.  23–S. 1292.1 Vgl. EUKLID, a.a.O., lib. X, prop. 1, u. lib. I, prop. 7.

prop. 7. Prior posterior datur una – propositae et sepositae, vid. log. tit. *mixogenea*. Hinc permutari etiam saepe appellationes istae possunt.

NOTIONIS TITULARIS exemplum. Si quis accedat philosophum et expetat logicam edoceri, non habebit conceptum distinctum Logicae sed confuse tantum notione symbolari concipit; sicut infans patrem et matrem concipit, *iste vir ita barbatus, vestitus*; etc. *est pater meus*. Ita illi: *ea doctrina, quae ea hora, eo in loco, ab eo doctore docetur est logica*. Κενωνυμία est Error intellectus, quo appellationem aliquam apprehendit quasi in se haberet notionem ipsi respondentem, quam tamen non habet, et nihilominus appellationem illam in Enuntiationibus et Syllogismis disponit imo et cum aliis componit, ut *frater est qui habet eundem patrem*. Itaque *frater* in intellectu impuberis pueri, qui verba nupta nondum intelligit est conceptus ex notione et κενωνυμία suo modo compositus. Ita multi apprehendunt *causam*, *Motum*, itaque si quis Aristotelicus quaerat *quid est motus*, idem est ac si puer quaerat, *quid est patrem esse*, quasi diceret puer, *quid est istud propter quod omnes homines dicunt istum esse meum patrem*. Kenonymia est appellatio uti cenotaphium est sepulchrum, continet non corpus, attamen aliquid aerem saltem, ita kenonymica appellatio, notionem habet in intellectu respondentem non quidem quam debebat aliquam tamen, scilicet cenonymicam notionem, quae significatur notio ex τ$^{\varphi}$ *significatum* et appellatione ipsa ut termino, terminative conflata. *Pater* id quod *patris* appellatione designatur; *Motus* quod appellatione (+ *qualitas* propter quod dicimur *quales* +). Vulgares homines talia multa concipiunt, ut *honor*, *justum*, *florens*. Saepe praeterea Homonymias vitium junctum; ita ut appellatio cenonymica strictius sumta non sit cenonymica, sed determinatam notionem habeat, at generalius sumta cenonymica sit. Maxima pars conceptuum apud vulgus sunt cenotaphia, exceptis iis quas sensibus apprehendunt.

NOTIO PLEONASTICA SIVE ABUNDANS, notionum superfluentia. Superfluentia est partis, pleonasmus totius. Pleonastica est notio, cuius aliqua pars superflua est. Notio abundans *das unvernunfftige Vieh. Triangulum rectangulum cuius anguli sunt ut 1, 2, 3.* (+ Epitheta poetarum, ut *lac album*. +) *Locus Topicus. Nuntius apostolicus*, *Apostolus Apostolicus* (+ revera non sunt abundantes +). *Minor quovis rectilineo acuto* est

3 expetat | doceri *str. Hrsg.* | logicam *L* 16 appellatio, (*1*) non (*2*) notionem *L* 18 f. termino, (*1*) terminatim (*2*) terminative *L* 26 partis, (*1*) abu (*2*) pleonasmus *L*

1 tit.: nicht nachgewiesen. 5–12 Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 36 Bl. 69 (geschrieben wohl von Johann Adolph Tassius). 26 Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 36 Bl. 111 (geschrieben wohl von Johann Adolph Tassius). 29–S. 1293.1 EUKLID, a.a.O., lib. III, prop. 16.

pleonastica Eucl. lib. 3. prop. 16, adde 5 *top.* c. 2. § 7. *Triangulum figura rectilinea tribus lineis terminata*, ibi *terminatum* jam est in *figura*. Notio abundans est plus quam specifica. Non est opus dicere: *Triangulum rectangulum habens maximum latus duplum minimi*, sed *duplum alterius*, nam ex hoc sequitur id esse minimum reliquorum. *Triangulum habens utrumque par oppositorum angulorum duobus rectis aequale non habetur* superflua, quamvis enim si unum par duobus rectis aequale habet etiam alterum aequale habet, tamen consequens simile est antecedenti et in unam notionem coit.

Pleonasmus secundum quid. Pleonasmum committit Adversarius non tantum quando concretive componit notionem vere consequentem cum sua antecedenti, sed etiam cum ista notio non quidem vere, sed tantum ex adversarii sententia est alterius consequens. Habet usum in disputando haec observatio. *Figura Triangulum maximum angulum habens rectum* est superflua, nam sufficit pro *Triangulo* dicere *figuram*.

PLEONASMUS NOTIONUM ABSOLUTUS MULTIS MODIS CONTINGIT. 1° Si notio aliqua concretive apponatur notioni cui jam inclusa est, ut *homo animatus*, *animal corporeum* oritur pleonasmus cum (notionali) nugatione conjunctus sive cum Tautologia etc. 2° Si notio consequens cum sua antecedente concretive componatur (quem pleonasmum alibi attributivum diximus) sive sit amplior, ut *Triangulum Circulo inscriptibile*, sive reciproca ipsi, ut *angulus rectus in semicirculo existens*, *diagonius quadrati potens duplum lateris.* Nota: si dicam *Triangulum rectangulum isosceles angulos ad hypotenusam habet semirectos et hypotenusam potentia plana ad perpendiculum duplam*, praedicatum huius enuntiationis, si ut una acciperetur esset pleonasticum, verum sunt duae Enuntiationes, ideo et duo praedicata.

PLEONASMUS NOTIONUM NECESSARIUS, ob restrictoriam restrictae reciprocam, ut *figura aequilatera* hoc est *magnitudo lateribus terminata latera omnia aequalia habens*. Quicquid aequilaterum est figura est. *Curvum cavum.* Quicquid cavum est curvum est. *Quantum aequale*, *animal masculum*, *animal habens sensus*, *planta cito crescens. Magnitudo congrua*, nam motus motui congruus alio sensu. *Substantia calida* vel *calorata*, nam quod calidum est substantia est. *Simum Nasum*



2 ibi (*1*) *lineae* bis (*2*) *terminatum L* 4 nam (*1*) quaevis eorum in hoc casu aequalia sunt reliqua inter se, (*2*) ex *L* 13 ABSOLUTUS *erg. L* 18 *quadrati erg. L* 27 *animal* (*1*) *habet* (*2*) *habens L*

1 ARISTOTELES, *Topica*, V, 2, 130 a 29 – b 10. 13–19 Vgl. JUNGIUS, *Nachlaß*, Wo. 36 Bl. 111–112 (geschrieben wohl von Johann Adolph Tassius). 29–S. 1294.2 ARISTOTELES, *Metaphysica*, VII, 5, 1030 b 28 – 1031 a 1, u. *De sophisticis elenchis*, 13, 173 b 9–11; vgl. 31, 182 a 2–6.

Aristoteles lib. 7. c. 5. et alibi usurpat pro tessera huius pleonasmi ῥὶς σιμὴ quasi ῥὶς ῥὶς κοίλη, sed non satis bene hoc Aristoteles, *simum* enim de alio quoque quam naso potest dici et naso per accidens tantum tribuitur. *Simum* revera est *quod sinuose cavum est* sive *quod inter duo convexa cavum est* ut vult Galenus, sive potius *simum* est *cavum continuum convexo*. Hinc in Vitruvio ornamentum columnarum quod sima dicitur. Quicquid sit, nihil est in sima nasi figura, quod extra omnem nasum esse non possit. Omnis enim figura resolubilis est in compositiones et proportiones linearum, et species varias earum pro majore et minore curvitate; ut minor circulus curvior majore.

Notionum respectivus pleonasmus ut *quadrangulum habens omnes angulos rectos*, sufficit si concipias *aequiangulum*, praeterea figurae habent omnes angulos, necessario consequitur esse quadrangulum sicut soli quinquangulo proprium est habere omnes angulos 108 graduum seu $\frac{3}{5}$ duorum rectorum. Itaque hoc casu in una notione *quadranguli omnes angulos rectos habentis*, duplex est pleonasmus, quorum prior respectivus, posterior absolutus. Respectivus etiam est: α *quinquangulum*, β *cuius quilibet angulus est aequalis quintae parti sex rectorum*, hoc est[87] *cuius quilibet angulus aequatur quintae parti sex rectorum*, sufficit γ *quinquangulum cuius quivis angulus uni eidemque angulo aequatur*, sed et in hac enuntiatione est pleonasmus, sufficit enim δ *cuius omnes anguli inter se aequantur*. Pro α substitui etiam posset aequipollens haec: ε *quinquangulum cuius quilibet angulus ad rectum proportionem habet quam 6 ad 5*, huic deinde substitui potest parcior ζ *quinquangulum cuius omnes anguli ad eundem angulum eandem habent proportionem*, pro qua denique *quinquangulum cuius omnes anguli inter se aequantur*. Sic: *Triangulum rectangulum* α, *cuius uterque adjacens Hypotenusae angulus est semirectus* β, sufficit *cuius ad Hypotenusam anguli inter se aequantur* γ, imo δ *cuius duo anguli aequantur*, sequitur enim non posse alios esse quam

[87] *Am Rande*: Ars fabricandi est excogitandi exempla, fiet per analysin characteribus noematicam.

2 non (*1*) bene (*2*) satis *L* 6 in (*1*) simo naso (*2*) sima nasi figura *L* 7 et (*1*) propositiones (*2*) proportiones *L* 17 *eidemque erg. L* 24 *anguli* (*1*) *quilibet* (*2*) *aequantur L* 26 f. characteribus (*1*) absolutam m (*2*) notatam per (*3*) istarum (*4*) noematicam *L*

3 f. Vgl. GALEN, *Hippocratis de medici officina liber et in eum commentarius*, III, 12 (Kühn XVIII, 2, S. 833). 5 VITRUVIUS, *De architectura libri X*, III, 5, 12 u. V, 7; hrsg. v. G. Philander, Straßburg 1550, Marg. N S. 144 u. 147, u. Marg. D S. 225 u. 226; vgl. Ausg. Lyon 1586. – B. BALDO, *De verborum Vitruvianorum significatione. Sive perpetuus in M. Vitruvium Pollionem commentarius*, Augsburg 1612, Lysis, S. 101 f.

qui ad Hypotenusam. Sed et in primo adest a b s o l u t u s pleonasmus, sufficit *Triangulum cuius duo anguli sunt semirecti*, inde enim colligitur necessario et esse rectangulum et hypotenusae angulos adjacere. Interim revera in talibus non tam duplex est pleonasmus quam duplex modus deprehendendi et abolendi, nam absoluto abolito etiam aboletur respectivus et contra. Alia ratione duplex pleonasmus dici potest occupare notionem α quatenus ei substituitur notio γ minus pleonastica, et huic demum notio δ ab omni pleonasmo immunis.

*Quadratum lateris quadrati*; *pater filiorum Zebedaei* est species n o t i o n i s s u p e r f l u a e .

Notio pleonastica, *plana, quorum unum ad alterum sit rectum*, sufficit *plana inter se recta*, nam si *A* rectum est ad *B*, erit et contra. Sed non est pleonastica: *lineae quarum utraque ad alteram est perpendicularis* nam recta transiens per centrum peripheriae est perpendicularis, peripheria vero rectae non est perpendicularis (+ imo est normalis normalis +).

Quaeritur[88] num notio pleonastica sit, *triangulum sphaericum omnes suos angulos rectos habens*, videtur enim hoc in solo sphaerico contingere posse. Respondeo si *r e c t u m* ita definias, *qui suo deinceps cuivis aequalis est* tum nullus est angulus rectus nisi rectarum in plano et maximarum peripheriarum in sphaerica, ergo nullum tale triangulum nisi sphaericum: si *rectus* definiatur *qui uni suorum deinceps positorum aequalis* ⟨tum⟩ vel quadrans circuli vel Ellipseos est triangulum habens omnes angulos rectos. Interim etiam in stricta significatione quamdiu nondum legitime demonstratum est omnem angulum stricte rectum esse vel rectilineum vel maximis peripheriis contentum notio nequit dici pleonastica. Imo etsi id esset demonstratum, non sufficeret nam ordine quodam dividitur sphaericum triangulum in id quod omnes acutos habet, quod aliquem rectum, quod duos rectos, quod tres rectos, itaque per accidens fieret, quod una ex istis parigraduatis (homostoechis) differentiis una aliqua sit quae notionem cui restringendae adjungitur otiosam reddat.

*Figura quae duo proxima latera aequalia habet* eadem cum *ea quae omnia aequalia habet* item *inaequalia. In quadrangulo duo proxima inaequalia* non est pleonasmus.

---

[88] *Am Rande*: ℜ

1 sufficit | enim *gestr.* | *Triangulum L* 4 nam (*1*) uno abolito etiam alter (*2*) absoluto *L* 8 *lateris* (*1*) *sui* (*2*) *quadrati* (*a*) , seu (*b*) ; *pater L* 10 pleonastica, (*1*) *planum*, (*2*) *plana*, *L* 16 in *erg. L* 17 *cuivis erg. L* 21 Interim (*1*) | quamdiu *versehentlich nicht gestr.* | nondum (*2*) etiam *L* 29 item *inaequalia erg. L* 29 *quadrangulo* (*1*) non (*2*) | *duo proxima erg.* | *inaequalia L*

*Quadrangulum aequilaterum unum habens angulum rectum* et *habens omnes rectos* coincidunt, sed posterius non est pleonasticum quia aeque facile concipitur.

Superfluitas[89] notionum INCLUSIVA vitiosior est quam ATTRIBUTIVA, et attributiva habet su[os] gradus; pleonasmus notionis ex superfluentia synnoematis quantifici *figura similis cuivis quadrato* sufficit *quadrato*.

Conceptus superfluus vel extensus seu terminatus porrectus, vel recurrens.

In compositione conceptuum respectivorum communi termino terminatorum aeque superflui: *quod suo toto minus est*, et *quod sua parte maius est*. Si compositio fiat recurrenter, et si cum *A* concretive componatur respectivus conceptus *B*, qui terminetur a *C* quod concretive componitur cum respectivo conceptu respicient ipsum *A*. *A* ⟜ *B* ⊸ *C* ⟜ *D* ⊸ (*B minus D totum Ɑ pars*.) Quod si instituta inversiva aequipollentia respectus posterioris et sequatur ex concretione *A*. cum inverso *Ɑ* ⊸ concretivo *A* ⟜ *B* ⟜ *C* ut in hoc exemplo (vid. *aequipollentia inversiva*) vel ex concretione porrecti dati sequatur concretio inversi seu porrecti novi uti in aliis exemplis potest contingere cum compositio ista erit superflua.

SUPERFLUITAS NECESSARIA, interdum non potest adjungi differentia generi seu notio strictior seu determinatior latiori seu generaliori quin generalior in specialiori jam insit, ut *curva est vel designata a mota uno puncto immoto, vel conica*, etc. nam ista *designata* etc. non potest non esse curva, et ita differentia includit genus.

Superfluitas inclusiva magis est vitiosa, cum scilicet unum ex alio per subsumtionem absque vero syllogismo inferri potest. *Linea quae et in plana et sphaerica et cylindricea et conica superficie existere potest* (circularis scil.) est pleonastica; sufficit *in plana et sphaerica*, nam demonstrari potest eam posse et in cylindricea (+ hinc etiam in proponendis problematibus arte opus, ne sit quaestio superflua, si tamen volumus proponere aenigma, utiles sunt pleonasmi, redditur enim res difficilior in specie quam revera est +). Necessarius interdum magis pleonasmus in notione collectius proposita qui

[89] *Am Rande*: NB.

4 sua *L ändert Hrsg.* 7 In (*1*) term (*2*) concep (*3*) compositione *L* 7 f. terminatorum (*1*) , id quod alicui (*2*) aeque *L* 14 concretio (*1*) ⟨univer⟩ (*2*) inversi *L* 18 *a* (*1*) *pun* (*2*) *mota* *L* 19 etc. (*1*) jam (*2*) non *L* 19 f. genus. (*1*) Quando (*2*) Superfluitas *L* 20 f. per (*1*) syllo (*2*) subsumtionem *L* 22 potest (*1*) 1° est (*2*) (circularis *L* 24 superflua, (*1*) nisi (*2*) si *L*

13 vid.: nicht nachgewiesen.

vitiosus in proposita resolutius *quod ab inferiore loco movetur necessario movetur ad superiorem*, non *Ergo* opus addi.

Conceptus abundans est vel ultimus vel non ultimus seu amplius specificabilis.

NOTIO RECTA REFLEXA. *Reflexio intellectus* notio secunda: *Intentio* secunda. *Reflexio Mentis*. Ea notio quae est in rebus nemine hominum cogitante prima est non secunda ut *causae*, *adjuncti contrarii*; et notiones quae ingrediuntur demonstrationes et theoremata scientiarum non sunt secundae aut logicae. *Objecti* etiam notio est prima, etsi non sit, nisi cognoscentis et appetentis, neque enim res quatenus apprehensa objectum dicitur, sicut quatenus apprehensa dicatur praedicari aut in syllogismo disponi.

NOTIO REFLEXIVA VEL SECUNDA est vel pure sive perfecte reflexiva vel mixtim. Pure secundum Essentiam accidens, Essentiam ut *notio*; *notio generalis*, *comprehendens includens inclusa*, *stricta*, *reciproca*, accidens, ut *subjectum*, *praedicatum*; *medius terminus*. Mixtim reflexiva secundum Essentiam (*genus species proprium* ), accidens ut cum dico *saccarum esse subjectum, dulcedinem praedicatum*, mixtim reflexiva dicitur, ubi non mentis operatio, sed res ut ei subjecta hic apprehenditur. Actus directus, reflexus. Reflexiones ex directis abstractae generaliores specialiores, v.g. *simplex* vel *composita notio* etc., aliae de accidentibus directarum notionum, ut *subjectum praedicatum*. De reflexiva cognitione multa habet Paulus Vallius Jes. t. 1. *log*. q. 6. Notiones physicae pertinent ad scientiam de anima ut objectum; ad physicam ut pars. Paradigmata syllogismorum sunt quasi instrumenta, et eorum habitus instar Calopodii inservit ad fabricandos plures. Ita voces musicales sive *ut re* etc. sive *bo ce di ga lo* etc. sunt instrumenta canendi.

Notio secunda respectus primae, vel prima respectu affecta ad aliam primam (+ imo forte et ad secundam +). Respectus essentialis ut si dicam *amplior est*, accidentalis, si dicam *praedicari de tali*. Etsi prima tali respectu affecta sit Ens per accidens non tamen respectus iste ficta res est. Pleonasmus non est notio secunda sed operatio mentis. Notio

11 reflexiva (*1*) seu (*2*) vel *L* 18 specialiores, (*1*) *simplex* (*2*) v.g. *L* 18 *notio*, (*1*) *su* (*2*) item de a (*3*) aliae *L* 20 physicae *erg. L* 20 anima (*1*) ad (*2*) ut *L* 25 ut *erg. L* 27 iste (*1*) fictus est (*2*) ficta *L* 27 est. (*1*) N (*2*) Pleonasmus *L*

19 f. P. VALLIUS, *Logica duobus tomis distincta: quorum primus artem veterem, secundus novam comprehendit*, Leiden 1622. 23 Vgl. S. CALVISIUS, *Exercitationes musicae duae*, Leipzig 1600, Ex. alt., S. 119–124; *Exercitatio musica tertia*, Leipzig 1611, Quaestio decima nona, S. 147–167; J. LIPPIUS, *Synopsis musicae novae omnino verae atque methodicae universae, in omnis sophiae praegustum* παρέργως *inventae disputatae et propositae omnibus philomusis*, Straßburg 1612, Bl. D7 v° – E1 r°.

reflexiva vel est formalis vel objectiva. Formalis ut *notio generalis*, *medius terminus*. Rursus quin *attributum* est conceptus objectivus, qui alii conceptui objectivo, ut subjecto tribuitur, hic autem ordo provenit ex definiendo inducendo et demonstrando. Notiones secundae non fiunt ab intellectu per comparationem, nam omnes relationes per comparationem rei cum re alioqui etiam *causae* notio foret secunda, sed per reflexionem supra notiones, et comparationem notionum. Rusticus non cogitat τὸ *notio prima*. Secunda notio non nisi de secunda praedicatur. Si *propositio* est notio secunda Crell. *log.*, etiam *conclusio*, ergo et *scientia. Accidens proprium* et *commune* non quatenus accidens sed quatenus proprium vel commune est notio secunda vel reflexiva, nam *adjunctum* et *subjectum* sunt notiones reales.

Completio conceptuum reflexivorum. Conceptus reflexus est quo mentis operatio concipitur, ut *Conceptus* vel *Enuntiatio*. Conceptus *conceptionis* perfecte completur seu specifice determinatur si adjungatur ipse directus, idque vel titulariter vel expresse, ut quando cogito *Fridericus concipit leonem* etc. licet ego *leonis* conceptum formem titulariter. Est quidem haec compositio terminativa, particularis tamen nam determinatur ad speciem infimam neglectis omnibus superioribus conceptuum divisionibus. Quando dico *Campanus describit triangulum* possum addere *scalenum* vel aliud, cum dico *concipit triangulum* nihil possum addere, nam abstrahit a *scaleno* etc.

Qui dicit: *nescit quod vera sit*, videtur supponere veram esse.

(+ Statuere est affirmare, dubitare est propositionem considerare, nec statuere vera an falsa, idque agnoscere. +)

Consequentiae ex Adsignificationibus, *nescit me venisse*. Contradictio est, dicere, *nescio quod jam pluit*, at vere possum dicere: *nesciebam*.

*Sed inceptivum pro »Eccum Pamphilum«. Salustius »Sed Metellus in vulnere«*, hoc *non discretivum, ut si dicas »sapiens sed miser«, hoc enim discretivum erit*. Donatus ad *Andr.* A. 2. sc. 1. v. 10, *sed Pamphilum video*.

7 *propositio* | ut Crell *erg. u. gestr.* | est | Cre *erg. u. gestr.* | notio *L* 7 f. Crell. *log. erg. L* 9 f. nam (*1*) *subjectum* et (*2*) *adjunctum L* 13 f. vel | ⟨vel⟩ *str. Hrsg.* | expresse, *L* 14 quando (*1*) concipio | (*2*) cogito *erg.* | *L* 15 titulariter. (*1*) Particularis est (*2*) Est *L* 15 compositio (*1*) d⟨–⟩ (*2*) terminativa, *L* 17 Quando (*1*) dis (*2*) dico *L* 20 Statuere est affirmare, *erg. L* 20 est (*1*) quaestionem (*2*) | propositionem *erg.* | *L*

7 f. Vgl. F. Crell, *Isagoge logica: in duas partes tributa: in communem et propriam*, Neustadt 1581; cum notis Henningi Arnisaei, Frankfurt 1609, pars I, lib. I, cap. 1 u. 2. 24–S. 1299.2 Vgl. M. Fogel, *Lexicon philosophicum*, hrsg. v. J. Vagetius, Hamburg 1689, class. III, sect. III, cap. I, n. X, S. 307; cap. III, n. IX, S. 334. Vgl. Leibniz’ Exzerpt N. 243, Particulae enuntiativae, nach *Sive*; De praepositionibus, nach *Inesse*. 24–26 A. Donatus, *Commentum Terenti*, *Andria*, II 1, 10, 2; Sallustius, *Historiae*, II, 68.

*Ob* notat causam impulsivam, conditionem, v[ide] Crell[ii] lib[rum] contra Grot[ii] *de satisfactione Christi* c. 1. parte 31.

*Das format oder die Manier zu wickeln, zusammenzulegen oder zu falzen, ist s⟨on⟩st ein* appellamen, wie *sexus*.

## 242. ANNOTATA CIRCA SCHEDAS JUNGIANAS
[Mitte 1685 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 117–118. 1 Bog. 2°. 2 1/4 S. auf Bl. 117 u. 118 v°.

Band IV von Mabillons *Analecta* erschien 1685. Ob Leibniz auch schon in diesem Jahr von Marcelschen *Tablettes* wußte oder diese früher vorlagen als angegeben, ist unbekannt. Anlaß oder Gelegenheit zu diesen Aufzeichnungen – teilweise wohl Auszügen oder Abschriften – sowie zu Autor, Schreiber und Vermittler an Leibniz konnten nicht ermittelt werden. Die Datierung folgt dem Wasserzeichen.

Quaeratur utrum sint Nationes quae ex consuetudine sinistra ut digniore prae dextra utantur in scribendo aut aliis actionibus exquisitioribus et sicut divinationum genera alia dextrum, alia sinistrum praeferunt. Si ⟨semel⟩ sit unum corpus in quo quid dextrum quidve sinistrum dicatur (etsi sit plane cubicum conveniat unum si tantum sex signis insignitum sit), tum mediante isto corpore duae pyramides erga se inversae definiri et distingui possunt. Cubi autem istius characterisatio alteri notificari nequit ullis resolutoriis literis, sed solo sensu, sive hoc fiat per motum coeli, sive sectione corporis alicuius animalis, sive traditione cubi jam inscripti, nec requiritur ut utamur appellationibus *dextri* et *sinistri*, *superioris* et *inferioris*, *anterioris* et *posterioris*. Imo etiam absque Cubo solis tribus rectis se in eodem puncto ad rectos intersecantibus. Iis enim traditis earum adminiculo alteri significare possum.

*Situs F et E* nulla ratione resolvi potest, sed est tam simplex quam conceptus *pedalis longitudinis* quae quidem extrinsece ex parte definiri potest, nam pedem humanum

1 f. Vgl. J. Crell, *Ad librum Hugonis Grotii, quem de satisfactione Christi adversus Faustum Socinum senensem scripsit, responsio*, Rakow 1623, ad cap. 1, partic. 31, S. 43 f.

describere possum ut ex forma agnoscas, ac tum mediocrem pedem eligas atque illius




longitudinem pro ea quam te concipere volo, habeas. Ita etiam possum corpus sumere quod naturaliter in sex dimensionibus diversum sit, sive intra sive extra, atque ita dicere, ubi caput est sit *A*, ubi pedes *B*, ubi venter *C*, ubi dorsum *D*, in parte qua Hepar *E*, in qua lien *F*. Spermatica vena ex emulgente vel azyx vel ren depressior. In univalviis Testaceis, item in rhombis et passeribus (*schollen*) e x t e r i u s sex positiones distinguere possumus, oportet autem ultimate specifice describere, nam rhombus et passer inversive se habent. Manus dextra unde sinistra fortior et promtior. Quaeratur in Aristotele et Anatomicis. Vide et descriptionem cardui viarum, tam mitioris quam ferocioris. *Pars superior* costarum *crassior est inferiore, unde certam propemodum notam colligito qua dextras a sinistris* distinguamus. Columbas (+ an forte Realdus Columbus +). Erunt itaque dextrae costae sinistris ordine, congrue oppositae: sicut[1] autem congrue oppositae, si vel extremitatem earum qua vertebris coarticulantur consideres.

Quaeritur an pyramis dum ignoratur eius solida obliquitas, quamvis hedrae schematice dentur, detur, quoad infimam speciem. Datis Hedris pyramidis schematice datur pyramis schematice. Datis Hedris singulis specie datur earum proportio, quia quaelibet cum qualibet latus aliquod commune habet. An ita forsan et in reliquis figuris.

In pyramide perfecte scalena non datur variatio nisi per inversionem. At si una hedra sit triangulum aequilaterum datur variatio.

Etiamsi omnes 4 hedrae triangulares, pyramidales, scalenae (hoc est a quibus pyramis scalena constitui potest, poterit autem constitui si quaelibet cum qualibet unum latus commune habeat) (specie et magnitudine) datae sint, nondum tamen pyramidis species completissima data est, desideratur enim adhuc aliqua differentia, quam ego ordinem solidum voco. Ita si duae pyramidales ordinatae superficies alias prorsus aequales (et proinde congruae quia ordinata est utraque) ita diversis vel coloribus vel picturis vel

---

[1] *Darüber*: ℜ

12 *qua* (*1*) dextrum a sinistro (*2*) *dextras a sinistris* *L* 12 forte (*1*) Colu (*2*) Realdus *L* 25 pyramidales (*1*) superficies ordine prorsus aequales (*2*) ordinatae *L*

10 Vgl. ARISTOTELES, *Problemata physica*, XXXI, 29, 960 a 29–30. 11–14 R. COLOMBO, *De re anatomica libri XV*, Venedig 1559, lib. I, cap. 19, S. 61 f., vgl. S. 61, 64; Paris 1572, S. 114, vgl. S. 113, 118 f.

signis distinguantur, nunquam congruent, ut similia signa omnia congruant (+ scil. similia signa respectu ordinis ad pyramidem +) quod experiri poteris, si complices has superficies, ut signa sint extra in utraque.

Prius commoditate cognitionis est, quod si prius addiscatur commodius addiscitur alterum, prius necessitate cognitionis, quod nisi prius addiscatur, alterum addisci nequit.

*Ordonnances touchant le desseichement des Marais, imprimés à Paris chez Leonard environ l'an 1662*, *bey* ⟨ – ⟩ *Konigen zu Hamburg*.

Stevins *Politicke Wercken*, a filio edita. *Hausordnung*, et varia ibi concernentia *policey und finantien, unter andren eine Hausordnung, wie die Häuser solten gebaut werden*. 4°. Belgice omnia. Dicitur fuisse *su*[*per*]*intendant der finantien von Prinz Moriz*.

*Tablettes chronologiques de M. Marcel*.

Ex Tomo IV. *Analectorum* Mabillonii, ubi
Opera Roswithae Manuscripta in Monasterio S. Emmerani.
In Wingartensi Monasterio vetus Welforum Historia.
In Scheyrensi Monasterio Abbas Mathematicus et Theologus, est ibi Manuscriptum in quo pictura vetus Ptolemaei tubo adductili astra respicientis. Manu ni fallor Conradi Monachi, a quo multa ibi.

(+ Linea superficiem dividit in duas partes excepta nodosa se ipsam secante quae dividit in tres, imo si se plus semel secat in plures. +)

3 utraque. | ) *str. Hrsg.* In py *gestr.* | *L* 9 edita. (*1*) ⟨*Erlas einer*⟩ *Haushaltung* (*2*) *Hausordnung*, et (*a*) alia ⟨ – ⟩ (*b*) varia *L* 17 vetus *erg. L* 17 adductili (*1*) coelum (*2*) astra *L*

7 f. *Ordonnances*: Paris 1666. 9–11 S. STEVIN, *Materiae politicae. Burgherlicke stoffen. Vervanghende ghedachtenissen der oeffeninghen des . . . Heere Maurits . . . Prince van Orangie . . . Beschreven deur . . . desselfs Heeren Princen Superintendent van de finance . . . En uyt sijn naghelaten hantschriften bij een ghestelt deur sijn soon Hendrick Stevin . . .*, Leiden [1649]; 1660, Onderscheyt I, Hooftstick 5–6, S. 24–31; Byvough, S. 39–128; s-Gravenhage 1686. 12 G. MARCEL, *Tablettes chronologiques contenant la suite des papes, empereurs et roys*, Amsterdam 1686 [Marg.]; *Tablettes chronologiques contenant avec ordre, l'état de l'egise en orient et en occident*, Amsterdam 1687. 13–18 J. MABILLON, *Veterum analectorum tomus IV. Complectens iter germanicum . . . cum monumentis in eo repertis*, Paris 1685, S. 58, 40, 50. – Abbas: Gregorius. – Manuscriptum: PETRUS Comestor, *Scholastica historia*.

Helix in superficie cylindrica recta est, cava autem versus easdem solidi partes, versus quas ipsa superficies cylindrica scil. perpendicularis ad helicem est et ad superficiem cylindricam.

De Hanoverana Breihana; factum est nescio qua sive conversione rerum sive potius hominum negligentia, ut quae origine atque dignitate princeps fuerat, nunc inter postremas habeatur.

Nuper condemnatus aliquis in pecuniam quae per errorem occurrerat in calculo aliquo, ipso in Actis adversario id agnoscente, Relator ut apparet non legerat, itaque reum in hanc summam condemnat, quam nec postulabat Actor; ille revisionem petit, et quod ridiculum est a secundis judicibus iterum in eandem summam invito adversario condemnatur, qui quod esset vir honestus non accepit. Sed, hinc discimus quam pulchre legant hodie acta in Academiis.

Hamburgenses habent privilegium de non appellando ⟨*auff*⟩ *1000 Thaler* et in mercantilibus omnino sine appellatione judicant, unde jam omnia eo facili occasione trahunt. *Haben davor 80000 gegeben dazu sich die Oberalten bereden lassen. Banco zu Hamburg gibt* millesimam cum pecuniam accipit, et repetenti rursus detrahit.

Applicabile alteri est, cuius aliquae partes aliquibus alterius partibus congruere possunt. (Si dicas *Applicabile est cuius quaevis pars cuilibet alterius parti congruere potest*. Hic conceptus formalis objectivum habet impossibilem, sunt enim infinitae partes inaequales ideo incongruae.) Ita quaelibet recta cuilibet rectae applicabilis est, item quilibet periphericus arcus cuilibet aequiradio, item quilibet hyperboles arcus cuilibet aequiradiae hyperboles arcui vel totaliter vel participanter vel excessive vel defective congruere potest.

Omne $C$ est $A$. Ergo $Z$ est $A$. Significat autem mihi $Z$ individuum ipsius $C$.

2 f. scil. . . . cylindricam *erg. L* 4 sive (*1*) ho (*2*) conversione *L* 8 agnoscente, (*1*) referen (*2*) Relator *L* 10 in (*1*) idem (*2*) eandem *L* 15 f. *zu Hamburg erg. L* 16 millesimam (*1*) *we* (*2*) cum *L* 18 Si dicas *erg. L* 22 vel *erg.* defective *L*

4–6 Breihana: wohl die Familie des Bierbrauers Cord Broyhan. 13–15 Kaiser Karls V. Privileg vom 6. April 1554 lautet auf 600, Ferdinands II. Erweiterung vom 31. März 1634 auf 700 Gulden; wegen Merkantilsachen, nach gemeinem Recht inappellabel, vgl. Jüngster Reichsabschied, § 107, und Reichsabschied 1670.

Deductio ad absurdum nitur hoc: (reflexivo) *ex quo sequitur falsum, id falsum.*

Jungius non satis observavit deceptionem quae latet in modis indirectis qui revera nulli et inutiles. Sic in *Noematicis* n°. 406. sic ratiocinatur: *Omne animal vivit. Omnis Homo est animal. Ergo omnis homo vivit. Ergo quidam homo vivit. Ergo quoddam vivens est homo.* Concluditur, ut ipse putat minus extremum de majori, et ideo minus extremum esse quod subjicitur in conclusione, majus quod praedicatur, non succedit in omnibus figuris. Ergo definitio non est bona. Non cogitavit transpositis tantum praemissis syllogismum fieri in quarta figura directum, nempe *Omnis Homo est animal. Omne animal vivit. Ergo quoddam vivens est homo.* Cadunt ergo caetera quae summus alioqui Logicus addit, nempe forsan majoris et minoris differentiam esse per accidens quia antequam conclusio formetur, ignoretur, et ideo figurarum differentiam non faciat. Item quod media et extrema aliter definiat Aristoteles in prima aliter in secunda figura, quae omnia ad excusandam hanc quam putavit irregularitatem affert.

Discretio visibilis ab audibili an necessaria in brutis.

*Omnis numerus est par vel impar* vel *falsum est aliquem numerum non esse parem vel imparem* aequipollet duabus: *falsum est aliquem numerum esse nec parem nec imparem* et *falsum est aliquem numerum esse et parem et imparem. Omne scalenum aequiangulum est laterum inter se ut rationalium*, idem quod *falsum est omne scalenum aequiangulum esse non laterum inter se irrationalium.*

Figura dimidio tot habens diagonios quot latera, quadrangulum, tot quinquangulum; sesquialtero tot, sexangulum; duplo septangulum, $2\frac{1}{2}$plo octangulum, triplo Enneagonum etc.

Circulus est sectio Conica orta in plano Coni extrema crura proportionaliter se[c]ante seu Conotmema ortum in plano Trianguli per axem ad basin conicam perpendicularis secante.

1 hoc: (*1*) quod (*2*) (reflexivo) (*a*) quod ex aliquo (*b*) ex *L* 2 observavit (*1*) fa (*2*) deceptionem *L* 3 Sic (*1*) in hoc syllogismo (*2*) in *L* 7 cogitavit (*1*) syllogismum (*2*) transpositis *L* 8 directum *erg. L* 9 quae (*1*) vir (*2*) summus *L* 13 affert. | Nullam perfectionem *gestr.* | *L* 20 Figura (*1*) tot habens diagonios quot latera, quinquangulum, duplo (*2*) dimidio . . . quadrangulum, *L* 24 est *erg. L* 25 sequante *L ändert Hrsg.*

12 Vgl. ARISTOTELES, *Analytica priora*, I, 4, 25 b 35–37; 5, 26 b 36–37.

Quaeritur an *Conotmema ortum ex sectione Coni cuiusque oriri possit ex sectione Coni cuiusque*. 1) Exemplum hic est Enuntiationis quae videtur identica cum non sit, 2) exemplum quod Enuntiatio conversive duplex reduci potest ad unicam identicae conversionis proportionem. 𝔍𝔩




*Angulus immultiplicabilis* est conceptus reciprocus *angulo contingentiae duarum curvarum* (+ ego inveni definitionem anguli contingentiae secundum quam est multiplicabilis +).

*Angulus tantum duplicabilis* est reciprocus conceptus *angulo contactus rectae et curvae*, (𝔍𝔩) id est *angulus non habens multiplicem nisi duplum*. Item *angulus in nulla alia proportione dividuus nisi dupla* est *angulus contactus duorum aequalium circulorum*. (+ Videndum an secundum mea si circulus *A* dimidius circuli *B* sit angulus contingentiae dimidius anguli contingentiae ubi circuli aequales. Ergo foret angulus *AB* aequalis angulo *DCB*. Amplius inquirendum. +)

Notiones reciprocae sunt: *figura omnes diagonios aequigradas* (*gleichschreitende Eckstriche*) *habens continue recurrentes*, et *figura cuius laterum numerus est* PRIMOGENIUS. AEQUIGRADAE autem diagonii sunt quae eundem laterum [numerum] in eadem figura utrinque subtendunt.

Parallelae lineae *werden im Felde gezogen* per angulos oppositos aequales ope octantis vel alterius argumenti dioptrici.

Tricathetium suis notis insignatum quomodocunque collocetur, verb. gr. sive *S* supra sit sive infra, sive *A* ante sit sive post, nihil refert, dummodo sex illae radiorum notae ⟨antea⟩ reale non permutentur. Videri quibusdam potest unum tantum quasi

1 *Coni* (*1*) *cuiuscunque ortum* (*2*) *cuiusque* *L* 7 *curvarum* | *Angulus tantum duplicabilis* est reciprocus (*1*) *contactus* (*2*) conceptus *angulo contactus rectae et curvae*. *str. Hrsg.* | (*a*) Angulus (*b*) (+ ego *L* 15 *DCB*. | + *str. Hrsg.* | Amplius *L* 16 f. inquirendum +) (*1*) Reciprocae notiones cum (*2*) Circulus est Ell (*3*) | Circulus est Ell *str. Hrsg.* | Notiones *L* 20 f. subtendunt (*1*) Anguli (*2*) P (*3*) Parallelae *L* 22 f. dioptrici (*1*) Diversi conceptus reciproci competentes lineae Circulari ita a se invicem demonstrari possunt: sit linea *BC* cui (*2*) Tricathetium *L*

7–9 Vgl. *Meditatio nova de natura anguli contactus et osculi, horumque usu in practica mathesi, ad figuras faciliores succedaneas difficilioribus substituendas*, in A.E., Leipzig, Juni 1686, S. 289–292, dort S. 290. 17–19 Vgl. N. 241 vor Fußnote 56.




semicathetium esse necessarium, ex hisce 8, quodlibet scilicet.

Speculativi qui praxin infra se judicant, etsi ei pares: Archimedes non cochleam infinitam, neque speculum astorium, sed sphaeram et cylindrum sepulcro suo inscribi jussit, et Themistius videbatur sibi descendere cum Tribunal ascendebat. Item tamen suasorias




scripsit de pace servanda inter Christianos, ipse non Christianus.

Cum dicimus rem aliquam esse praedicatum vel subjectum aequivocatio est, sed sine periculo eaque subordinata quia unum aequivocatum resolvitur in alterum. Nam res *A* dicitur praedicari de *B*, si notio rei *A* praedicetur de notione rei *B*.

Philosophus universim vanitatum humanitatum irrisor sit, non hunc vel illum rideat.

Timanthes ingeniosissimus pictor (apud Plinium) Cyclopem pinxit in parva tab[ella] et adjunxit satyros pollicem eius thyrso metientes (utile cum explicare volumus in proportione consistere magnitudinem ).

(+ *Quadrangulum ordinatum quoad latera*: seu *quadrangulum habens latera aequalia*, ut unde fiat: quasi *aequalihabium quoad latera*. Et ut ea quae in recto componuntur ab obliquis distinguamus possemus notas adhibere, v.g. $Q^s\, H^s > L^a\, AE^a$ *quadrangulus habens latera aequalia*, ubi nec noceret transpositio, ut $Q^s\, L^a > H^s\, AE^a$ vel $Q^s\, AE^a > H^s\, L^a$. Ita enim discernere possumus quae similariter et dissimilariter conjunguntur. Inde possumus etiam mutare concretum in abstractum, et pro *Aequalia latera*

1 semicathetium (*1*) esse (*2*) esse nec (*3*) | esse *str. Hrsg.* | esse *L* 10 sit, (*1*) nunc (*2*) non *mit Blei L* 12 f. volumus (*1*) proportio (*2*) in proportione *L* 14 latera: (*1*) po (*2*) seu (*a*) ordinatum (*b*) quadrangulum *L* 15 Et (*1*) *Qu. M* (*2*) $Qu^m\, h$ (*3*) poss (*4*) ut *L* 16 v.g. (*1*) quadrangulum habens: (*2*) *A* (*3*) $Q^m\, H^m$ (*4*) $Q^s$ *L* 19 conjunguntur (*1*) si jam (*2*) ex *AE* (*3*) inde (*4*) . Inde *L* 19 Inde (*1*) facere possumus etiam: $Q^s\, AE^a\, H^s$ (*a*) *aliqua* (*b*) $Aliq^a$ (*c*) $Omn^a$ (*d*) *quoad latera* (*2*) | facere *str. Hrsg.* | possumus etiam | : *str. Hrsg.* | mutare *L* 19 f. pro (*1*) *Aequalitatem* facere (*2*) *Aequalia latera L*

3 f. Vgl. PLUTARCH, *Vitae parallelae*, *Marcellus*, XVII, 7. 5 Vgl. THEMISTIUS, *Omnia opera, hoc est paraphrases et orationes*, Venedig 1534, Bl. IV v°; *Orationes*, II. 5 f. Vgl. THEMISTIUS, *Orationes*, V, 67 c–69 c; XII, 155 c–161 b. 11 f. PLINIUS Secundus maior, *Historiae naturalis libri XXXVII*, XXXV, 10 (36), 74; hrsg. v. J. de Laet, Leiden 1635, Bd 3, S. 432.

substituere *Aequalitatem quoad latera*, vel *aequalitatem laterum*, et si abstrahimus ab: *habens Aequalitatem* et *habens aequalia* possumus facere *Aequalihabium quoad latera* $Q^{s}\ \overline{H{>}AE^{s}} > L^{a}$. Sed si transpositio tanta sit, ut nec duo correlata divellantur omnibus modis, ut *Habens igitur aequalia Quadrangulus latera* $H^{sc}$ *igitur* $AE^{ca}\ Q^{s}\ L^{ca}$, in regente prima litera significat similaritatem ut *s* in *H*, quo cognoscitur convenire cum *Q*, posterior vero in regente significat rectionem, ut appareat id in quo eadem litera priore loco reperitur ab ea regi, ut *c* significat $AE^{ca}$ regi a $H^{sc}$. Plerumque ex duobus similaribus unum tantum est eorundem regens, ut $Q^{s}$ et $H^{s}$ sunt similaria[,] ex his tantum regit *H*. Contra videtur saepe fieri ut utrumque similarium regatur, et quidem eodem modo, et ea non alterum per alterum, sed ambo immediate, ut *Aequalia latera* ab *Habente*, nam *habens aequalia* dicere possumus, et *habens latera*. Ita instituenda haec symbola, ut tum transpositiones possimus instituere pro arbitrio, et tum etiam habeatur certum filum redintegrandi et ordinandi, literas autem adhibeo ad diversas rectiones inter se discernendas.

Certae notae adhibendae ad abstractum a concreto discernendum, et unum in aliud transformandum, item ad generalia, *quoad*, *Habens*, *faciens*, etc.

*Quadrangulum Habens aequalia Latera* $Q^{s}\ H^{sc}\ L^{ca}\ AE^{ca}$ per inversionem relationis dabit $L^{a}\ AE^{a}\ H^{ac}\ Q^{cs}$ *Aequalia Latera habita a Quadrangulo*, seu *inexistentia quadrangulo*. +)

1 *latera*, (*1*) verbi gratia (*2*) et (*3*) vel *L* 2 *Aequalihabium* (*1*) *laterum* (*2*) *quoad L* 3 $Q^{s}$ (*1*) $AEH^{s}$ (*2*) $\overline{H{>}AE^{s}}$ *L* 3 nec (*1*) relata (*2*) duo correlata (*a*) trans (*b*) divellantur *L* 4 *aequalia* (*1*) *latera Quadrangulum H* (*2*) *Quadrangulus latera* (*a*) *Ha* (*b*) $H^{s}$ (*c*) $H^{sc}$ *L* 5 significat (*1*) r (*2*) similaritatem (*a*) posterior (*b*) ut *L* 5 f. *Q*, (*1*) in recto (*2*) posterior *L* 6 quo | posteriore *gestr.* | eadem *L* 8 sunt (*1*) similia (*2*) similaria *L* 10 ut (*1*) *Hab* (*2*) *Aequalia L* 16 f. etc. (*1*) $H^{sc}$ (*2*) *Quadrangulum L* 18 *a* (*1*) *rectangul* (*2*) *Quadrangulo*, *L*

# 243.MARTINI FOGELII LEXICI PHILOSOPHICI EXCERPTA ANNOTATA [Mitte 1685 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug mit Bemerkungen: LH IV 7C Bl. 135–138. 2 Bog. 2°. 6 S. auf Bl. 135, 138, 136.

In welchem Stadium der Bearbeitung Leibniz Fogels *Lexicon* eingesehen und *Introductio in omnes Bonos Auctores* genannt hat (wie Vagetius 1689 im Untertitel drucken ließ), Anlaß oder Gelegenheit zu dem Auszug, vielleicht Abschrift, sowie Vorlage, Schreiber und Vermittler an Leibniz sind auch aus seinem Bemerken von Lücken und Möglichkeit anderer Gliederung nicht genauer zu erschließen. Die Datierung beruht auf dem gut belegten Wasserzeichen.

Origo Homonymiarum est, quod infinita sunt nominanda, nomina autem pauca. Homonyma sunt vel consilio (quae in multis linguis talia sunt aut saltem esse possunt); vel casu, quae certis linguis propria sunt.[1] Utraque Homonyma vel sunt secundum Significationem, vel secundum Adsignificationem. Agemus primum de communibus tam significationis quam adsignificationis deinde de propriis linguae Latinae.

Homonymiae significationis communes ad certos Troporum titulos revocari possunt. TROPUS est vocis affectio vel externa denominatio, secundum quam propria vocis significatio in alienam mutatur, cognatam tamen propriae, ob mutuam aliquam generalem relationem. Vocem intelligo non tantum simplicem, sed et compositam seu phrasin, ut

[1] adde significationes homonymas in diversis disciplinis.

10 quod (*1*) plura (*2*) infinita *L* 10 f. pauca. (*1*) Homonymae res sunt vel consilio quae (*a*) saepe (*b*) in multis linguis tales sunt vel su (*2*) Homonyma . . . sunt (*a*) vel (*b*) aut *L* 13 de (*1*) prop (*2*) communibus *L* 14 de (*1*) communibus (*2*) propriis *L* 16 TROPUS *erg. L*

10–S. 1308.20 Vgl. M. FOGEL, *Lexicon philosophicum*, (+ *ratione et materiae et formae, ipsius scil. ordinis, tale, proponens quippe ordine logico generalissimas aequivocationes, sive commentarium in librum V. Metaph. Aristotelis, solis bonis ex auctoribus graecis ac latinis, methodumque proinde generalem locos communes digerendi, illustri hoc in exemplo exhibens, quod*, (*ut inspecto illo, Celeberrimus Leibnizius non incommode judicabat*) *dici posset, introductio in omnes bonos auctores, Editioni aptatum ad partem circiter dimidiam, ab ipso Auctore, de caetero, ex ipsius instituto, absolutum, editumque ab ejus Amico, et, id ipsum optantis, in officio Successore Johanne Vagetio, cujus quaedam intermixta accesserunt, sed ut a Fogelianis discerni possent signis* (+ +) *inclusa*. +), Hamburg 1689, Prolegomena, S. 17–22. 20 Vgl. FOGEL, II, 3: De homonyma adsignificatione constructionis, IV: De homonymia vocum in diversis disciplinis, S. 62 f.

*laterem lavare*, *auff der grube gehen*. RELATIO est vel realis vel rationis. REALIS vel insita seu interna, vel adventitia seu externa. INSITA est inter totum et partem, subjectum proprie dictum sive inhaerentiae, et inhaerens; Materiam et Materiatum. ADVENTITIA est inter Causam Efficientem et effectum; subjectum adjacentiae et adjacens; Objectum et ejus correlatum. RELATIO [RATIONIS] est inter genus et speciem, universale et particulare, signum et signatum, finem et destinatum; Antecedens et consequens et concomitantia, Comparata, Dissentanea. Unde oriuntur Tropi Notionales.

Vulgo Rhetores relationem totius et partis ad synecdochen referunt, subjecti et materiae ad Metonymiam, relationem inter genus et speciem rursus ad synecdochen.

Rectius denominabimus a relationibus, et dicemus Tropos reales Internos esse 1) Totius et partis, 2) Subjecti et inhaerentis, 3) Materiae et Materiati; Externos seu adventitios 4) Causae Efficientis et Effecti item efficientis unius pro altera, 5) Subjecti adjacentiae et adjacentis, 6) Objecti et ejus correlati; Notionales esse Tropum 7) Generis et speciei, 8) tropum Latioris et strictioris seu Universalis et [particularis,] 9) Signi et signati; 10) Antecedentis et consequentis (qui vulgo dicitur Metalepsis) item concomitantium, 11) comparatorum majoris et minoris; 12) similium qui vulgo Metaphora, 13) Tropus dissentaneorum; 14) finis et destinati.

Homonyma vero Communia secundum adsignificationem, quia ad tropos revocari nequeunt Atropa eadem analogia qua Aloga vocabimus.

[I, 1, I-III, p. 23 sq.] De Tropo Totius et partis. Partes saepe eodem nomine appellamus quo totum, ut philosophiam dividimus in theoreticam et practicam, cum dicere deberemus partes philosophiae aliam esse speculativam aliam practicam (+ dubito: potest enim *toti et parti* nomen commune esse, nam et totum et pars complexus est scientiarum utilium +).

Subjecti et Inhaerentis. λιπαρότης pinguedo id est λίπος pingue in lacte Arist. 3 *Hist. Anim.* c. 20.

2 externa. (*1*) Inte (*2*) INSITA *L* 5 RELATIONIS *L ändert Hrsg.* 7 f. Unde . . . Notionales. *erg. L* 9 Rhetores (*1*) relationes totius, subjecti inhaerentiae, Materiaeque relationes (*2*) relationem *L* 11 dicemus (*1*) ⟨Tropicos⟩ (*2*) Tropos *L* 12–16 *Zählung* 1) . . . 10) *erg. L* 12 f. Externos seu adventitios *erg. L* 13 item . . . altera *erg. L* 14 esse (*1*) Ge (*2*) Tropum *L* 15 8) tropum . . . | strictioris *ändert Hrsg.* | *erg. L* 17 majoris . . . 12. similium *erg. L* 23 esse (*1*) specialem (*2*) speculativam *L* 23 practicam (*1*) (+ dividi potest (*2*) (+ dubito: *L* 26 et (*1*) Adjac (*2*) Inhaerentis *L*

17 f. Bei FOGEL, S. 22: *Comparatorum*, qui METAPHORA dicitur. 7. Tropus *Dissentaneorum*.
26 f. ARISTOTELES, *Historia animalium*, III, 20, 522 a 21.

Exempla alia apud Rhetores, ut et Materiae et Materiati.

[I, 2, I et III, p. 24–26] Efficientis unius pro altera, cum quis quae pro alio facit, ipse fecisse videtur.

Efficientis pro Effectu. Cic. ultimo Paradoxo *Parsimonia magnum est vectigal*, duplex est tropus, efficientis pro effectu, nam parsimonia efficit magnum vectigal, deinde speciei pro genere, vectigalis sc. pro lucro, quasi dixisset *parsimonia magnum efficit lucrum.*

Tropus objecti et ejus correlati, est cum objectum ponitur pro notione, ut Genus pro notione Generica, species pro specifica, quamvis referantur infra et ad tropum signi et signati. Huc referendus est Tropus cum termini pro respectibus cum Terminis suis ponuntur, sic *Aristoteles corpora naturalia componit ex materia et forma*, id est statuit quod sint composita.

[I, 3, I, p. 26–29] Generis pro specie, exemplum Galenus habet ex Platone lib. *quod mor. animi seq. temp.* c. 2, speciei pro genere, positionem inde ortam quod veteres ob dividendi imperitiam nominum penuria laborarent notat Plato in fine *Sophistae*.

Synecdoche speciei pro specie, apud Aristotelem *Arte poetica* ubi de Metaphora agit. Eam non videtur admittere Vossius *Inst. or.* lib. 4. c. 8. sect. XI. et l. d. c. 6. sect. 2. Sic *sacerdos* pro *ministro verbi Divini*, cum sit is qui sacrificat (+ videtur esse inter cognata +), *sperare* pro *metuere*. Voss. 4, 12, s. 3. *Plurimus* pro *longo*, *omnis* pro *toto*. Voss. 4, 12, s. 5, § 1. *Adamas* pro *Magnete* Lullio libro *ascensus et descensus intellectus*. Adde Menagium voce *Aimant*. M. Paulus Venetus *Leones* vocat quos

6 genere, (*1*) id est (*2*) vectigalis *L* 6 lucro, (*1*) nam par (*2*) quasi *L* 9 Generica, (*1*) quamvis (*2*) species *L* 13 exemplum (*1*) apud Galen (*2*) Galenus *L*

2–4 Bei Fogel, S. 24: quod quis per alium facit, hoc ipse facere videtur. Effectus pro efficiente, . . . 4 f. Cicero, *Paradoxa Stoicorum*, VI, 3, 49. 9 infra: vgl. unten nach Fußnote 4. 11 f. Aristoteles, *Physica*, II, 2, 193 b 32 u. 194 a 12–17. 13 f. Galen, *Quod animi mores corporis temperamenta sequantur*, 2 (Kühn IV, S. 771). 14–16 Platon, *Sophista*, 267d. 17 f. Aristoteles, *De arte poetica*, 21, 1457 b 6–9 u. 13–16. 18 f. Vgl. G. J. Vossius, *Commentariorum rhetoricorum, sive oratoriarum institutionum, libri sex*, 4. Ausg. Leiden 1643, S. 150 f. u. S. 85. 20 f. a.a.O., S. 222–224, 227. 21 f. R. Lullus, *De nova logica. De correllativis. Necnon et de ascensu et descensu intellectus: quibus siquidem tribus libellis perbrevi ac facili artificio non solum logicalium intentionum et rerum phisicarum: sed et theologalium contemplationum non mediocris habetur cognitio: opuscula ad archetypos emendata feliciter introspicicto*, Valencia 1512; 1519. 22 G. Ménage, *Les origines de la langue françoise*, Paris 1650, S. 19 f. 22–S. 1310.1 M. Polo, *De regionibus orientalibus libri III . . . Accedit . . . Haithoni Armeni historia orientalis: quae et de Tartaris inscribitur; itemque Andreae Mulleri . . . de Chataja . . . disquisitio; inque ipsum Marcum Paulum Venetum praefatio* . . ., 3 Bde, Berlin 1671, Bd 1, Praef., II, 7, S. 21 f., u. Bd 2, § 14, S. 68 a.

debuisset *Tigres*. Myller *Cataj.* 68. a. et praef. pag. 22. Translatio ab auditu ad olfactum, Persius *Sat.* 6, 35 *seu spirent cinnama surdum*. Horatius *exurdare* de gustu dixit VIII. *Sat.* l. 2 (+ meus tropus quem appello, *quid pro quo* +). Ita Noribergensibus et Suevis *sapere* pro *olfacere*.

[I, 3, II, p. 29–37] Latioris et strictioris. Sic quaedam communia simul communia et propria, ut *Artos* apud Athenaeum hominis et panis (+ sed hic nullus est tropus sed simplex homonymia casus +). Latius pro strictiore, *nullis majoribus ortos* Hor. I. *Sat.* 6: id est *nullis claris majoribus*. *Poeta* pro Homero. Strictius pro latiore, ut *Franci* Turcis pro Europaeis. Strictius unum pro alio etiam strictiore, Simocatus Persas varie nominat notante Jac. Pontano editore in praef. Chaldaeos, Medos, Babylonios. (+ Graeci posteriores, ut Cantacuzenus saepe Turcos appellant Persas. +) Hispani Germanos vocant Flandros (+ Anglis sunt non Germani, sed Batavi, Teutones appellantur +).

Ad haec pertinet Numerus certus pro incerto, vid. Pincier. *Parerg. Ot. Marp.* c. 26.

Multa vocabula absolute ponuntur, quae tantum vera respective ut cum linea *indivisibilis* scil. secundum [latitudinem]. Hoc modo usurpantur vocabula hujusmodi: *magnus parvus*, *multi pauci*, *dives pauper*, *gravis levis*, *pulcher deformis*. Aristoteles in categ. quant. notat *montem parvum dici, milium magnum*; *in aedibus esse multos in Theatro paucos*. Hinc Seneca Trag. *Est miser nemo, nisi comparatus*.

Huc pertinet distinctio, quam vocant per se et per accidens, potius secundum se et secundum accidens, est enim in Graeco κατά. Sic cum febris dicitur efficere temperantem.

Negatio interdum difficultatem significat lib. *de motu anim.* c. 4. Sic ἄφωνον interdum privationem vocis, interdum depravationem significare notat Galenus lib. *de*

*Qua quatenus* vel reduplicat prius subjectum, quam reduplicativam possis dicere Uninominem, uniformem, similarem, vel diversum ab [eo] nomen ponit, quam specificativam rectius binominem, biformem, dissimilarem voces. Dissimilaris rursus est vel limitativa vel causalis. Limitativa vel mediante praedicato Essentiali, vel mediante parte integrante subjecti enuntiationis, vel mediante accidente ei inhaerente, praedicatum subjecto enuntiationis competere declarat vide *L. H.* l. 2. c. [11]. § 23 sqq. Frequentissimae sunt apud Aristotelem enuntiationes oblique reduplicativae, h. e. in quibus pars consequens praedicati reduplicatur, item illae in quibus reduplicatio cadit supra partem subjecti, vel etiam supra totum praedicatum; et hae omnes majores habent tricas quam directe reduplicativae, quas fuse explicant Scholastici de reliquis altum silent. Equidem et ipsi dividunt Enuntiationes in reduplicativas et specificativas, sed de genuino sensu nec Scotistae cum Thomistis, nec inter se consentiunt nec distinctas notiones exhibent, vid. Varenius *disp. de motus definitione Aristotelica* th. 46.

*Si* vel facit connexam Enuntiationem veram, ut *si dies est, nox non est*, vel apparentem, ubi posterius membrum non sequitur ex priore, ut *Act.* 19, 37. *Si Demetrius habet contra quenquam negotium, judicia publica sunt.* (+ Sensum esse arbitror: Si Demetrius habet negotium, dici ei potest, judicia publica esse. Et ita est crypsis verae connexionis sed reflexivae. +) De εἰ Bessarion Cardinalis Nicaenus librum scripsisse fertur, et Georg. Trapezuntius edidit in Joh. 21, 22. Schottus ad Isidorum p. 157. De Templi Delphici inscriptione Plutarchi Comm. notus est.

*Et* ut plurimum copulat, interdum corrigit, et idem valet quod *sive*. *Atque* 4 significationes apud Gell. lib. 10. c. ult.

4 ea *L ändert Hrsg.* 8 enuntiationis (*1*) inhaerere (*2*) competere *L* 8 c. 12. *L ändert Hrsg.* 13 dividunt (*1*) reduplicativas (*2*) Enuntiationes *L* 16 connexam (*1*) vera (*2*) Enuntiationem *L* 23 *sive* (*1*) De (*2*) *Atque L*

1 f. ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 26, 1024 a 1–2. 3–8 Vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. II, cap. XI, 23–30. 9–15 J. JUNGIUS, *Disputatio physica, de definitione motus Aristotelica. Quam . . . proponit Bernhardus Varenius*, 1642, th. 46 f. 16–20 Vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. II, cap. XIII, 9; 11; 18; 21. – Apg. 19, 38. 20–22 J. BESSARION, *In illud Evangelii secundum Joannem: Si volo eum manere donec veniam, quid a te? contra Georgium Trapezuntinum*, Hagenau 1532. – GEORG von Trapezunt, *In expositionem illius textus Evangelii: Si volo eum manere, donec, etc. Et quod sanctus Joannes Evangelista nondum sit mortuus, breve opusculum ad Papam.* – ISIDOR VON PELUSION, *Epistolarum, quae in Billii et Rittershusii editionibus desiderantur, volumen reliquum*, hrsg. v. A. Schottus, Frankfurt 1629, Notae, In Epistol. CXII. Libri IV. ad Orionem, S. 157 a. – PLUTARCH, *De E apud Delphos*, 384c–394c, bes. 4–6, 386b–387d. 23 f. AULUS GELLIUS, *Noctium Atticarum libri XX*, X, 29, 1 f. u. 4.

*Nec* veteribus idem fuisse quod *non* exemplis pluribus ostendit Budaeus posterioribus ad Pandectas *annot.* ad l. 8. D. de furtis. Phaedr. l. 1. *fab.* 9, 6.

*Aut* vel *vel* disjunctivam efficiunt completam vel incompletam unde omnis disjunctiva ambigua est *L. H.* II, XVI, 11. Deinde *vel* etiam est distributivum, explicativum, copulativum *L. H.* 5, 30, 8.

*Sive* non est disjunctiva, sed vel copulat, vel corrigit, vel explanat, vid. *L. H.* 2, 16, 13 sqq. et c. 14, 11.

*Sic, ita* similitudinis particula apodotica. Interdum affirmat, interdum qualitatem in genere notat, interdum intendit.

*Ubi, Ibi* sumitur generalissime, ut *ubi Thesaurus ibi cor*; id est respectu cujus rei. Strictius pro loco aut tempore in quo.

*Antequam* non semper significat id cum quo conjungatur, fuisse reapse secutum. Ut cum herba priusquam in culmum assurgeret arefacta dicitur 2. Reg. 19, 26. Et priusquam congressi essent duello amici, lis extincta. Conf. Hieron. *adv. Helvidium.*

*Unde* accipitur relative (et correlatum ejus est *inde*), interrogative, subjunctive ut: *adsunt Athenienses, unde*, id est *a quibus* etc. Cic. *pro Flacco.* Aristoteli significat causam Efficientem. Sennerto *Phys.* lib. 1. c. 3. § 24. idem est quod *ex quo.* Accomodatur ad locum et alia per Translationem. Cic. *pro A. Caecinna* vim vocis diligenter explicat. *Sive*, inquit [*ex fundo, sive a*] *fundo dejectus essem uno atque eodem interdicto restituerer: Unde Tu . . . Unde dejecti Galli? a Capitolio, unde qui cum Graccho fuerunt? ex Capitolio.*

4 *L. H.* II. XVI. 11 *erg. L* 18 Translationem. (*1*) Vide (*2*) Cic. *L* 19 *a fundo, sive ex L ändert Hrsg.* 20 *Tu . . .* (*1*) *Unde dejectus est Caecina* (*2*) *Unde L*

1 f. G. BUDÉ, *Annotationes in Pandectas. Opus non minus ad politiorem Literaturam, quam ad jurisprudentiam pertinens*, Lyon 1658, Annotationes reliquae, Dig. 47, 2 l. 8, S. 10 f. 2 PHAEDRUS, *Liber fabularum*, I, 9, 6: necopinum rapit. 3–7 J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. II, cap. XVI, 12; lib. V, cap. XXX, 8; lib. II, cap. XVI, 13–16, u. cap. XIV, 11. – Nach *Sive* folgt bei FOGEL *Sed*; vgl. Leibniz' Exzerpt N. 241 im drittletzten Absatz. 10 Matth. 6, 21; vgl. J. JUNGIUS, *Logica Hamburgensis*, 1638, lib. II, cap. XIX, 9. 14 HIERONYMUS, *Adversus Helvidium, de perpetua virginitate beatae Mariae*, n. 4, in *Epistolae et libri contra haereticos*, hrsg. v. M. Victorius, 9 Bde, Paris 1578–1579, Bd 2, Sp. 5–22, dort Sp. 6 f. (PL 23, Sp. 195 f.). 16 CICERO, *Oratio pro L. Flacco*, XXVI, 62. 16 f. D. SENNERT, *Epitome naturalis scientiae*, 2. Ausg. Wittenberg 1624, Hamburg *Staats- u. Universitätsbibl.* Ex. m. Jungius' Absatz-Zählung zu vielen Kapiteln, lib. I, cap. III, Abs. 22, S. 51: unde formae originem (Jungius Unterstr. u. Marg.: *Unde* Aristoteli designat efficientem, Sennerto vero idem est, *ex habeant*. Abs. 24, S. 53: *unde* (Jungius Unterstr. u. Marg.: educi. § 22. 27.) ejus sit origo? Abs. 26, S. 54: Piccolhomineus . . . negat tamen creari, quia praesupponat subjectum, ex qua (Jungius Unterstr. u. Marg.: cum dependentia ad formam) educatur. Abs. 28, S. 55: Unde forma (Jungius Unterstr. u. Marg.: p. 51. 53.) . . . habeat suam essentiam. – 3. Ausg., 1633, Abs. 31, 33 u. 37, S. 55, 56 u. 58. 18–21 CICERO, *Oratio pro A. Caecina*, XXX, 87.

*Ut* vel *sicut* aliaque similitudinis adverbia non semper aequalitatem significant, Augustinus in *Expos. Evang. S. Johannis* c. 17. ad illud: *ut sint unum, sicut et nos unum sumus, et dilexisti eos sicut et me dilexisti*. Est et reduplicativa *ut*. *Ut* relative et ejus correlatum est *ita*. Interrogative *ut vales?* Admirative *ut magnus est*. Denique subjunctive. Confer Urbani Bellunensis caput fin. ipsius *Gr. Graec.* p. 451. seq. περὶ τοῦ ὡς πόσα σημαίνει. Sanct. *Gram.* lib. 4. p. 416.

*Ut* Conjunctio saepe non finem agentis sed saepe simplicem consequentiam sive connexionem notat, ut Clauberg. loquitur *Exerc*. 69, 24 *de cognitione Dei et nostri*. V. Ps. 51, 16. Matth. 5, 44. 45, *ut si cui dicam praesta te bonum civem, ut patrem imiteris*. Rom. VII, 20. Luc. XIV, 10. et alibi crebro. Sic Maimon,[10] *doctor perplex.* Ph. 3. c. 13. § 14. *Nec est quod te hic seducat quod de stellis dicitur Gen. 1, 17. 18. »Ut lucerent super terram« existimando sensum esse luminaria ista creata esse ut hoc faciant. Tantum enim indicatur natura illorum, quod scilicet illa talia voluerit creare lucentia scilicet et dominantia*.

*Quin* de eo Gell. 17, 13, adde quod aliquando significat *qui non*. *Nemo Lilybaei fuit quin viderit* Cic. VII. *in Verr. Quin* etiam *cur non*; ut *Quin taces*.

*Quod* pro *sed* Cic. XIV. *ad fam.* ep. 4 *quod utinam minus vitae cupidus fuissem*, ubi Manut. ad lib. 8. ep. 14 adducit alia loca. Reprehenditur hoc a Scioppio.

---

[10] *Schräge Anstreichung neben* Maimon *bis »faciant«.*

4 *est.* | Admirative *ut magnus est. str. Hrsg.* Denique *erg.* | *L* 13 *natura* (*1*) *eorum*, (*2*) *illorum*, *L* 18 ad . . . ep. 14 *erg. L*

---

1–3 AUGUSTINUS, *In Evangelium Joannis, expositio*, tract. 110; vgl. *Opera, tomis decem comprehensa: per Theologos Lovanienses . . . emendata . . .*, Paris 1586, Bd 9, S. 214 C-D 2. – Joh. 17, 22 u. 23. 5 f. M. URBANUS, *Institutiones grammaticae graecae*, hrsg. v. H. Glareanus, Basel 1524. 6 FR. SÁNCHEZ DE LAS BROZAS (Sanctius), *Minerva . . . Hoc est . . . de causis linguae latinae commentarius cum observationum Scioppianarum auctario*, Padua 1663, lib. IV, Unius vocis unica est significatio, Ut, S. 416–418. 7–14 Vgl. J. CLAUBERG, *De cognitione Dei et nostri, quatenus naturali rationis lumine, secundum veram philosophiam, potest comparari, exercitationes centum*, Duisburg 1656, LXIX, 23 f. 15 AULUS GELLIUS, *Noctium Atticarum libri XX*, XVII, 13. 15 f. CICERO, *Actio in Verrem*, II, V, 54, 140. 16 TERENTIUS, *Andria*, II, 3, 25. 17 f. CICERO, *Epistolae ad familiares*, XIV, 4, 1; vgl. VIII, 14, med. – P. MANUTIUS, *Commentarius in epistolarum M. Tullii Ciceronis, quae familiares vocantur, libros octo posteriores*, Frankfurt 1580, S. 1419. 18 C. SCIOPPIUS (Mariangelus a Fano Benedicti, C. Schoppe), *Auctarium ad grammaticam philosophicam ejusque rudimenta*, Amsterdam 1659, S. 59 f.

*O* optantis orantis, *Este duces o si qua via est* Virgil. apud Voss.

De *tandem* Boecler ad Terent. *Chrestomath.*

[III, 3, II-III, p. 313–335] DE PARTICULIS DIANOËTICIS. *Quia* significat interdum causam a priori vel a posteriori, interdum quamvis rationem; imo et conditionem sine qua non.

*Igitur* significat illationem non tantum necessariam sed et probabilem.

De PRAEPOSITIONIBUS

*A*. De causa efficiente, ut *vapulat a Johanne*. De termino, ut *ab adolescentia*. *A se agere* id est potestate quam a nullo alio habet, vel propria et naturali. Posteriore modo *filius a se agit* Grawer Theses de persona Christi.

*De* objectum. *Navita de ventis*, alias et causam Eff. Cic. *off.* lib. 3. *audiebam de patre* meo *Fimbriam*.

*Ex* cum *constare* respectum habet ad partes, ut arbor *constat ex* radice, trunco, ramis. Quoties quid *ex aliquo esse* dicatur Arist. lib. 5. *Met.* c. 24. t. 29; add. Arist. 1. *Gen. Anim.* c. 18. Jungius in *prima disp. de princip. corp. nat.* § 12. *Ex* participative, ut *ex globo cereo cubus*; resolutive *butyrum ex lacte*, *filum ex panno*; constitutive *panis ex farina*, *pannus ex filis*; terminative *ex somno vigiliae*; dependenter, ut *peccatum non est ex Deo*, August. *Ex convicio pugna*. Sed haec significatio ut et terminativa duriores. Integer Epicharmi locus ex Athenaeo adductus a Vossio *inst. or.* l. 5. c. 3. s. 8. p. 295.

14 f. add. . . . c. 18 *erg.* (*1*) *Ex* (*2*) Jungius *L* 16 *globo* (*1*) *cub* (*2*) *cereo* *L* 18 *Ex . . . pugna erg.* *L*

1 VERGIL, *Aeneis*, VI, 194. – G. J. VOSSIUS, *De arte grammatica libri septem*, Amsterdam 1635, lib. VI (*De vocum analogia, et anomalia*, lib. IV), cap. 28, S. 245; *Aristarchus*, 2. Ausg. Amsterdam 1662, S. 279. 2 TERENTIUS, *VI. Comoediae*, hrsg. v. J. H. Boeckler, Straßburg 1657, Chrestomathia Terentiana, Bl. l 5. 8–10 A. GRAWER, *Examen praecipuarum sophisticationum, quibus recentiores Photiniani, . . . argumenta, aeternam Christi deitatem et personalem Spiritus Sancti subsistentiam a patre distinctam confirmantia, oppugnant, institutum in explicatione 1. cap. Epist. ad Ebraeos*, Jena 1613, pars I, II. pars hujus cap. 1, membr. 3, de aeterna Christi deitate, n. 45, S. 152; *Centuria illustrium quaestionum theologicarum . . . Disputationibus decem propositarum, et D. Conrado Vorstio et Photinianis maxima ex parte oppositarum*, Schleusingen 1635, disp. V, qu. 1, n. 45, S. 191 f.; 3. Ausg. Jena 1661, S. 193 f. – naturali: bei Grawer und Fogel: licet eam ab alio acceperit, et hoc quidam vocant per se agere. 11 PROPERZ, *Elegiae*, II, 1, 43. 11 f. CICERO, *De officiis*, III, 19, 77. 14 ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 24, 1023 a 26 – b 11. 14 f. ARISTOTELES, *De generatione animalium*, I, 18, 724 a 20 – b 2. 15–18 J. JUNGIUS, *Disputationum de principiis corporum naturalium prima . . . Respondente Johanne Hogio*, Hamburg 1642, th. 12, 13, 23, 25, 26, 28. – *somno*: PLATON, *Phaedo*, 71c-d. – Vgl. AUGUSTINUS, *De libero arbitrio*, I, 11, Marg., in *Opera, tomis decem comprehensa: per Theologos Lovanienses . . . emendata . . .*, Paris 1586, Bd 1, S. 247. – *convicio*: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 24, 1023 a 30–31. 19 ATHENAEUS, *Deipnosophistarum libri XV*, II, 2, 36 c-d (Comic. Graec. fragm. ed. Kaibel, fr. 148). – G. J. VOSSIUS, *Commentariorum rhetoricorum, sive oratoriarum institutionum, libri sex*, 4. Ausg. 1643.

*In*. De variis modis quibus unum sit in alio. Elegans locus Aristotelis lib. 4. [*Phys.*] text. 20. et 23. ubi inter alia dicitur aliquid esse in bono seu fine (cui exemplum ascriptum est: apodictica dicitur occupari in vero necessario, non ut in subjecto, id enim est Geometriae, vel alterius scientiae apodictica utentis, sed ut in fine). Undecim modos affert Simplicius ad init. *Categ.* ad in subjecto. § 4. res in loco, in tempore, pars in toto, species in genere, genus in specie, in fine, forma in materia, in movente vel ut in principe ea quae ad principatum attinent. Undecimum significatum est ejus quod est in subjecto. Addatur idem Simplic. in Categor. *quando* § 12. Undecim quoque modos recenset Ammonius. Novem modos Boethius in initium *Categ.* ad in subjecto. Adde Arist. 5. *Met.* 23.

Homonymiae ipsius *in* in *Doxoscopiis minoribus* accurate ordinantur. Est pars in toto. Inhaerens seu accidens in subjecto. Locatum seu inclusum in continente. Incumbens insistens inhaerens corpus in sustinente. Terminus in terminato. Terminatum in Termino, ut calefactio in calore. Modus in accidente (quo etiam comprehendi possunt duo significata praecedentia). Praedicatum essentiale in subjecto. Affectio[11] secundum rationem tantum (+ in ratione +) a subjecto diversam. Ita similitudo dicitur inesse vocibus quae vel literis vel significatione, vel utroque modo conveniunt v. Voss. *partit. orat.* lib. 4. c. 13. § 1.

*Primo inesse*, logice quod non mediante alio praedicato inest ut *animal est sentiens*. Quod inhaeret non mediante alio vere inhaerente ut calor igni, sed non primo inest corpori color, verum mediante superficie. Quod inest ut pars non mediante alia parte, ut propositio inest syllogismo. Quod ita inhaeret toti, ut non parti proxime, ut calor igni, albedo lacti sed virtus inest homini mediante animo. Denique quod ita inest, ut non aliud prius secundum naturam insit, ita Jacchaeus in definitione naturae Aristotelica.

---

[11] *Über der Zeile*: ϑ

16 (+ in ratione +) *erg. L* 22 parte (*1*) . Quod ita in (*2*) , ut *L*

---

1 f. ARISTOTELES, *Physica*, IV, 2, 210 a 5–9 u. 3, 210 a 15–24, bes. 22–23. 4–8 SIMPLICIUS, *In Aristotelis Categorias commentarium*, in 2, 1 a 24; in 9, 11 b 10 (CAG VIII, S. 46.5–47.11; S. 348.27–35). 5 f. Bei FOGEL, S. 328: Vel 3. ut pars in toto . . . Vel 4. ut totum in partibus. 8 f. AMMONIUS, *In Aristotelis Categorias commentarius*, in 2, 1 a 24 (CAG IV 4, S. 26.32–27.2 u. 29.5–17). 9 BOËTHIUS, *In Categorias Aristotelis commentarius.* 9 f. ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 23, 1023 a 8–25. 11–18 J. JUNGIUS, *Doxoscopiae physicae minores, sive isagoge physica doxoscopica*, hrsg. v. M. Fogel, 1662, pars II, sect. I, cap. IX, ass. 1, sectiunc. 18–27. 16–18 G. J. VOSSIUS, *Rhetorices contractae, sive partitionum oratoriarum libri V*, 4. Ausg. Amsterdam 1651, S. 354. 24 G. JACCHAEUS, *Institutiones physicae*, neue Ausg. Leiden 1624, lib. II, cap. 2, § 3, S. 32; bei FOGEL, S. 333: *Ita Jacchaeus* videtur sumere – definitione: ARISTOTELES, *Physica*, II, 1, 192 b 20–23.

*Inesse* logice est praedicari.

Inest aliquid velut ipsum ubique penetret. Ita Stoicos de Elementis in mistione sensisse ajunt Galenus, Alexander Aphrodisiensis, adde Senec. 3. *qu. nat.* c. 10. Vel ita ut alteri sensiliori seu crassiori corpori inhaereat, eoque translato una transferatur.

De particula *pro* egregius apud Gellium locus lib. XI. c. 3. Adde quod *pro* interdum *quasi*, ut *sublati pro mortuis.*

*Absque* ἄνευ in definitione Schematis Alexandri Rhetoris non exclusive, sed non requisitive intelligendum. Voss. *Inst. or.* lib. 5. c. 1. s. 2. p. 261.

## 244. ORDINIS, LOCI, TEMPORIS PARTICULAE. AUS UND ZU CASPAR SCHOPPE, PARADOXA LITERARIA
[Ende 1685 bis Anfang 1686 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug aus C. SCIOPPIUS, [Pseud. Pascasius Grosippus], *Paradoxa Literaria*, ep. I, Amsterdam 1659: LH IV 7B, 2 Bl. 45. 1 Bl. 8°. 2 S.

Die Datierung stützt sich auf das gut belegte Wasserzeichen.

### Ordinis, loci, temporis particulae

[p. 1 sq.] *Principium* idem quod *principio*. *Principium hoc oro* Afranius apud Charisium vid. Sciopp. ad Hier. Aleandrum (*Paradox. lit. I.*); de illo Johannis VIII. *princi- pium qui et loquor vobis*.De quo loco ait se dissentire ab Aleandro, qui nescio quo in libello explicuerat. *Nisi enim me fallit* (inquit Scioppius) *in Graeco est* τὴν ἀρχήν. *Ut*

3 sensisse (*1*) putat (*2*) ajunt *L* 5 locus (*1*) *Pro* notat interdum *quasi* (*2*) lib. XI. c. 3. (*a*) *Pro* (*b*) Adde *L* 15 Ordinis . . . particulae *erg. L* 17 (*Paradox. lit. I.*) *erg.* (*1*) ; occasion (*2*) ; de *L*

2 Vgl. J. ZABARELLA, *Liber de accretione et nutritione*, cap. 20 (*De rebus naturalibus libri XXX*, Frankfurt 1607, Sp. 813 D-E). 2 f. Vgl. PSEUDO-GALEN, *De historia philosophica*, X (Kühn XIX, S. 258) – ALEXANDER VON APHRODISIAS, *De mixtione*. 3 SENECA, *Quaestiones naturales*, III, 10, 4. 4 Nach *Inesse*, *Primo inesse*, *In subjecto esse* folgt bei FOGEL *Ob*; vgl. Leibniz' Exzerpt N. 241 im zweitletzten Absatz. 5 AULUS GELLIUS, *Noctium Atticarum libri XX*, XI, 3, bes. 2 f. 7 f. ALEXANDER RHETOR, *De figuris*. – G. J. VOSSIUS, *Commentariorum rhetoricorum, sive oratoriarum institutionum, libri sex*, 4. Ausg. 1643.
17 *Principium hoc oro*: AFRANIUS, *Emancipatus*, bei: CHARISIUS, *Artis Grammaticae libri V*, II, 130, 20–21. 17 f. Joh. 8, 25.

*sensus sit, »Ego idem ipse sum, qui et principium«* (id est *principio*, ut *primum* pro *primo*) »*vobis locutus sum*«. Nimirum ut a Graecis particula κατὰ per Ellipsin supprimitur. Cicero et Varro interrogati, utrum dici deberet *tertium Consul*, an *tertio Consul*, ille haesit, et *Tert.* scribendum dixit, hic inaniter distinxit apud A. Gell. lib. 10 c. 1, cum tamen nihil intersit ut exemplis docet Scioppius.

[p. 3 sq.] *Primo* intelligi potest *loco*, quod tamen pro *tempore* sumitur. Ita *hoc loco* pro *tum* Cicero dixit 15 *ad Att.* 11. Et Terentius *loco motum* dixit, qui suam horam non obtinet, in Prologo *Phorm.* Ubi Donatum videre est operae pretium. Hyginus *fabula* 273. *Nono loco facti sunt ludi in Nemea Archemoro. Nono loco*, id est *nona vice*, seu *nono.*

*E loco*, vel *in loco* (+ e vestigio *sur le champ* +), id est *statim*, unde factum est, *illico* vel *inlico*, pro quo Hispani hodieque *luego.* Et Plautus in *Aul.* act. 4 sc. 8. *Effodio aulam auri plenam, inde exeo. Loco* (statim) *video recipere se senem, ille me non videt.* Hic *loco* eodem prorsus modo dixit quo saepe alias *numero*. Etiam *pedatum* aut *pedatu* in similibus exaudiri potest, quod significat congressum, Italice *voltam*, Hispanice *vicem* (quod Horatiano illo tuebimur *plus vice simplici*), Germanice *mahl*, id est convivium, quia publicos congressus conviviis notabant, ex quo saepe *Malli* in latinis Germanicorum populorum legibus pro conventibus publicis leguntur.

[p. 4 sq.] Plaut. *Cist. nisi pedatu tertio omnes afflixero* (+ *au troisième pas* +). Cato: *Igitur tertio pedatu bellum nobis fecere.* Idem: *his duobus bellis alteras* (id est Festo autore *alias* seu *ad alias res*, *caetera*, τὰ ἄλλα) *stipendio agrique parte multati, alteras oppidum vi captum.* Haec verba declarans Charisius ait *alteras* idem valere, quod *primo et secundo pedatu*. Porro cum *alteras* vel *alias* dicitur *Res* subintelligi patet, nempe *Res temporis* vel *loci*, hoc est *locum* seu *tempus*.

Quomodo Graecorum more *rem voluptatum* Plautus dixit pro *voluptate*. Et Phaedrus *rem cibi* pro *cibo*. Plautus *Epid.* a. 4 sc. 2 *meus servus eam rem sobrie et frugaliter accuravit, ut alias res* (τὰ ἄλλα) *ille est impense improbus*. Ita est in omnibus libris, nisi

3 Varro (*1*) frustra (*2*) non satis norant (*3*) | interrogati *erg.* | *L* 15 *mahl*, (*1*) *mallum* (*2*) *id L* 26 (τὰ ἄλλα) *erg. L*

3–5 Vgl. AULUS GELLIUS, *Noctium Atticarum libri XX*, X, 1. 6 f. *hoc loco* . . . Cicero dixit: vgl. CICERO, *Epistolae ad Atticum*, XV, 11, 1. 7 f. Vgl. TERENTIUS, *Phormio*, Prol., 32. 8 Vgl. AELIUS DONATUS, *Commentum Terenti, Phormio*, Prol. 32, 2. 11 f. PLAUTUS, *Aulularia*, IV, 8, 709 f. 15 HORAZ, *Carmina*, IV, 14, 13. 18 PLAUTUS, *Cistellaria*, II, 1, 526. 18 f. CATO, MARCUS PORCIUS, *Origines*, lib. I, bei NONIUS, *De compendiosa doctrina*, S. 64, 18. 19–22 CATO, MARCUS PORCIUS, *Origines*, bei CHARISIUS, *Artis grammaticae libri V*, II, 128, 20–23. 19 f. Vgl. FESTUS, SEXTUS POMPEIUS, *De verborum significatu*, s. v. *alteras*. 24 PLAUTUS, *Amphitryo*, II, 2, 633. 24 f. Vgl. PHAEDRUS, *Fabulae Aesopiae*, I, 23, 4; II, 6, 13; III, 7, 14; IV, 13, 7. 25 f. PLAUTUS, *Epidicus*, IV, 1, 565 f.

quos Lambinus et Douza depravarunt. Sic pro *alias* dicitur *caetera, ad caetera.* Sic Virgilius, *prima, postrema*, quasi *ad prima, quoad prima.* 3tio *Aen. Prima, hominis facies et pulcro pectore virgo, pubetenus, postrema immani corpore pistrix*. Ubi Servius: *»prima« est nominativus pluralis a Neutro, et est figura Graeca*, τὰ πρῶτα ἄνθρωπος. De figura recte ille, sed quod nominativum dixit, fugit eum ratio, est enim accusativus dependens a praepositione κατά, ut illud Christi superius τὴν ἀρχήν.

Caeterum pro *loco, pedatu*, et similibus dicitur etiam *numero*, item *pretio.* Ut dicimus *esse aliquo vel nullo numero, loco, pretio.* Sedigitus Volcatius de comicis: *Dein Naevius qui servet pretio in tertio est*. Plaut. *Poen.* a. 1 sc. 2 *primum prima salva sis et secunda tu secundo salve in pretio, tertia salve extra pretium. Menaechm.* act. 1 sc. 3 *Anime mi Menaechme salve. PEN. Quid ego? ER. Extra numerum es mihi.*

## 245.AD GRAMMATICAM LINGUAE UNIVERSALIS PHILIPPI LABBII [1689 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 7B, 3 Bl. 9. 1 Zettel (7,5 × 6,8 cm). 2 S.

Labbes *Grammatica* von 1663, im Verkaufs-Katalog der Bibliothek von Martin Fogel 1678 ohne Erscheinungsjahr, hatte Leibniz dort, wie die meisten anderen Titel markiert. Das Exzerpt steht auf italienischem Papier.

*Grammatica linguae universalis Missionum et Commerciorum simplicissimae, brevissimae facillimae, ut ejus beneficio multa dicantur et audiantur paucis, multa scribantur et legantur paucis;terra fiat Labii unius accessere Lexici et Tirocinii specimina autore Phil. Labbe S. J.*

Meminit in praefatione conferendum hoc suum opus cum cognatis quibusdam,

1 Lambinus kommentiert in seiner Ausgabe (Paris 1576 u.ö.; Genf 1610, S. 357) die Stelle *ut »alias res« malim legi, ut »alias ad res«*, und Douza folgt ihm in seiner Ausgabe (Frankfurt 1598, S. 263).
2 f. Vergil, *Aeneis*, III, 426 f. 3 f. Servius, *Commentarius in Vergilii opera*, in *Aen.* III, 426.
8 f. Sedigitus Volcatius bei: Aulus Gellius, *Noctium Atticarum libri XX*, XV, 24. 9 f. Plautus, *Poenulus*, I, 2, 330–332. 10 f. Plautus, *Menaechmi*, I, 3, 182.

nempe cum *Intelligentiis* Johannis de Villiers Parisiis 1587 excusis, et cum libello *De Charactere Universali* Johannis Douet in eadem urbe 1627 publicato; et duobus libris ab H. Justello communicatis, Londini excusis, uno 1657, altero 1661. Addit haec sibi decreta arrisisse: 1) ablegandos esse casus a nominibus, a verbis personas, quae illos per particulas, has per pronomina suppleri posse. 2) ablegandum superlativa comparativa, Tum genera nisi cum discernitur sexus. 3) Plurales a singulari adjuncti sibilo *S* distinguendos. 4) modos verborum mutatione vocalis finalis tempora inserta consonante characteristica, vocem passivam addito *R* posse formari. 5) Pronomina quae saepissime occurrunt, et personas in verbis agunt brevissimo unius vocalis signo exprimenda. 6) Maximam derivatorum compositorumque rationem habendam, ut quam minimo sumtu fiat, eodemque tenore; nec negligenda esse numeralia, quibus omnis illuminatur oratio. 7) Particularum hoc est praepositionum conjunctionum adverbiorumque sylvam certis limitibus, iisque arctissimis concludendam. 8) Fundanda haec in cognitissimae Europaeis omnibus Latinae linguae radicibus, in flexione quam minima servato naturae ipsius ductu atque ordine in syntaxi et pronuntiatione. 9) Exhibendum specimen Grammaticae et Januae. 10) Subjungendum Lexicon, in quo verba ad suas radices atque origines revocentur.

Interim noto autorem in cap. de syntaxi (contra propria decreta exceptiones excludentia) dicere p l e r a q u e substantiva debere adjectivis praeponi; item plerasque conjunctiones et quaedam adverbia, quae aliis optativum vel subjunctivum, hic regere infinitivum.

## 246. AUS UND ZU CARAMUEL DE LOBKOWITZ, LEPTOTATOS
[Sommer 1689 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug aus CARAMUEL DE LOBKOWITZ, *Leptotatos*, Vigevano 1681: LH IV 7B, 3 Bl. 71–72. 1 Bog. 2°. 4 S.

Die Datierung stützt sich auf das Wasserzeichen.

Die in eckigen Klammern vor die entsprechenden Textpassagen gesetzten Referenzen beziehen sich auf die von Leibniz exzerpierte Ausgabe des *Leptotatos*.

4 illos *erg. L*

1 J. DE VILLIERS, *Les intelligences, exhibantes une figure remplie d'infinitez de dictions, langages et sciences, tant separément que conjonctivement*, Paris 1587. 1 f. Nachgewiesen nur J. DOUET, *Proposition d'une escriture universelle*, Lyon 1628. 3 H. JUSTEL, *Ad grammaticam*, London 1657 u. 1661.

*Johannis Caramuelis Episcopi Viglevanensis, Comitis Zemidae, etc. Leptotatos latine subtilissimus.* Demonstrat scriptores non potuisse conceptus proprios exprimere defectu terminorum et ut medicinam adhibeat dialectum Metaphysicam exhibet. Qua semel admissa ostendit, qui contra Angelici doctoris sententias objici solent syllogismi quatuor constare terminis et, si in novam hanc dialectum transferantur[1] sine alia responsione manere solutos. Viglevani 1681. fol. folio 316. Liber fuit jam ab annis 40 exhibitus et in diversis locis per synopsin descriptus.

[p. 4, Specimen] Scotus suis in D. Thomam objectionibus occasionem dedit ut ista: *omnis causa est ante suum effectum, sed materia* [*prima*] respectu *formae et compositi est causa. Ergo materia prima Est ante formam et compositum. Ergo illa Est (Existit) ante formam compositumque. Ergo illa non Est (non existit) existentia formae et compositi*. Et ita totum sophisma consistit in eo quod ab Esse transitur ad Existere. *Sare* est esse seu esse possibilem, at *sere* est esse hoc est existere. Scilicet Scotistae et multi alii concedunt propriam existentiam materiae primae.

[p. 7, Specimen] Arist. 5. *Metaph.* text. 15 animam esse causam existentiae materiae.

[p. 8, Specimen] Inter purum nihil et existens seu *sens* datur medium *sans* seu habens quidditatem. Materia est potentia realis receptiva actus seu formae: sicut probare volunt Materiam ante formae receptionem existere, probare possent etiam materiam ante ubicationis receptionem esse in loco.

[p. 27, Specimen] Disputatur inter P. Ariagam, et P. Rich. Lynceum an in saxo informi Caesaris caput aut alia figura lateat. Recte Ariaga ad Caesaris caput pro formali requiri partium superfluarum carentiam. Quaternarius eodem modo non latet in denario, et corrigendi sunt Arithmetici, infert enim formaliter carentiam unitatum ulteriorum. (+ Sed quid si quis notionem accipiat sine isto formali quid ni possit? +) Et ita Complutenses quaternarium esse in quo quarta unitas est ultima. (+ Sed aliud est esse

[1] *Darüber*: NB.

5 hanc (*1*) dialecticam (*2*) dialectum *L* 9 *prima erg. Hrsg. nach Caramuel* 23 in | ternario et *gestr.* | denario, *L*

8 Scotus . . . *compositi*: JOHANNES DUNS SCOTUS, *Quaestiones in IV libros sententiarum*, lib. II, dist. 12, qu. 2. 15 ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 8, 1017 b 16. 21 Caramuel verweist auf: *Dissertatio inter Ariagam, Lynceumque de Statuarum Figura*.

ultimam, aliud non esse alias extra quaternarium. +) Ita creaturarum esse formale non clauditur in essentia divina.

[p. 11] Verbum substantivum caret voce qua significetur tempus indeterminatum proscindens a praeterito, praesenti, futuro.

[p. 22] In conversione illa quam primam Activae vocant (quae est oratio verbi transitivi, ubi praeter verbum accusativus quem illud regit ponitur) si verbum sit intentionale, tunc loci et temporis circumstantiae quae personam agentem afficiunt, in conversione manent apud personam agentem et non debent ad patientem transire: *Petrus in Vesuvio constitutus videt Neapolim*. Ergo *Neapolis videtur a Petro in Vesuvio constituto*, non vero *Neapolis in Vesuvio constituta videtur a Petro* (+ non opus erat haec manere +).

[p. 26] Novae verbi substantivi inflexiones.

*Sam* habeo essentiam. *Sem* habeo existentiam. *Sym* habeo aeternitatem simultaneam. *Som* habeo actum physicum. *Sum* habeo aliquam durationem.

[p. 27] Idem est *Petrus est amans* et *Petrus amat*. *Amabit, amaturus est*, et ut ab *amabilis amabilitas*, ita ab *amandus amanditas*. In Activa igitur: participium potentiale *Amativus*. Ejus abstractum *amativitas*. Participium actuale praesentis *amans*, participium actuale futuri *amaturus*. Ejus abstractum *amaturitas*. In Passiva participium potentiale *Amabilis*, ejus abstractum *amabilitas*. Participium actuale futuri *Amandus*. Ejus abstractum *amanditas*.

[p. 27] *Amant, Amans, amantis, Amatus. Amabant, amabans, Amabatus. Amarunt, amaruns, amarutus. Amaverunt, amaveruns, amaverutus. Amarant, amarans, amaratus.* Sic ab *Amabunt, amarint, ament, amarent, amassent, amavissent*, deducit participia. Generaliter participium ait esse ex tertia persona numeri pluralis.

[p. 31] Cum dicitur *Deus est lapis* (efficienter) sensus est *Deus est lapidem. Homo nullam rem est quando operatur*.

[p. 33] Omnes scholae admittunt distinctionem formalem, hanc Thomistae volunt esse rationis ratiocinatae, Scotistae esse ante mentis operationem ex natura rei, praecisiones objectivas admittunt Thomistae. Sed Nominales quia eas impossibiles judicant recurrunt ad expressiones seu ratiocinationes ratiocinantes.

[p. 33 sq.] Interim D. Thomas in lib. *De Ente et essentia* videtur nominalium illustrare sententias. Si perseitas est aliquid, erit Ens, sed addit aliquid Enti; id ergo quod addit non est Ens, nempe perseitas et inalietas sunt differentiae contrahentes Ens ad substantiam et accidens.

30 seu . . . ratiocinantes *erg. L*

[p. 36] Etiam Graeci non satis participiorum habent. S. Johannes Evangelista concludens Evangelium: *nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros* τὰ γραφόμενα βιβλία. Caramuel diceret *libros scriberetos*.

[p. 45 sq.] Izquierdus, *Theologia*, Roma a. d. 1664, licet opinentur multi posse Ens creatum divinitus existere sine ubicatione, nemo tamen quem viderim asseruit posse Ens creatum existere sine omni duratione praeter unum Lynce. in *Philosophia* ed. Lugd. 1654. Sed jam hoc defenderat Caramuel in *rationali et reali Philosophia* Lovanii 1642 edita.

[p. 304] Materia est posse esse substantiam, forma actu esse seu recipere actum essendi: ut lignum se habet ad omnes actus artificiales, ita materia ad omnes naturales. (+ Non potest Deus facere ut ex non Ente (possibili) fiat Ens, potest efficere existens ex non existenti. +) Potest intelligi conceptus proscindens ab Ente actuali et possibili, scilicet per modum actuantis.

[p. 53 sq.] *Sym* est sum in Deo, seu *Syre*, est modus essendi Dei, ubi coincidit Essentia et Existentia; ut Triangulus et Circulus infiniti coincidunt (+ polygonum infinitorum laterum cum circulo +).

[p. 56] *Sore* est esse physicum. Materia prima habet *Sare* ante formam, nam est pura potentia; per formam *sot* seu recipit formam qui est actus physicus; per compositum *sat*, et tunc primum est capax ut recipiat actum secundum nempe Metaphysicum hoc est existere, *sere*.

[p. 57] Denique *sure* est in aliqua differentia temporis nempe extitisse, esse nunc, fore, omnis qui fuit *sut*, omnis qui nunc est, *sut*, omnis qui erit *sut*. *Santes* idem quod *sebiles*.

[p. 59 sq.] Hactenus modi existendi perfecti *Sam, Sem, Sym, Som, Sum*. Sequuntur imperfecti per Diphthongos, *Saim, Seim, Syim, Soim, Suim*. Sic Entia rationis non *sant* nec *sent*, sed *saint*, et *seint*. Idem de carentiis seu negativis.

[p. 61] Si mundus esset ab aeterno non *syret* ut Deus, sed *syiret*.

[p. 62] Forma substantialis dat *sore*, accidentalis dat *soire*. Et de rebus imperfecte existentibus etiam dicendum imperfecte durare seu *suire*.

[p. 66] *Semere* est existentes facere res, et de rebus dici potest quod *sumuntur*. Deus omnes res *samit*.

4 *Theol.* . . . 1664 *erg. L* 5 divinitus *erg. L* 9 f. Materia . . . naturales. *erg. L*

4 S. Izquierdo, *Opus theologicum, juxta atque philosophicum de Deo*, 2 Bde, Rom 1664–1670. 6 R. Lyncaeus, *Universa Philosopia Scholastica*, 3 Bde, Lyon 1654. 7 J. Caramuel de Lobkowitz, *Rationalis et Realis Philosophia*, Löwen 1642.

[p. 71] Deus *sympsit* id est genuit Deum.

[p. 72] Omnes carentiam in negationem et privationem diviserunt tanquam carentiam formae in subjecto incapaci vel capaci. Autor subdividit privationem in carentiam formae indebitae, quae est privatio indefectuosa, et carentiam formae debitae quae est defectuosa seu defectus. Datur pura omissio in voluntate cum contradictionis exercetur libertas, ubi dici potest voluntates neque velle neque non velle, seu neque velle *A*, neque *non A*.

[p. 123] *Verum* seu *cognoscibile* est conceptus communis Enti et non-Enti.

[p. 194] Objectio difficilis: *Haec objectiva propositio: Deus non est, est possibilis. Sed qui potest non esse, non est Deus. Ergo non est Deus.* Probatur major propositio: *nihil est, est possibilis*. Sed si nihil esset nec Deus esset. Ergo haec *Deus non est*, est possibilis probata major. Haec objectiva propositio *nihil est* non est impossibilis, quia ex ea non inferuntur duo contradictoria simul vera. Qui contra sentit, debet probare duo contradictoria inde inferri. Praeterea videtur positive sic suaderi: conclusio sequitur partem debiliorem. At haec propositio *nulla res est*, est negativa, ergo quaecunque praemissa adjungatur non potest inde inferri affirmativa, ergo nec duae contradictoriae seu una affirmans altera negans.

[p. 199 sq.] Respondet P. Mendus si nullum Ens est, ergo nec haec propositio est. In omni negante involvitur affirmans contradictoria, sed istud *nulla propositio est*, Caramueli loquitur non de existentia sed possibilitate. Aliter Caramuel aggreditur probare duo contradictoria ex hac propositione: *nihil est*, nempe si haec propositio est vera, est cognoscibilis, ergo datur potentia cognoscitiva seu cognitivum. Ergo datur aliquid. Praeterea item veritas haec est necessaria, ergo debet dari necessario cognoscitivum (+ male +). Item sic: Haec propositio est vera, Ergo datur veritas. At veritas est aliqua res. Haec igitur propositio: *nulla res est*, est ex numero falsificantium, si enim sit vera est falsa.

[p. 214 sq.] Joh. Helmontius librum composuerat ut probaret Deum posse facere ut duo contradictoria simul essent vera. Hunc legerat Caramuel. Caeterum Caramuel optime, si hoc esset possibile, nulla daretur veritas in mundo. Argumentatio Caramuelis curiose talis: Si propositiones duae *Petrus currit* et *Petrus non currit* simul verae, tunc

3 capaci | , Ego addo negationem generalem, metaphysicam *gestr.* | Autor *L* 18 Respondet P. Mendus *erg. L*

18 Caramuel verweist auf: Andreas Mendus S. J., *De Impossibilitate et Repugnantia.* 27 f. Joh. Helmontius . . . legerat Caramuel: Dazu am Rande bei Caramuel: Joannes Helmontius, Medicus Bruxellensis, in suo libro manuscripto.

quaevis propositio evidenter falsa poterit probari, hoc modo. Sit ea talis: *Circulus habet 4 angulos*. Argumentum: *vel Petrus currit vel circulus habet quatuor angulos, sed Petrus non currit. Ergo circulus habet 4 angulos*. Probatur major, omnis disjunctiva vera est, si alterutra disjunctorum vera est. (+ Videtur esse sophisma. +)[2]

[p. 233 sq.] Ex quatuor literis *A, O, R, S*, fieri possunt variae combinationes, ut *Rosa, ars, aro*; sed ut placuit linguis aliquas adhibere, alias relinquere, ideo Deus quasdam possibiles fecit existentes; deinde ponamus quasdam ex his literis adhiberi negative, et eas scribi minusculis, ut *OrA*, erunt *O* et *A* affirmative, *r* negative. Et si simul occurrit eadem majuscula vel minuscula, erit contradictio, ut *ORra*. In Deo sunt perfectiones, sed privationes perfectionum quae creaturas formaliter constituunt non sunt in Deo.

[p. 262] Dn. Augustinus Redingus severus et verax Thomista. Mentem S. doctoris bene exponit.

[p. 271] Etsi s c i e n t i a m e d i a in Deo non detur, ipse tamen cognoscit futura conditionata liberata; verum ea cognoscit in decreto suo, quod est absolutum formaliter et entitative seu objective conditionatum. Deus dicere intelligitur hunc actum: *si decrevero (praedeterminando aut permittendo prout ratio et circumstantiae postulent) quod Saul resciat Davidem confugisse ad Ceilitas, decernam quod Saul ascendat Ceilam, et quod Ceilitae ipsum tradent.* Quaestio igitur coram Clemente VIII agitata 1604 est utrum Deus futura libera ante omne decretum suae voluntatis cognoscat. Falso imputatur Thomistis aliquos statuisse Deum futura contingentia solum nosse conjecturaliter.

[p. 272 sq.] Cabrera cui hoc imputant tantum dixit, quod futura conditionata, quae cum conditione non habent infallibilem connexionem, vi talis conditionis cognoscantur solummodo probabiliter secundum efficaciam et inclinationem conditionis positae (+ ut in alea, si quis ex praesente statu judicare velit de eventu futuro +) sed ex vi aliarum rationum (+ connexione totius universi +) Deus ea cognoscet certo scilicet ex vi auxilii efficacis et praedeterminationis. Non suppeditamus nos formulas in dialecto Metaphysicae pro Scientia Media, objectum visionis est *sere*, objectum simplicis intelligentiae est

[2] *Daneben*: NB.

16 seu (*1*) absolute (*2*) objective *L* 27 cognoscet (*1*) efficaciter (*2*) certo *L*

12 Caramuel verweist auf: Augustinus Redingus, *De Scientia futurorum, absolute existentium*. 1. part. quaest. 5. art. 4. pag. 164. 16–19 *si . . . tradent*: vgl. 1. Kön. 23, 7–14. 23 Dazu vermerkt Caramuel am Rande: Redingus insimulat Cabreram: 3. part. quaest. 1. art. 3. disput. 1 § 21. dict. 2. et 3.

*Sare*, scientiae mediae nullum objectum damus, quia nulla est. Si quis tamen omnino vellet nomen et per impossibile posset dici *Saere*. Quicquid est in rerum natura quod non est Deus, esse recipit a Deo, Paul. 1, ad Corinth. IV. 7. *Quid habes quod non accepisti.*

[p. 274–276] Te alloquor *sans*, te *sens*, te *suns*. Tu *sans sas* quia Deus te *samit*. Tu *sens ses* quia Deus te *semit*; et tu *suns sus* quia Deus te *sumit*. Ergo futura libera conditionata suum *Saere* similiter recipiunt a Deo. Jam recipiunt suum esse seu *saere* vel ante decretum vel post decretum. Non ante decretum quia tunc non est libera sed necessaria, quae non distinguitur a scientia simplicis intelligentiae. Dices dari duplicem scientiam Dei naturalem et necessariam, quia vel intelligit possibilia, et tunc est simplex intelligentia, vel futura conditionata libera, et tunc est scientia media, Deus enim cognoscit voluntates liberas angelorum et hominum. Respondeo non cognoscit nisi per suum decretum. Vult Deus ut Petrus resipiscat, vult permittere Judam manere impoenitentem. S. Doctor igitur ponit ⟨enim⟩ dari Petro gratiam efficacem, et Judae gratiam sufficientem, ita poterit converti sed non convertetur. Et ita Paulo interroganti *quis te discernit*, respondetur *Deus est qui discernit Petrum a Juda.* At Molinae gratia eadem est efficax vel sufficiens non ex se, sed ex conditione subjecti. Ergo inquam homo se discernit. Negat consequentiam Molina, quod scilicet Deus discernat Petrum a Juda, dando eis aequalem gratiam physice sed non moraliter, quia dedit eam Petro sub circumstantiis quibus erat assensurus. Respondeo primo dicendum quae circumstantiae, quid enim si ponantur in eodem tempore et loco, tum enim nullae externae circumstantiae eos discernunt, secundo gratia per tales circumstantias modificata est, erit respectu Petri efficax et respectu Judae inefficax (alioqui Petrus et Judas operabuntur eodem modo, contra Hypothesin Molinae et experientiam); Ergo a Petro et Juda differentia proveniet seu ipsi se discernent. Qui scientiam mediam tuentur singuli alia atque alia fundamenta supponunt, quod hodie plerisque placet, si non omnibus, creaturas possibiles in se ipsis cognoscibiles esse et non posse a scientia infinita nesciri, id rotunde a Molina scientiae mediae inventore negatur. Alii subeunt opinionum divortia, suarizantibus vasquizantes obsistunt, viam alii comminiscuntur mediam, alii se ab aliisque subducunt.

8 scientia (*1*) visionis (*2*) simplicis *L* 13 Doctor (*1*) distinguit inter (*2*) igitur *L* 15 *qui* (*1*) *te* (*2*) *discernit L* 23 et (*1*) experientiam vel (*2*) experientiam); Ergo *L* 24 proveniet (*1*) , adeoque (*2*) seu *L* 29–S. 1341.1 subducunt. (*1*) Uti visibilitatem ab anima Scotistae realiter distinguunt, Thomistae non; et tamen de ea eodem modo ph (*2*) Certitudo *L*

3 1. Kor. 4, 7. 14 f. 1. Kor. 4, 7.

[p. 292 sq.] Certitudo futurorum contingentium habetur tum ex praesentia futurorum in aeternitate, tum etiam ex hypothesi determinationis causarum: sed praesentia illa facit, ut scientia illa sit intuitiva. Si per impossibile alius Deus hunc mundum condidisset, et noster nihil ideo decrevisset, noster tamen infallibiliter praesciret ob creaturarum in aeternitate praesentiam. Et rursus si per impossibile Deus non esset aeternus tamen futura contingentia etiam libera sui decreti efficacia praesciret.

[p. 288] Deus est Adamo praesens in suo nunc temporis, Antichristo in alio (+ sed *nunc non est praesens Adamo*, et *tunc est praesens Adamo*. Hae duae propositiones inferunt variationem, sunt enim contradictoriae, excepto solo *nunc* et *tunc*. Respondendum est in nobis inferre mutationem in quibus reale est discrimen inter statum unum et alium, non in Deo +).

[p. 297] Ex antiquis favet Jesuitarum sententiae Aegidius nam in 1. dist. 38 qu. 1. art. 2 asseverat Deum certo praecognoscere futura contingentia, ante suae divinae voluntatis decretum, in sua essentia, prout habet rationem ideae aut ejusdem speciei impressae.

(+ Si Saul venit ad Keilitas tradent Davidem. Pertinet ad scientiam possibilium; seu Deus perfecte cognoscens Saulem et Keilitas, cognoscit quid eorum notio seu idea perfecta involvat. Tantum decernit existentiam. Vulgo potius referunt ad scientiam visionis. Caramuel interim quia decreta Dei sub ratione possibilitatis involvuntur in rei idea. +)

Deus est omnium perfectionum possibilium aggregatum. Deus omnia habet et dat seu facit.

[p. 267] Volunt Thomas, Scotus, Caramuel et plerique creaturas possibiles realiter a Deo distingui, seu habere esse quidditativum seu esse essentiae reale a Dei essentia emanans.

[p. 311 sq.] Voluntatis fit operativitas ab auxiliis sufficientibus, operaturitas ab efficacibus. L i b e r i quod positis omnibus ad agendum requisitis potest non operari (+ potius contingentis +). Falsa propositio *omne* [*quod*] *est, dum est necesse est esse*, a nobis ample dudum discussa. Aristoteles ita dixit, quia nescivit infallibilitatem a necessitate

7 Deus | hodie *erg. u. gestr.* | est *L* 8 *praesens* (*1*) *Antichristo* (*2*) *Adamo L* 8 *Adamo.* (*1*) *Deus nunc est praesens* (*2*) Hae *L* 9 variationem, (*1*) differunt enim eo (*2*) sunt *L* 19 visionis (*1*) ita ut Caramuel. Sed (*2*) . Caramuel interim *L* 19 in (*1*) reru (*2*) Essent (*3*) rei *L*

12 AEGIDIUS ROMANUS, *In IV libros sententiarum.* 28 *omne . . . esse*: ARISTOTELES, *De interpretatione*, cap. 9, 19 a 22–23.

distinctam. Liberum creatum est substantia tam in essendo quam operando a Deo dependens, quae positis dependenter a Deo omnibus ad operandum praerequisitis, quando operatur dependenter a Deo, tunc dependenter a Deo potest non operari. (+ Si Aristotelis enuntiatum verum est, *quicquid est dum est necesse est esse*, sequetur et quod futurum est dum futurum est necesse est fore. Sed semper futurum est ergo necesse est semper. Hinc forte Aristoteles negabit futurorum determinatam veritatem. +)

[p. 312 sq.] Praedeterminatio physica est forma accidentaria quae voluntatem promovet ad determinate operandum estque vel necessitans vel secundum nos infallibilitans. Auxilium sufficiens habere effectum potest sed nunquam est habitum (+ Ergo nunquam datur auxilium sufficiens. +) Objectio[:] qui auxilium efficax non habet non habet omnia ad agendum requisita. (+ Proxima habet omnia ut possit agere. +) Auxilium sufficiens dat operaturitatem conditionatam si velimus.

[p. 315] Homo sufficientis gratiae auxilio destitutus cederet necessario tentationi et quia necessario cederet non peccaret.

[p. 316] [Peccati] ratio consistit in omissione usus gratiae sufficientis, sed ad omissionem Deus non concurrit, ergo non concurrit ad materiale vel formale peccati.

[p. 277–279] Tempus imaginarium seu aeternitas extrinseca. Uti rationalitatem seu animam a visibilitate distinguunt Scotistae realiter, Thomistae non, et tamen alioqui de visibilitate eodem modo philosophantur, ita salvis similiter rerum essentiis ponendo identificationem oritur instans unicum indivisibile carens principio et fine, hoc est Dei aeternitas seu aeternitas intrinseca, et tamen instantia diversa retinent formalem ordinem inter se (+ NB. +) quam distinctionem dicent Scotistae esse formalem ex natura rei, at Thomistae esse rationis ratiocinatae. Haec autem instantia quae in Deo distinguuntur *formaliter* in nobis distinguuntur *realiter*.[3] Haec instantia considerata ut participabilia sunt *tempus possibile*. In Deo aeternitas est infinita categorematice, translata ad creaturas[4] syncategorematice seu indefinite, quae autem sunt de facto participata constituunt *tempus reale*. Ut hoc assertum: *quae coexistunt uno tertio, ea coexistunt inter se* verum sit opus est ut utrumque coexistat ejusdem tertii durationi totali. Uti meus

---

[3] *Am Rande*: NB.

[4] *Über* creaturas . . . indefinite: NB. (+ sic etiam mundus Cartesio solum indefinitus +)

15 peccatio *L ändert Hrsg. nach Caramuel*

---

31 sic . . . indefinitus: vgl. R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, I, 26–27.

intellectus est participatio intellectus divini non voluntatis; ita meum instans *a* est participatio instantis divini *A*, non *B*, etsi in Deo solum formaliter distinguantur. Ideo instans *a* coexistit formalitati seu virtualitati *A*. Si per impossibile Deus non esset infinitus simpliciter aeternitatis instantia dissolverentur seu distinguerentur a se invicem. Aeternitas componatur cum anima, et tempus cum corpore. Falsum est caput esse in pede, et tamen coexistit tota anima et capiti et pedi. Tota aeternitas respondet cuilibet parti temporis, ipse D. Thomas usus hac declaratione 1. part. q. 57. art. 3. Nempe ubicatio animae in capite et in pede formaliter, non realiter differunt. Creaturarum duratio non est aeternitas Dei sed ei connotatum, similis est immensitas Dei.

[p. 280] Ita ipse Scotus in 1. dist. 39. qu. unica §. aliter. Difficultas[:] Deus ex coexistenti Petro, fit non coexistens Petro, est igitur variatio in ipso. Nunc enim falsum est, *Deus coexistit Trojae.*

[p. 283] ⟨Item⟩ et Scotus similitudine centri in circulo.

[p. 287 sq.] Ita Macedo et Scotistae ex eo quia solus Deus aeternus, res non esse in physico praesentes sed tantum objective, ⟨unde⟩ S. Gregor. M. res non videntur ab aeternitate quia sunt sed sunt quia videntur.

## 247. CHARPENTIER SUR L'EXPLICATION DES MOTS
[Sommer 1689 (?)]

**Überlieferung:** *L* Auszug: LH IV 7B, 3 Bl. 15. 1 Zettel (10 × 13,5 cm). 1 $^2/_3$ S.

Das *Journal des Sçavans* hat Leibniz wohl bald nach dem Erscheinen gelesen.

Du *Journal des Sçavans* 13 juin 1689.

Mons. Charpentier dans un discours prononcé à la reception de M. de Caillieres (qui avoit dedié un panegyrique du Roy à l'Academie) et de M. l'Abbé Renaudot (qui fait des

---

7 THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae.* 10 JOHANNES DUNS SCOTUS, *Quaestiones in IV libros sententiarum.* 14 Vgl. F. MACEDO, *Collationes doctrinae S. Thomae et Scoti*, 3 Bde, Padua 1671–1680. 15 vgl. GREGOR der Große, *Moralia in Job*, lib. XX, cap. 32. 22 f. *XVIII. Journal des Sçavans, du Lundy, 16 Mai. M.DC.LXXXIX*, Amsterdam, S. 327 f., 330–332.

mémoires Historiques sous le nom de *la Gazette*) 1689, 7. febr. fait la remarque suivante sur l'explication des mots.

Le Travail ordinaire de l'Academie a pour son principal objet l'explication des mots, ce que les ennemis des belles lettres traitent de minuties grammaticales. Il fait voir que l'estude des mots est le bien prendre la partie de la literature la plus utile et la plus excellente, parceque c'est elle qui nous fait entrer dans la connoissance des plus secrets ressorts de la raison, qui a tant de rapport avec la parole, que dans la langue la plus sçavante de l'univers la parole et la raison n'ont qu'un même nom sur quoy il se sert d'une comparaison excellente. Les plus stupides entre les hommes, dit il, sçavent bien qu'ils marchent, qu'ils voyent, qu'ils entendent. Mais il n'y a que les grands genies, qui veuillent connoistre la structure et l'entrelassement admirable des os, des nerfs, et des muscles, par les quels se font tant de mouvemens et tant de sensations differentes. Ainsi l'homme le plus grossier sçait bien qu'il parle, et qu'il se fait entendre aux autres, mais il n'y a que les esprits du premier ordre, qui veuillent connoistre les differentes idées sur les quelles nos paroles se forment, ce qui en fait la justesse ou l'irregularité, la beauté ou l'imperfection, la certitude ou le doute. L'Academie ne s'est point voulu charger des mots des arts et des sciences, et qu'elle s'est retranchée à la langue commune; telle qu'elle est dans le commerce des honnestes gens, et telle que les orateurs et les poëtes l'employent, qu'ainsi elle definit les mots communs, dont les idées sont fort simples ce qui est infiniment plus malaisé que de fixer les mots des arts et des sciences dont les idées sont fort composées. Il est plus aisé de ⟨dire⟩ que le Telescope est une lunette à voir de loin, que de dire ce que c'est que voir. D'où l'on peut juger, quelle prodigieuse entreprise a esté celle de l'Academie quand elle s'est chargée de definir tous les mots communs de la langue française.

20 f. les (*1*) mots (*2*) idées *L*

# B 1. METAPHYSICA

# 248. NOTAE PLERUMQUE METAPHYSICAE
[1677 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 6, 12f Bl. 14. 1 Bl. 2°. Untere Hälfte abgerissen. Auf Bl. 14 r° 1 Sp. mit 37 Zeilen, links davon quer 22 Zeilen, dahinter auf Bl. 14 v° 18 Zeilen.

*E* BODEMANN, *Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 88 f. (Teildruck).

Die vermischten Bemerkungen unseres Stücks, die noch nicht an der Singularität orientierte Notiz zum Begriff der Substanz (N. 249), die noch vorsichtige Bemerkung zur Wahl des Besten und der Freiheit Gottes (N. 250), die noch um eine Begründung ringende Aufzeichnung zum Unterschied von Möglichkeit und Existenz (N. 251), die damit zusammenhängende Feststellung, daß Gott alles Mögliche erkenne (N. 252), die Notiz zum Zusammenhang von Existenz und Perfektion (N. 253), die Behauptung der Unmöglichkeit der Indifferenz (N. 254) und schließlich auch die grundsätzliche Bemerkung zum Cartesianismus (N. 255) stellen durchweg frühe Formulierungen und Begründungen von späteren Standardthesen dar, so daß zu vermuten ist, daß alle diese Stücke ohne äußere Indizien schon sehr früh verfaßt worden sind.

Man mus allemahl seine Verrichtungen so anstellen, daß ob sie gleich nicht alles thun was wir wundschen, doch etwas ausrichten; dahehr soll man nicht leicht etwas vornehmen, welches da es fehlet, alles so man zu dem ende vorgenommen unnuezlich wird. Zum exempel eine ewige Bewegung oder andere kostbare aber ungewiße Machina, deren Stücke hernach zu nichts nuz seyn.

Ich solte einsmahls einen verschloßenen Brief lesen, da hinein ich sehen kondte, von der Seite, weil nun die linien durch des Briefes Zusammenlegung gebrochen, so schrieb ich *à part* was ich auff einmahl sehen kondte und trugs endlich zusammen, so sahe ich einmahl vergebens, und gieng allezeit einen schritt, oder gewann allezeit etwas, welches nicht gewiß, wo ich immer eine Linie auff einmahl haben, und also so offtmahls die Blätterung verändern wollen.

Die Microscopia zu perfectionniren weis ich kein beßer Mittel, als daß man das Liecht des objects vermehre mit helff der Brennspiegel, alsdann kan man die Große auch *pro arbitrio* vermehren denn umb soviel mehr strahlen dahin kommen, umb so viel laßen sie sich auch mehr zertrennen.

15 f. alles (*1*) verrichten (*2*) thun *L*    22 und . . . zusammen *erg. L*

Ex providentia Dei sequitur res in causis suis esse determinatas. Nam scire aliquid est nosse veritatem propositionis, nosse autem veritatem propositionis est scire cur ita futura sit. Si itaque Deus perfecte praevidet res, praevidebit non tantum quod futurae sint, sed et cur sint futurae, id est habet scientiae suae rationes solidas: alioqui enim si Deum simpliciter res quasi in speculo praevidere fingimus, perinde erit ac cum homo scit aliquid ex relatione sive fide aliorum.

Quomodo enim scit Deus hanc suam visionem esse veram, an ideo quod eum hactenus non fefellit, sed ita Dei cognitio Empirica imo conjecturalis est tantum, et magna probabilitate nititur. Praeterea scientia eorum quae nunquam futura sunt, sed ex aliis datis futura essent, utique non nisi connexione cum causis datis intelliguntur, quidni ergo eodem modo quae revera existent.

Herr Hans Carl sagt mir der Churfürst Johann Philipp seel. habe ihn einmahl ermahnet eine kunst zu suchen, das man pulver ohne lunten oder andere rauchende, dampf oder geruch gebende sache gleichwohl zu gewißer zeit anzünden könne. Und Herr Hans Carl sagt mir er habe es gefunden.

Une histoire toute simple soit artificielle soit naturelle, ne nous est pas utile à la perfection de l'esprit, et il n'importe pas d'avantage à nostre esprit de sçauvoir les propriétez des plantes (sans en decouvrir quelque raison) que de sçauvoir l'histoire de Pierre ou Jacques; et les proces de deux voisins du voisinage. Car si la plante est une espece ou universel, chaque homme l'est aussi, mais une espece *specialissime.* Ainsi l'histoire d'un homme faut celle de toutes plantes. Car tout corps est comme un monde, et quand on y sçait beaucoup de particularitez, c'est aussi noble, que de sçauvoir celle de plusieurs autres corps. Car ayant osté la consideration de l'utilité de la vie humaine, toutes les experiences ne different que dans la force du sentiment qui frappe, et dans la multitude des varietez.

3 res, (*1*) providebit (*2*) praevidebit *L*     17 f. les (*1*) natures des plan (*2*) propriétez *L*

---

12 Hans Carl: d. i. Johann Carl Kahm, Kammerdiener des Kurfürsten Johann Philipp von Mainz, später des Herzogs Johann Friedrich von Hannover.     12 Johann Philipp: d. i. Johann Philipp Frhr. von Schönborn, Kurfürst von Mainz, gest. 1673.

Animas omnes non esse per se aequales, definisse visa est Facultas Parisina, nam inter articulos a Parisina facultate damnatos, reperitur et ille: quod anima Christi et Judae sint aequales. Et vero si anima est aliquid resultans ex Deo, et aspectu universi certo, utique inaequales sunt ob diversos universi aspectus alios aliis distinctiores. Ex his patet non posse eodem tempore esse duos homines sibi similes per omnia.

Si duo puncta plus uno momento immediato simul manent semper simul manebunt, sequitur ex demonstratione de plenitudine mundi. Demonstratur autem plenitudo ex duratione virtutis.

Si mentes abessent, tunc ex uno statu universi dato, aliquo momento, non possent determinari antecedentes et praecedentes, sed ex duobus durantibus.

Demonstratio memorabilis, quod omnis numerus finitus existit. Nam omni numero finito assignabili existit numerus major. Omnis autem major numerus comprehendit minorem.

Demonstrabile est, quod non quodlibet possibile existat saltem in hac serie rerum, seu in hoc spatio vel mundo, nam si fingeremus alium statum sequi immediate praecedentem, quam qui sequitur, utique aliae apparerent rerum formae, quae nunquam apparebunt, nisi quis dicat in alio apparere universo, seu tot esse universa quot possibiles fingendi modi. Quaerenda est demonstratio contra hoc de pluribus universis spatiisque infinitis, quia nullae videntur dari res duae quae nullam inter se habeant connexionem.

Si essentia idem esset quod existentia, mutaretur nihil in ulla serie. Hinc cum existentia addat essentiae sequitur non omnia essentiam habentia habere existentiam, sed esse rationem existendi peculiarem.

Continuum dividi in omnes partes in quas dividi potest, infert dividi in puncta. Hinc autem puto firmiter demonstrari posse quod id fieri nequeat.

3 et (*1*) idea corporis (*2*) aspectu *L* 3 f. certo, (*1*) necesse (*2*) utique *L* 6 puncta (*1*) uno momento (*2*) plus *L* 11 finitus *erg. L* 12 assignabili *erg. L* 15 fingeremus (*1*) aliquod aliter (*2*) con (*3*) aliam mutationem (*4*) alium *L* 16 quam qui sequitur *erg. L* 18 pluribus (*1*) mo (*2*) universis *L* 24–S. 1350.1 nequeat. | (*1*) Cum *versehentl. nicht gestr.* | (*2*) Deus *L*

1–3 Vgl. H. DENIFLE – A. CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis* I, Paris 1889, S. 543–558: Opiniones . . . condemnatae, 1277, Martii 7, Parisiis, art. 124.

Deus cogitando res esse bonas, res fecit. Neque enim putandum velle Mosem Deum rerum bonitatem post factum experientia animadvertisse.

Si alia esset series extra nostram: non poterit dici, an simul cum nostra aliquid in ea existat vel non: ergo non poterit dici an nunc existat vel non. Quod est impossibile. Necesse est enim nunc existere vel non. Mira ratiocinatio.

## 249.DE PERFECTA NOTIONE SUBSTANTIARUM
[1677 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 8 Bl. 86. 1 Zettel (19 × 14 cm). 1 $^1/_2$ Sp. Am rechten Rande stark ausgeschnitten.
*E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 120.

Zur Datierung vgl. N. 248.

Substantia est Ens quod omnia necessaria praedicata ejusdem subjectiinvolvit, ut *aër*. Adjunctum est quod non omnia involvit, ut *transparens*. Nam *aër* involvit *transparens, liquidum, subtile*, *elasticum* etc. neque aliud quicquam de ea re, de qua praedicatur *aër* necessario praedicatur, quod non jam in aëris notione contineatur. Daturque aut certe intelligi potest aër purus, id est Ens, de quo nihil aliud praedicari queat, quam quod aëris natura postulat; sed non potest dari transparens purum, id est Ens in quo sit transparentia et nihil ultra. Hinc videtur sequi substantias tantum appellari debere species infimas sive individuales, quarum notio scilicet perfecta sive talis est, ut in ea responsio

1 f. Deum (*1*) creavisse (*2*) rerum *L* 13 est (*1*) attri (*2*) Ter (*3*) Ens *L* 13 f. omnia (*1*) attributa involvit, quae de eodem subjecto dici necesse est, (*2*) necessaria . . . ut (*a*) *ignis* (*b*) *aër*. (*aa*) Accidens (*bb*) Adjunctum *L* 14 omnia (*1*) necessaria (*2*) subjecta (*3*) p (*4*) involvit, *L* 14 Nam (*1*) aër quidem est transparens, (*2*) *aër* *L* 15 *transparens*, (*1*) *subtile*, (*2*) *liquidum* *L* 15 etc. (*1*) Sed si dicam *transparens* separatim nullum Ens nomin (*2*) neque *L* 17 Daturque (*1*) aër (*2*) aut . . . aër *L* 19 ultra. (*1*) Itaque (*2*) Sed difficu (*3*) Hinc *L* 19 sequi (*1*) substantiam (*2*) substantias *L* 20 sive individuales *erg.* *L* 21 responsio (*1*) cont (*2*) ad *L*

1 f. Vgl. Gen. 1, 4 u. ö.

ad omnia ea quae de re quaeri possunt contineatur. Animalis vero notio non est talis, quaeri enim adhuc potest, sitne rationale an brutum, quadrupes an bipes, quia alia animalia rationalia, alia bruta sunt. Nisi forte credamus dari posse animal purum, sive in quo nihil aliud reperiatur, quam quod praecise requiritur ad notionem animalis; atque ideo velimus animal appellare substantiam, quia ejus notio saltem per se subsistere possit. Sed an purum animal sit possibile, Ego valde dubito. Nam non tantum pedibus carebit, sed et sensu, quia notio animalis non exprimit quid sentire debeat. Itaque illi tantum termini generales, sunt substantiarum, qui homogenei sunt, et talis est conceptus Entis puri seu absoluti, sive Dei.

## 250.DE NECESSITATE ELIGENDI OPTIMUM
[1677 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 4, 3 Bl. 16. 1 Zettel (11 × 4,2 cm). Auf der Rückseite von Leibniz' Hand, gestrichen: *Mercure galant* un volume. *Arioviste* les 2 tomes premiers.

*E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 73 f.

Weiterer Druck: STENSEN, *Epistolae*, 1952, Bd 2, S. 948.

Zur Datierung vgl. N. 248.

Ponamus tria puncta dari ut ex illis formetur triangulum: ajo sapientem (si nulla sit ratio specialis aliter agendi) formaturum inde Triangulum aequilaterum, ita enim omnia puncta eodem modo tractantur.Et Triangulorum aequilaterum Species est infima,

1 contineatur. (*1*) Ita (*2*) Animalis *L* 2 quia (*1*) dantur (*2*) alia *L* 3–7 Nisi . . . animal (*1*) in quo nihil amplius exi (*2*) purum . . . an (*a*) detur (*b*) hoc (*c*) an (*d*) purum . . . debeat. *erg.* (*aa*) Eae itaque tantum (*aaa*) sub (*bbb*) notiones generales, sunt su (*bb*) Itaque *L* 18 (*1*) Nihil sine (*2*) Ponamus *L* 20 Et (*1*) omnia (*2*) Triangulorum *L*

14 *Le Mercure galant. Contenant plusieurs histoires veritables, et tout ce qui s'est passé depuis le premier Janvier 1672. jusques au Départ du Roy*, Paris, 1672–1710 in 492 Bden erschienen; Band nicht nachgewiesen. Zu *Arioviste* vgl. LA ROCHEGUILHEM, Mademoiselle de [anon.], *Arioviste, histoire romain*, 2 Bde, Paris 1674.

seu omnia triangula aequilatera sunt inter se similia. Si necessitas quae in sapiente est, eligendi optimum, tolleret libertatem, sequeretur, nec Deum libere agere, cum ex pluribus optimum eligit. Essentiae rerum sunt ut numeri. Duo numeri non sunt aequales inter se, ita duae essentiae non sunt aeque perfectae.

## 251.QUOD NON OMNIA POSSIBILIA AD EXISTENTIAM PERVENIANT [1677 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV, 8 Bl. 21. 1 Zettel (9 × 16,5 cm). 1 S. u. 8 Z.
*E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 103 f.

Zur Datierung vgl. N. 248.

### Quod non omnia possibilia ad existentiam perveniant, seu quaedam esse possibilia, quae nec sunt, nec fuere, nec erunt

Possibile voco quod supponi sive intelligi potestsine contradictione, verbi gratia in toto mundo non esse nisi globulos seu corpora rotunda, nihil in se continet quod contradictionem includat. Hinc jam probo quaedam hujusmodi possibilium nunquam ex[t]itisse, vel extitura esse. Nam si ponamus omnia esse globulos, impossibile est naturae viribus eos unquam esse cessare, omnes ergo aliae Atomorum figurae nec extiterunt naturaliter (alioqui nunquam inde facti fuissent globuli) nec existent. Contra si alia quaevis figura assumatur impossibile est globulorum figuram aliquando extitisse aut fore. Utroque ergo modo aliquid ex possibilibus in se impossibile erit existere ob alia posita, seu ob statum universi. Quo semel admisso habemus Deum non qualem Cartesius et Spinosa, sed qualem docent Christiani.

1 Si (*1*) eli (*2*) necessitas *L* 12 f. erunt (*1*) Ergo (*2*) Possibile *L* 13 contradictione, (*1*) ergo exempli causa omnia constare (*2*) v.g. (*3*) verbi *L* 14 globulos (*1*) vel (*2*) seu *L* 17 figurae (*1*) cessabunt (*2*) nec *L* 20 ergo (*1*) alio (*2*) modo (*a*) aliqua figurarum (*b*) aliquid *L*

Si demonstrari potest, non posse quamlibet materiae partem a quavis alia separatam intelligi, sed dari quasdam Atomos, idem manifeste demonstratum habetur. Sed etsi omnia rursus subdividi ponamus, quia tamen variis modis institui potest subdivisio: non utique omnia possibilia contingunt.

## 252.DEMONSTRATIO QUOD DEUS OMNIA POSSIBILIA INTELLIGIT
[1677 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 4, 3 Bl. 17. 1 Bl. 8°. 1 S.
*E* Bodemann, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 74.
Weiterer Druck: Stensen, *Epistolae*, 1952, Bd 2, S. 948.

Zur Datierung vgl. N. 248.

Deum intelligere non solum omnia quae sunt eruntque, sed et omnia possibilia sic egregie ostendi potest.

Sit liquor aliquis pressus et qui exire conatur.Manifestum est tentari semper ab eo vias possibiles omnes, successum autem haberi tantum secundum viam omnium possibilium facillimam. Tentari autem omnes ex eo patet, quia ut quaeque oblata est commodior eam statim arripit: nec vero eligere posset commodissimam nisi eodem momento omnes tentarentur, neque enim determinatur commodissima nisi comparatione omnium. Constat autem naturam esse opus Dei, et quod natura tentat aliquid, id non nisi a voluntate Dei oriri, nam ipsa per se corpora actionum suarum causa non sunt, cum ne sint quidem eadem ultra momentum.

3 subdividi (*1*) pute (*2*) ponamus *L* 12 Deum (*1*) scire (*2*) | intelligere *erg.* | *L* 15 viam (*1*) possibilem (*2*) omnium *L* 17 f. eodem (*1*) modo (*2*) | momento *erg.* | *L* 20 nam (*1*) mens (*2*) ipsa *L*

# 253. EXISTENTIA. AN SIT PERFECTIO
[1677 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 8 Bl. 85. 1 Zettel (9,5 × 16,5 cm). 1 S. u. 6 Z.
*E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 119 f.

Zur Datierung vgl. N. 248.

## Existentia

Valde dubitari potest an existentia sit perfectio, seu gradus realitatis: quoniam dubitari potest an existentia sit ex eorum numero quae concipi possunt seu ex partibus essentiae: an vero sit tantum quidam conceptus imaginarius qualis est *caloris* et *frigoris*, qui non est nisi perceptionis nostrae denominatio, non rerum naturae. Si tamen accurate consideremus nos aliquid amplius concipere cum cogitamus rem *A* existere, quam cum cogitamus esse possibile, ideo videtur verum esse, existentiam esse gradum quendam realitatis; vel certe esse aliquam relationem ad gradus realitatis; non est autem existentia aliquis realitatis gradus: nam de quolibet realitatis gradu intelligi potest tum possibilitas tum existentia: erit ergo existentia excessus graduum realitatis rei unius, supra gradus realitatis rei oppositae, id est id quod est perfectius omnibus inter se incompatibilibus existit et contra quod existit est caeteris perfectius. Itaque verum quidem est id quod existit perfectius esse non existente, sed verum non est, ipsam existentiam esse perfectionem, cum sit tantum quaedam perfectionum inter se comparatio.

13 esse (*1*) possibilitatem, (*2*) possibile, | ideo *erg.* | videtur (*a*) absolute (*b*) verum *L* 14 realitatis; (*1*) idem ex eo sequitur (*2*) vel *L* 14 esse (*1*) hoc ipsum ut sit maj (*2*) aliquam *L* 16 supra (*1*) gradum (*2*) gradus *L* 17 perfectius (*1*) existit, et q (*2*) caeteris (*3*) omnibus *L*

## 254. DE INDIFFERENTIA AEQUILIBRII
[1677 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH I 1, 4 Bl. 72. 1 Zettel (8 × 8 cm). 1 S. Reste eines roten Siegels.
*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 276 f.
Übersetzung: ROLDÁN, *Escritos*, 1990, S. 115.

Zur Datierung vgl. N. 248.

Si Deus diceret: *volo ut haec libra in aequilibrio posita in partem aliquam inclinet, nolo tamen ut ratio aliqua sit cur in unam potius quam in aliam inclinet*; Deus sibi mutuo obstantia juberet, quia fieri non potest, ut aliquid sine causa fiat unde intelligere queat, cur potius fiat quam non fiat. Et talis est fictio eorum, qui introducant indifferentiam aequilibrii in voluntate, quasi Deus simul duo voluerit voluntatem perfecte ad utrumque indifferentem, et tamen etiam se determinantem.

## 255. LE CARTESIANISME L'ANTICHAMBRE DE LA VERITABLE PHILOSOPHIE
[1677 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 1, 4k Bl. 32. $^1/_2$ Bl. 2°. 1 S.
*E* J. F. FELLER, *Otium Hannoveranum*, Leipzig 1718, S. 7 f.

Zur Datierung vgl. N. 248.

9 Deus (*1*) contradictoria jub (*2*) sibi *L* 11 f. introducant (*1*) caus (*2*) indifferentiam *L* 12 quasi (*1*) cau (*2*) Deus *L*

Il m'arriva un jour de dire que le Cartesianisme, en ce qu'il a de bon, n'estoit que l'antichambre de la veritable philosophie. Un homme de la compagnie qui frequentoit la cour, et qui avoit de la lecture, et qui se mêloit même de raisonner sur les sciences, poussa la figure jusqu'à l'allegorie, et peut estre un peu trop loin. Car il me demanda là dessus, si je ne croyois point qu'on pourroit dire sur ce pied là, que les anciens nous avoient fait monter l'escalier, que l'école des modernes estoit venue dans la salle des gardes; et si les innovateurs de nostre siecle, estoient venus jusque dans l'antichambre, qu'il me souhaittoit l'honneur de nous introduire dans le cabinet de la Nature. Cette tirade de paralleles nous fit tous rire, et je luy dis *vous voyés, Monsieur que vostre comparaison a rejoui la compagnie. Mais vous ne vous estes point souvenu qu'il y a la chambre d'audience entre l'antichambre et le cabinet, et que ce sera assez si nous obtenons audience, sans pretendre penetrer dans l'interieur*.

1 dire | en bonne compagnie *gestr.* | que *L* 1 de (*1*) vray, (*2*) | bon *erg.* | *L* 2 f. philosophie. (*1*) Un courtisan, qui ne manquoit point (*a*) des (*b*) d'esprit ny de lecture | et qui se mêloit *erg.* | (*2*) Un homme | de la compagnie *erg.* | . . . sciences, *L* 5 les (*1*) anciens nous avoient fait monter (*2*) Grecs et Latins (*3*) | anciens *erg.* | nous *L* 6 l'escalier, (*1*) que les Arabes et (*a*) les scholastiques avoien (*b*) les modernes estoient venus jusqu'à la sale des (*2*) et (*3*) que . . . venue (*a*) jusque (*b*) dans *L* 7 gardes; (*1*) et que si ceux (*2*) et *L* 7 f. estoient (*1*) dans (*2*) venus . . . l'antichambre (*a*) que c'estoit beaucoup; (*aa*) pou (*bb*) mais (*b*) qu'il *L* 8 f. Nature. (*1*) Nous (*a*) nous prismes (*b*) rismes de bon coeur de cette (*c*) nous prismes tous à rire, (*2*) Cette . . . rire, *L* 12 *pretendre* (*1*) *encor* (*2*) *d'entrer dans le cabinet*. (*3*) *penetrer dans l'interieur*. *L*

1 f. Vgl. Leibniz an H. Fabri am 17. Mai 1677, III, 2 S. 144.

# 256. ELEMENTA VERAE PIETATIS, SIVE DE AMORE DEI SUPER OMNIA [Anfang 1677 bis Anfang 1678 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH I 4, 3 Bl. 1–4. 2 Bog. 2$^o$. 5 S. auf Bl. 1 r$^o$ – 3 r$^o$ (N. $256_1$) und 1 $^3/_4$ S. auf Bl. 3 v$^o$, 4 r$^o$ (N. $256_2$).

*E* Grua, *Textes*, 1948, S. 10–17 (N. $256_1$) u. S. 7–10 (N. $256_2$).

Diese Abhandlung ist aufgrund ihres Wasserzeichens zu datieren.

Einige Absätze hat Leibniz durch vorangesetzte Punkte markiert.

## $256_1$. HAUPTSTÜCK

### Elementa Verae Pietatis, sive de Amore Dei super omnia

Elementa voco, quia certis demonstrationibus nituntur.

Pietatis dico, non moralium tantum virtutum. Quia potest aliquis bene vivere humanas tantum ob causas, quales sunt educatio, consuetudo, pax publica, securitas propria, bona fama. Hic vero agitur de iis quae propter Deum agimus aut patimur.

Amare est felicitate alicujus delectari, seu voluptatem capere ex alterius felicitate. Amorem hic definio verum, qui ab affectu simplici, aut etiam amicitia utilitatis causa suscepta differt. Hujus definitionis usum insignem aliquando deprehendi in colloquio cum amicis nonnullis, qui non satis capiebant, quomodo amans amati bonum quaerat nulla consideratione lucri in se redundantis, videtur enim quicquid agimus propter bonum nostrum nos facere, non propter alienum, quomodo ergo possibile est, ut bonum amati per se expetamus? Difficultas praeclare solvitur ope hujus definitionis, quae ostendit felicitatem amati esse partem nostrae. Quemadmodum enim Picturam excellentem non ob usum aliquem sed ob ipsam suam pulchritudinem habemus; ita felicitatem amati non aliam ob causam quaerimus,

13 consuetudo, | (*1*) humanitas | (*2*) honor *erg.* | , *gestr.* | pax *L* 15 seu (*1*) fel (*2*) voluptatem *L* 15 f. felicitate (*1*) , seu (*2*) Amorem (*3*) Amorem *L* 22–S. 1358.1 quae ostendit | si amemus *erg. u. gestr.* | felicitatem (*1*) amati (*2*) alienam | (*3*) alienam (*4*) amati *erg.* | esse | quodammodo *gestr.* | partem . . . perfundat. *erg. L* 23 enim (*1*) pulchram Tabulam (*2*) Picturam *L* 23 aliquem | in deliciis *gestr.* | sed *L*

quam ut ejus notitia nos voluptate perfundat. Quemadmodum patet ex hoc Corollario:

Corollarium Definitionis

Bonum amati propter se expetitur.

Demonstratio

· Bonum amati delectat amantem,

ex hypothesi in definitione amoris facta, definivimus enim amare, alterius felicitate delectari.

· Quicquid delectat eatenus per se expetitur.

Haec propositio patet nam quae delectant, etsi nullum usum habeant, nihilominus expetuntur. Et quaecunque expetimus, ea ideo expetimus, ut voluptatem faciant, aut dolorem aliquem tollant, quod si immediate producunt voluptatem, eatenus per se peti dicuntur, si vero tantum ad aliud obtinendum inserviant, quod revera voluptatem producit, tunc alterius tantum causa quaeruntur. Patet ergo jucunda per se expeti, utilia propter jucunda.

· Ergo bonum amati per se expetitur ab amante.

Pulchrum est cujus contemplatio jucunda.
Bonum est quod ad jucunditatem confert.
Felicitas est gaudium duraturum.
Gaudium seu Delectatio est sensus perfectionis.
Deus est Ens perfectissimum.
Perfectio est gradus seu quantitas realitatis.

Unde perfectissimum est quod summum habet realitatis gradum. Sive illud Ens, quod tantum continet realitatis, qualitatum, et potentiarum, quantum in unum subjectum simul cadere possibile est. Unde Deus nullos praesentiae, durationis, potentiae, scientiae, operationis, limites, habere intelligitur, et tantum possidet, quantum ab uno possideri possibile est.

Harmonia est unitas in varietate.

3 f. expetitur. (*1*) Quic (*2*) Demonstratio *L* 6 enim (*1*) amorem, (*2*) amare, *L* 8 f. delectat (*1*) per se expetitur, quatenus delectat. (*2*) eatenus . . . expetitur. (*a*) Certum e (*b*) Est (*c*) Haec *L* 9 patet | experimento *gestr.* | nam *L* 10 f. aut (*1*) malum (*2*) dolorem *L* 11–14 tollant, | (*1*) ipsam (*2*) quod . . . propter jucunda *erg.* | *L* 17 Bonum . . . confert *erg. L* 21 seu quantitas *erg. L* 23 realitatis, | sive *gestr.* | qualitatum, (*1*) vir (*2*) et *L* 25 operationis, *erg. L* 27 Harmonia . . . varietate. *erg. L*

Corollaria ex his definitionibus:

Ex pluribus modis possibilibus ille est perfectior, secundum quem efficitur, ut plus realitatis existat in dato volumine sive receptaculo.

Nempe plus corporum in dato spatio, plus motuum in dato tempore, plus formarum in data materia, plus qualitatum in dato subjecto. Quare perfectioni adversum est Vacuum in loco, in tempore, in materia, in formis. Redundans etiam sive superfluum perfectioni adversum est, quia vacuum denique per consequentiam introducit, locum enim utilioribus tollit, et ipsummet loco suo deest, ubi utilius collocaretur. Quemadmodum qui merces cista condit, dat operam ut omnia ita ordinet, quo minimum loci perdat; et natura ipsa liquidum ab inimica siccitate aut diverso liquore pressum in guttam rotundam colligit, ubi minus exponitur hosti, quia plus materiae intra eundem ambitum includit. Ambitus enim solus, non vero quod intra est, hosti exponitur. Et sphaera est capacissima figurarum eundem ambitum habentium.

Harmonia est perfectio cogitabilium quatenus cogitabilia sunt.

Harmonia est cum multa ad quandam unitatem revocantur. Nam ubi nulla est varietas, nulla est harmonia, et *Citharoedus ridetur chorda*: nostis caetera. Vicissim ubi varietas est sine ordine, sine proportione, sine concordia, nulla est harmonia. Hinc patet quanto major sit et varietas et in varietate unitas, hoc majorem esse harmoniam. Hinc ipsae dissonantiae gratiam augent, si subito in concordiam aliis dissonantiis revocentur. Idem est in Symmetria. Hinc jam facile patet Harmoniam esse perfectionem cogitabilitatis. Nam praecedenti corollario dictum est, perfectius esse in quo plus est realitatis. Est autem et cogitatio quaedam realitas, tantoque major quod res quodammodo multiplicantur cogitando, nam Mentes singulae

2 f. plus (*1*) ⟨reali⟩ (*2*) rerum (*3*) | realitatis *erg.* | *L* 4 f. Nempe (*1*) plus (*a*) varietatis | (*b*) motuum *erg.* | in dato tempore, plus corporum in dato spatio, plus (*aa*) qualitatum in dato subjecto (*bb*) formarum in data materia, plus qualitatum in dato subjecto. (*2*) plus . . . subjecto. | Unde perfectior est figura sphaerica (*a*) quae | (*b*) quia *erg.* | plus materiae sub eadem peripheria complectitur, quam ulla figura alia *gestr.* | Quare *L* 6 f. sive superfluum *erg. L* 8 f. utilius (*1*) esset (*2*) collocaretur. (*a*) Quem (*b*) Credibil (*c*) Ineptus ille foret qu (*d*) Quemadmodum imprudentiae signum est (*e*) Quemadmodum *L* 10 f. ipsa (*1*) ab inimico pressa se (*2*) liquidum . . . pressum *L* 15 quatenus . . . sunt *erg. L* 17 harmonia, (*1*) nam (*2*) et *L* 18 proportione, (*1*) sine quadam a (*2*) sine *L* 19 et varietas et *erg. L* 22 cogitabilitatis. (*1*) Ut enim minorem locum occupant in mente, quae (*2*) Ut e (*3*) Nam (*a*) etiam (*b*) cor (*c*) praecedenti *L* 23 autem (*1*) per se (*2*) et *L* 24 quod (*1*) totus mundus (*2*) res *L*

17 Vgl. HORAZ, *De arte poetica*, 355 f.: Citharoedus ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

quandam totius mundi repraesentationem continent. Hinc jam perfectior ille est cogitandi modus, per quem fit ut unus cogitandi actus ad plura simul objecta porrigatur, ita enim plus est realitatis in illa cogitatione. Hoc autem fit ope Relationum, est enim relatio quaedam unitas in multis. Et relationum species sunt, nexus et rationes rerum inter se, proportiones, proportionalitates. Ex quibus omnibus in dato objecto simul sumtis, resultat harmonia. Quoniam ergo quo plus relationum (quarum aggregatum harmonia est) in objecto cogitabili est, hoc plus realitatis sive quod idem est perfectionis est in cogitatione; ideo sequitur Harmoniam esse cogitabilium quatenus scilicet cogitabilia sunt, perfectionem.

## Axioma Magnum

Nihil est sine ratione.

Sive quod idem est, nihil existit, quin ratio reddi possit (saltem ab omniscio) cur sit potius quam non sit, et cur sic sit potius quam aliter. Unde sequitur nihil per se et absolute loquendo indifferens esse, indifferentiam rerum nostrae tantum ignorantiae figmentum esse, quemadmodum et id quod Ethnici fortunam vocabant. At vero, inquiet aliquis, si nihil sine ratione est, tunc nulla erit prima causa, nullusque ultimus finis. Respondendum est, nihil quidem esse sine ratione, sed non ideo nihil esse sine causa. Nam causa est ratio rei extra rem, seu ratio productionis rei: potest vero ratio rei esse intra rem ipsam. Idque locum habet in illis omnibus quae sunt necessaria, quemadmodum Veritates mathematicae quae rationem in se ipsis continent; item Deus, qui solus rerum actualium sibi ipsi ratio est existendi.

## Definitiones

Voluntas est sententia de bono et malo.

Hanc ab hominibus Voluntatis nomine intelligi, patet ex loquendi formulis, in quibus si definitio pro definito substituatur, sensus sibi constabit. Hinc dicimus omnia appetere bonum, fugere malum. Neminem velle malum sub ratione mali. Volumus quae bona putamus, et contra quae bona putamus, ea volumus. Si quis autem hanc

2 f. actus (*1*) plura complectatur (*2*) ad . . . cogitatione. *L* 4 f. sunt (*1*) ratio, proportio, proportionalitas. (*2*) , nexus . . . proportionalitates. (*a*) Et gradus realitatis in ipsis est harmonia (*b*) Ex *L* 5 omnibus (*1*) in dato capite Mentis (*2*) in *L* 6–8 est) (*1*) est in objecto cogitabili hoc plus est realitatis sive quod idem est perfectionis in cogitabili quatenus scilicet cogitabile est, (*2*) in . . . perfectionis (*a*) in eo est, quatenus (*b*) est . . . ideo *L* 14 esse, (*1*) nisi per ignorantiam (*2*) indifferentiam *L* 24 ex (*1*) eorum (*2*) loquendi *L* 26 f. mali (*1*) aliaque id ge (*2*) . Volumus *L* 28 autem (*1*) aliam affert no (*2*) hanc *L*

notionem voluntatis rejicit, is aliter voce utitur quam homines solent, et fortasse ne dicere quidem poterit, quid sit velle.

Sententia est cogitatio practica, seu cogitatio cum agendi conatu.

Hoc scilicet discrimen est inter simplicem cogitationem seu considerationem, imaginationem, repraesentationem, et inter sententiam, quod is qui aliquam sententiam habet paratus est ad agendum modo aliquo qui sit huic sententiae conformis. Quicunque persuasus est ignem esse in fornace, non utique manum immittet, quamdiu mentis atque actionum suarum est compos. Qui credit esse potentissimum atque sapientissimum actionum suarum censorem, is quamdiu hanc sententiam habet animo penitus persuaso obversantem certe non peccabit. Unde manifestum est fidem id est sententiam, sine operibus, id est caritate, sive benefaciendi conatu esse non posse.

Si quis jam Definitionem Sententiae substituat in definitione Voluntatis, is videbit, Voluntatem esse cogitationem de bono et malo cum agendi conatu conjunctam, quod cum illorum expressione consentit, qui dicunt Voluntatem esse ultimum deliberationis. Est enim deliberatio dubitatio cum inquisitione conjuncta, de bonis et malis actionis alicujus aut omissionis instantis. Quamdiu deliberamus nondum sumus parati ad agendum, finita vero inquisitione pariter ac dubitatione, tum demum serio statuimus quid sit agendum ac eo ipso momento conamur nos ipsos omniaque extra nos disponere ad actionem.

Si quis vero malit dicere Voluntatem non esse sententiam de bono et malo, sed ipsum conatum agendi qui ex sententia statim consequitur, cum eo non pugnabo, modo agnoscat, eum conatum ex sententia oriri. Nam conatus agendi qui non oritur ex cognitione, brutus est. Qualis est conatus ille descendendi, quem in nobis sentimus, non ex animi sententia sed ex corporis natura quod grave est.

Etiam Deus aliqua bona esse deprehendit; aut aliis meliora.

Nam Deus praeditus est voluntate, voluntas est sub ratione boni.

Aliter: Omnis Dei actio est ex cognitione, omnis actio ex cognitione est voluntaria, omnis actio voluntaria est alicujus boni vel mali causa.

Aliter: alia aliis perfectiora sunt ut ostendimus supra, ergo scienti (qualis Deus est)

1 is (*1*) alio sens (*2*) aliter *L* 4 cogitationem seu *erg. L* 10 animo (*1*) ad (*2*) observantem (*3*) penitus *L* 13 is (*1*) iis collig (*2*) videbit, *L* 14 esse (*1*) senten (*2*) cogitationem *L* 15 illorum (*1*) modo loquendi (*2*) expressione *L* 16 deliberatio (*1*) bonorum atque malorum consideratio (*2*) dubitatio *L* 18 vero (*1*) deliberatione, ac cessante ⟨etiam⟩ (*2*) inquisitione *L* 23 sententia | praecedenti *gestr.* | oriri. *L* 25 est. (*1*) Etiam apud Deum (*2*) Etiam *L* 30–S. 1362.3 Aliter: . . . jucundum. *erg.* Deus autem scit omnia *erg. u. gestr.* Dicet *L* 30 ut . . . supra *erg.* , ergo (*1*) ⟨sensus eorum⟩ (*2*) sentienti (*3*) scienti . . . est) *L*

jucundiora per definitionem delectationis. Ergo meliora, nam bonum est jucundum aut confert ad jucundum.

Dicet aliquis

Deum esse causam rerum, ergo et bonitatis quae est in ipsis. Ergo voluntatem ejus esse priorem rerum bonitate. – Responsio est facilis. Deum esse causam existentiae rerum, non vero essentiae, adeoque etiam causa erit existentiae bonorum, non vero bonitatis quae in ipsa essentia cogitatione deprehenditur. Quemadmodum Deus causa est ut aliquod triangulum existat, non vero causa est naturae trianguli, neque proprietatum ejus. Exempli causa absurdum est dicere, Deum circulo (id est figurae omnia extrema ab uno puncto medio aequidistantia habenti) hoc privilegium dedisse, ut sit omnium figurarum planarum ejusdem peripheriae (sive quae filo eodem circumligato comprehendi possunt) capacissima. Habet enim hoc ex natura sua, et contrarium implicat contradictionem. Si quis vero dicat Deum ipsi circulo dedisse suam naturam, is profecto nescit quid dicat. Cui enim obsecro? ipsi Circulo, necesse est ergo Circulum jam esse aliquid et natura quadam praeditum, antequam ei aliquid detur. Talia ergo dici possunt, sensum autem habent omnino nullum.

Si quis porro insistat hinc sequi Deum non esse causam omnium, respondebo Deum esse causam omnium quae existunt extra ipsum, non vero esse causam sui intellectus, nec proinde idearum essentias rerum exhibentium, quae in eo reperiuntur.

Ex omnibus modis possibilibus quibus existere posset Universum seu series rerum, unus modus perfectissimus est; is nimirum qui reapse existit.

Datur Ens perfectissimum, scilicet Deus (ut nunc pono), perfectissimi autem Entis perfectissima operatio est, Mundus est opus Dei, perfectissimus ergo Mundus est, nec proinde alia series rerum fingi potest, quae hac sit perfectior.

Aliter: res tantum habent possibilitatis, quantum realitatis (est enim essentia rosae in hyeme, idem quod existendi possibilitas), ergo quae plurimum habent possibilitatis,

5 esse (*1*) rationem (*2*) causam *L* 6 vero | causam esse *gestr.* | essentiae | sive naturae rerum *gestr.* | , adeoque *L* 6 erit (*1*) cur (*2*) existentiae *L* 6 f. vero (*1*) essentiae (*2*) bonitatis *L* 16 detur | , habet ergo suam naturam antequam ei detur *gestr.* | . (*1*) Quare a Deo (*a*) dici (*b*) ipsi non (*aa*) potest (*bb*) | datur *erg.* | (*2*) Talia *L* 16 possunt, (*1*) intelligi non possunt (*2*) sensum *L* 16 nullum. (*1*) Instabis (*2*) Si *L* 17 sequi (*1*) , ut Deus non sit ratio omni (*2*) Deum . . . omnium, *L* 17 Deum (*1*) non (*2*) esse *L* 19 proinde | nec *str. Hrsg.* | idearum *L* 20 reperiuntur. (*1*) Ali (*2*) Alia (*3*) Datur ex (*4*) Ex *L* 21–23 possibilibus (*1*) seriei rerum, una omnium perfectissima est; ea nimirum quae existit | , et haec est ipsissima causa cur existat *erg.* | (*2*) quibus . . . existit. (*a*) Hoc ex (*b*) Datur *L* 23 nunc (*1*) suppono (*2*) pono *L* 23 autem *erg.* *L* 25 proinde *erg.* alia (*1*) fieri | (*2*) existere *erg.* | poterit (*3*) series *L* 26 realitatis, (*1*) perfectissima plurimum habent (*2*) (est *L* 26 f. essentia | ut *gestr.* | rosae in hyeme, *erg.* | *L*

ea nimirum quae actu existunt, plurimum habent realitatis, id est ex definitione perfectionis, perfectissima sunt.

Aliter: si non ita est, nec ratio reddi poterit, cur haec potius rerum series existat quam alia quaevis. Utique enim plures series fingi possunt, neque putandum est omnia possibilia existere. Quis enim credat nullam fabulam fingi posse quae non reapse alicubi extiterit aut extitura sit. Ex pluribus autem seriebus unam prae alia eminere necesse est, alioquin cur ipsa potius existeret quam alia quaevis? Eminebit autem perfectione; et perfectior eligetur, quia autor rerum Deus utique perfectissimus est.

Aliter: quoniam aliquid potius existit quam nihil, necesse est in ipsa Essentia, sive possibilitate aliquid contineri unde existentia actualis sequatur, ac proinde realitatem sive possibilitatem quandam ad existendum propensionem inferre. Unde quando plura possibilia sibi obstant, seu quando coexistere non possunt, illud existet quod plus habet realitatis, sive quod est perfectissimum.

Hae demonstrationes omnes, si quis attentius introspiciat eodem recidunt: ostendunt enim hanc totam seriem rerum in universo praeteritarum, praesentium et futurarum, prae aliis possibilibus electam a Deo quoniam perfectissimum sapientissimo non potuit non placere, et quod placuit potentissimo non potuit non existere.

Quia possibilia quaedam existunt, cum aeque possent non existere, sequitur possibilitatem esse quandam ad existendum potius quam non existendum dispositionem.

Sic potius: possibilia existentia a non existentibus differre aliquo debent, quod sit ratio cur ipsa potius quam alia existant. Hoc discrimen debet consistere in aliquo generalissimo; generalissimum autem possibilium discrimen, est ipse gradus realitatis, seu quantitas essentiae. Imo duo videntur fingi posse discrimina generalia, unum quantitas realitatis, alterum quantitas possibilitatis; verum videtur quantitas realitatis et possibilitatis tantum differre ut aliquod reciprocum, unumquodque enim quo minus habet realitatis, hoc est facilius. Verum rectius sic ratiocinabimur. Cum

1 actu *erg. L* 5 posse (*1*) quin tandem (*2*) aliquando (*3*) quae *L* 6 f. alia (*1*) elegit (*2*) eminere *L* 7 alioquin (*1*) nulla esset ratio (*2*) cur *L* 8 et (*1*) perfectius (*2*) perfectior *L* 10 Essentia (*1*) con (*2*) | , sive realitate *gestr.* | sive *L* 11 possibilitate (*1*) plus (*2*) aliquid *L* 11 f. sequatur, (*1*) ac proinde (*a*) ista virtus existendi (*b*) existendi vis erit proportionalis essentiae sive realitati. Quandam autem plura (*2*) ac . . . realitatem *L* 12 f. inferre. (*1*) Ergo (*2*) Quando autem (*3*) | Unde *erg.* | quando | plura possibilia *erg.* | sibi (*a*) ost (*b*) obstant, *L* 13 quando | duo *gestr.* | coexistere *L* 13 possunt, (*1*) necesse est illud existere (*2*) illud existet *L* 16 totam *erg. L* 16 f. futurarum, (*1*) prae alia quavis (*2*) prae *L* 17 electam (*1*) ab autore rerum (*2*) a *L* 17 Deo (*1*) qui (*2*) sapi (*3*) et causa (*4*) quoniam *L* 25 videtur (*1*) eadem esse (*2*) quantitas *L* 27 quo (*1*) est (*2*) minus *L* 27 ratiocinabimur. (*1*) Ratio illa q (*2*) Cum *L*

sit aliquid potius quam nihil, necesse est rationem esse majorem existendi potius quam non existendi. Hoc semel posito reddenda est ratio cur non existant omnia. Quod cum fieri nequeat, sequitur existere quanta plurima possunt.

## $256_2$. ENTWURF ZUR EINLEITUNG

### Elementa Verae pietatis, sive de Amore Dei super omnia

Quoniam video multos optime animatos, quendam verae pietatis fervorem optare potius quam habere mihi vero Divino beneficio certam methodum observasse videor, qua verissimum Dei amorem excitare quisque possit quoties per vivendi rationem licet, operae pretium existimavi vestigia ejus literis consignata relinquere. Quanta autem res sit Deum vere amare, sciunt experti, nam in has cogitationes immersis tanto gaudio oppletur animus, ut omnes alias voluptates facile spernat.

· Eaque est vera divini amoris nota, quisquis enim hoc gaudium in se non sentit, Deum non amat quemadmodum oportet. Fateor equidem multos animo esse laeto et tranquillo, multos etiam pios haberi et Zelum quendam ostendere, qui vero Dei amore carent; sed horum laetitia casu subsistit, quoniam nullis nititur demonstrationibus certis; neque excitari semper potest, quia impetu animi non certa methodo atque ratione nascitur.

5 (*1*) Quoniam (*2*) Ex quo (*3*) Cum hujus scientiae cognitio, cujus certas demonstrationes tenere mihi videor (*a*) mira (*b*) me gaudio impleverit, (*4*) Scientiam cujus Elementa tradere aggredior (*a*) qu⟨aedam⟩ (*b*) nova et ad salutem necessaria et ad felicitatem efficacissima continere praecepta (*5*) Quoniam *L* 6 verae *erg. L* 7 quam (*1*) assequi | (*2*) habere *erg.* | (*a*) succu (*b*) mihi *L* 7 vero (*1*) cert (*2*) Divino *L* 7 methodum (*1*) tenere | (*2*) assecutus (*3*) videre (*4*) observasse *erg.* | *L* 7 f. qua (*1*) ad verissimum Dei amorem | in me *erg.* | subinde animum excitare possum quoties lubet, aut potius per vivendi rationem in me redire licet, (*2*) verissimum . . . licet, *L* 10 amare, (*1*) in me (*a*) quotidie | (*b*) saepe *erg.* | experior, (*2*) | sciunt (*a*) qui (*b*) experti, *erg.* | nam (*aa*) quoties (*bb*) in *L* 10 has (*1*) me (*2*) cogitationes *L* 11 spernat (*1*) Quodsi (*2*) Quin imo hanc unam delectationem arbitror esse sinceram et duraturam, (*a*) alias aut non esse penes nos, (*b*) non a casibus fortuiti (*3*) quarum (*4*) · Eaque *L* 13 equidem (*1*) esse quandam pietatis opinionem in multis hominibus quae (*2*) multos *L* 14 et Zelum quendam (*1*) prae se ferre (*2*) haber (*3*) ostendere, *erg. L* 16 neque (*1*) cum (*2*) se (*3*) excitari | a nobis *gestr.* | semper *L* 16–S. 1365.1 ratione (*1*) nititur (*2*) nascitur. (*a*) Unde fit ut saepe fervore abrepti in absurdas sententias, (*b*) Sed et reipublicae periculosa est, nam quorum ardor sine luce est, saepe ab hominibus eloquentibus et ad passiones animi excitandas validis (*aa*) ad periculosa (*bb*) st (*cc*) circumaguntur, et dum se Deo (*aaa*) servire (*bbb*) obsequi credunt, aliorum ambitioni serviunt (*c*) Est in illis ardor sine luce, (*aa*) et qui imaginibus et carminibus (*bb*) et affectus quem ostendunt, (*cc*) af (*dd*) potius (*ee*) et (*aaa*) passi (*bbb*) affectus potius quam intelligentia (*d*) Quod originem ejus examinanti patet. Nam quoties sensa animi exponunt | qui vulgo pii habentur *erg.* | tum confusa tum incohaerentia loquuntur, ut satius appareat imaginationem (*e*) Qui (*f*) Grandia loquuntur, et (*aa*) inflata, sed propi (*bb*) confusis imaginibus (*g*) Est *L*

Est enim affectus quorundam imaginationi potius opus quam mentis, et grandia verba, translationesque audaces quibus illi mysticam theologiam exercent, ardorem faciunt sine luce. Plerumque quid dicant non intelligunt, neque id curant, modo mirifica dicant, quibus animae teneriores perculsae velut in Ecstasin rapiuntur. Sed tantum interest inter pietatem solidam, et sacrum nunc furorem, quantum inter prudentis hominis deliberatam fortitudinem, et alienatae mentis temeritatem. Equidem fateor praestare pietatem qualemcunque quam nullam, et malle me zelo scientia carente accensos, quam tepidos, quibus omnis rerum divinarum intelligentia pariter ac cura deest; dissimulandum tamen non est periculum in quod se conjiciunt bonae illae animae, ad eorum instar, qui forti liquore inebriati, postea sui compotes non sunt. Flatu enim levissimo impelluntur, ac saepe Reipublicae pariter ac sibi magnum dant malum, qui ad quidvis in causa Dei faciendum patiendumque parati, certis principiis carent, et ab hominibus eloquentia validis, ac fortasse ambitionem religione tegentibus circumaguntur. His ergo non alia melius ratione medela adhiberi potest, quam si rationum capaces reddantur, quas plerumque odere, persuasi scilicet mundana esse omnia, quae ingenium sapiunt, aut judicio indigent. Quasi scilicet Deus sapientia summa non sit, aut quasi alia sit apud Deum quam apud homines veritas. Quodsi semel rationibus attentionem praestiterint sperandum est, demonstrationum fore capaces, nec minori ardore cognitam nunc veritatem secuturos, quam leves antea opiniones.

Superest ut cum tepidis agamus, quorum et major numerus et medela difficilior. Causae teporis sunt, usus voluptatum aut negotia vitae aut levitas atque inertia, aut opinio falsa. Quicunque voluptatibus corporeis occupatam habent mentem, omnia sensu metiuntur, ac fere non ante resipiscunt, quam ubi eos cum aetate deliciae destituere. Qui rebus agendis distenti sunt, tum demum redeunt ad Deum, cum eos adversa fortuna loco

1 affectus (*1*) eorum (*2*) | quorundam *erg.* | *L* 1 mentis, (*1*) neque ration (*2*) et (*3*) quae grandibus verbis (*4*) | et *erg.* | *L* 2 quibus (*1*) nonnulli (*2*) | illi *erg.* | *L* 3 luce. | Nam *gestr.* | Plerumque *L* 4 teneriores (*1*) percelluntur et ut ita dicam inebriantur. (*2*) perculsae (*a*) ac (*b*) velut . . . rapiuntur. *L* 4 f. inter (*1*) veram (*2*) pietatem *L* 5 sacrum (*1*) quendam (*2*) | nunc *erg.* | *L* 6 praestare (*1*) pie (*2*) fervorem (*3*) pietatem *L* 11 quidvis (*1*) pietatis causa f (*2*) in *L* 12 parati, (*1*) recta ac (*2*) certis *L* 13 validis, (*1*) et saepe (*2*) ambi⟨en⟩ (*3*) ac fortasse *L* 14 melius *erg.* *L* 16 sit (*1*) divin (*2*) apud *L* 18 f. nunc *erg.* *L* 21 f. aut levitas . . . falsa *erg.* *L* 22 Quicunque (*1*) voluptatum corporeorum sensu (*2*) voluptatibus corporeis *L* 23 f. Qui (*1*) negotiis (*2*) rebus *L* 24 eos (*1*) ingens (*2*) adversa *L*

excussit. Inertes atque leves, ingenti aliquo periculo, aut insolente pietatis vel divini judicii spectaculo sopore excutiuntur. Quibus falsa insedit opinio, demonstratio sola mederi potest. Et his quidem facilius succurritur, quoniam ratione agunt, caeteros quamdiu animum praeparatum non habent pulcherrimae firmissimaeque demonstrationes non magis tangunt, quam surdum Musica. Quod si scirent delicati quam dulcedinem sentiant qui Deum amant, si nossent ambitiosi qui sint triumphi quae gloria eorum quos Deus redamat; si ignavi didicissent, quae sit in pietate tranquillitas, si curiosi lucem viderent, quae mentes purgatas divinitus circumfundit, certatim omnes advolarent. Sed non omnes electi sunt neque omnes vocanti attendunt. Attentio seria, maximum gratiae donum in illis tantum nascitur, quos ipse Deus excitat, hanc dare nemini possumus, quid enim illi facias, qui fallendi tantum otii causa legit,[1] qui scripta non argumento, sed elegantia aestimat, qui Milesiam aliquam, vel ut hodie vocant Romanam fabulam omnibus demonstrationibus praefert. Si quis vero Deo mentem aperiente, salutifera eo animo accipiet, quo bonus Paterfamilias rationes domesticas audit, aut negotiorum gestoris literas legit: si quis seriam de summa rerum, de futuris, de tota vitae ratione deliberationem inire constituit, huic claras admodum comprehensiones, et magnos vitae fructus, et mirificas animi delicias pollicemur.

Artem ergo amandi Deum tradituris nobis, et amoris et Dei cognoscenda quoad ejus fieri potest, natura est. Amoris naturam discemus ex eo quod faciunt amantes.[2] Amantes de amato saepe cogitant, amantes amato potiri desiderant; amantes sine amato non quiescunt, amantibus res amata pulchra videtur, amantes jucundam cum amato consuetudinem experiuntur; amantes suis invicem malis bonisve velut propriis tanguntur. Hic est ille amor verus et nobilis nam [*bricht ab*]

[1] *Am Rande*: ?
[2] *Am Rande*: ?

2 opinio, | his *gestr.* | demonstratio *L* 3 f. agunt, (*1*) at caeteris (*a*) rationes (*b*) demonstrationes cur (*c*) rec (*2*) caeteros | quamdiu . . . habent *erg.* | *L* 5 Musica (*1*) , quibus (*2*) | , quamdiu animum praeparatum non habent *gestr.* | . Quod *L* 5 f. delicati (*1*) quae sit dulcedo (*2*) qua dulcedine afficiuntur Dei amantes, (*3*) quam . . . amant, *L* 6 triumphi (*1*) amicorum Dei (*2*) quae *L* 7 curiosi (*1*) luce (*2*) lucem *L* 8 omnes (*1*) haberemus (*2*) | advolarent *erg.* | *L* 8 f. Sed (*1*) quoniam non omnes neglecti sunt ideo (*2*) non . . . sunt *L* 9 f. maximum gratiae donum *erg.* *L* 11 f. sed (*1*) jucundi (*2*) elegantia *L* 13 praefert. (*1*) Sed (*a*) cui Deus animum aperiet (*b*) qui Deo animum aperiet, qui (*c*) qui Deo animum aperiente, nostra | salutifer *erg. u. gestr.* | eo animo leget, quo rationes domesticas (*aa*) solet, (*bb*) audit, aut scriptas a rerum ⟨datore⟩ (*2*) Si *L* 14 animo (*1*) leget, (*2*) accipiet, *L* 16 huic (*1*) magna et mirifica pollicemur (*2*) claras *L* 18 ergo *erg.* *L* 19 est. (*1*) Est autem amor (*2*) Amoris *L* 22 experiuntur; (*1*) amantes mala (*a*) eorum | (*b*) amati *erg.* | sua reputant, amantes sui (*2*) amantes (*a*) aliorum (*b*) suis *L*

## 257. ANIMA QUOMODO AGAT IN CORPUS
[Anfang 1677 bis Anfang 1678 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 6, 12f Bl. 15. 1 Zettel (9 × 20 cm). 1 S.
*E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 89.

Wegen einer ähnlichen Bemerkung zum Leib-Seele-Problem aus der Pariser Zeit (VI, 3 N. 39, S. 400) rücken wir unser Stück noch in das erste Hannoveraner Jahr.

### Anima quomodo agat in corpus

Ut Deus in mundum: id est non per modum miraculi, sed per mechanicas leges. Itaque si per impossibile tollerentur Mentes, et manerent leges naturae, eadem fierent ac si essent mentes, et libri etiam scriberentur legerenturque a machinis humanis nihil intelligentibus. Verum sciendum est hoc esse impossibile, ut tollantur mentes salvis legibus Mechanicis. Nam leges mechanicae generales sunt voluntatis divinae decreta, et leges mechanicae speciales in unoquoque corpore (quae ex generalibus sequuntur), sunt decreta animae sive formae ejus, contendentis ad bonum suum sive ad perfectionem. Itaque Deus est mens illa quae omnia ducit ad perfectionem generalem. Anima autem est vis illa sentiens quae in unoquoque tendit ad perfectionem specialem. Ortae autem sunt animae, dum Deus omnibus conatum ad perfectionem specialem impressit, ut ex eo conflictu oriretur maxima perfectio possibilis. Omnia in tota natura demonstrari possunt tum per causas finales, tum per causas efficientes. Natura nihil facit frustra, natura agit per vias brevissimas modo sint regulares. Hinc viae brevissimae quaerendae non in superficiebus ipsis refringentibus sed in tangentibus. Sed hoc obiter. Animae non agunt in corpora extra ordinem. Nec Deus in naturam, etsi appareant res fieri extra ordinem; rebus ab initio sic constitutis, ut ordo generalis aliquid in speciem extraordinarium involvat.

10 per (*1*) impossibiles (*2*) impossibile *L* 13 generales *erg. L* 14 corpore, (*1*) quae conscia mente fiunt, (*2*) (quae *L* 15 decreta (*1*) voluntatis (*2*) animae *L* 16 generalem *erg. L* 18 f. eo (*1*) conatu (*2*) conflictu *L* 20 efficientes. (*1*) Et utra (*2*) Natura *L* 20 natura (*1*) non (*2*) agit *L* 24 generalis (*1*) speciale quid (*2*) aliquid *L*

## 258. DISTINCTIO MENTIS ET CORPORIS
[Anfang 1677 bis Anfang 1678 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 7C Bl. 65. 1 Zettel (10 × 17 cm). 2 S.
*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 511.
Weiterer Druck: HOLZ, *Kleine Schriften*, 1965, S. 20–22.
Übersetzung: HOLZ, *Kleine Schriften*, 1965, S. 21–23.

Diese auch terminologisch und inhaltlich früh wirkende Aufzeichnung setzen wir aufgrund ihres Wasserzeichens an den Anfang der Hannoveraner Zeit.

### Distinctio mentis et corporis

Scio me esse, et nihilominus dubito an ullum sit corpus in rerum natura. Ergo non sum corpus. Hoc argumentum infirmum est, nisi ostendatur extensionem per se constituere substantiam completam, hoc enim posito, utique manifestum est ex illa substantia nunquam posse nasci cogitationem. Sed hoc nondum ostensum est. Itaque hoc quidem scimus cogitationem non esse modum extensionis, sed nescimus an non sit modus substantiae, cujus modus alius est ipsa extensio. Sunt enim diversa in corpore, scilicet extensio et ipsa materia extensa.

Vera igitur methodus distinctionem inter mentem et corpus probandi haec est, quod impossibile est unquam nobis certo innotescere an detur corpus. Corpus autem voco id omne quod eis quae sentimus simile est. Impossibile autem hoc esse, ex eo patet, quia impossibile est ullo modo nos certos reddi posse, de existentia corporum, seu impossibile esse rationibus philosophicis probari unquam corpora ne sint apparentiae an substantiae.

10 f. corporis (*1*) Possum scire me e (*2*) Scio *L* 13 ex (*1*) extensione nunquam dedu (*2*) illa *L* 14 posse (*1*) oriri cogit (*2*) nasci *L* 14 cogitationem. (*1*) Si vero ostendatur ne possibile quidem esse ut unquam (*2*) Sed *L* 15 scimus (*1*) ex (*2*) cogitationem *L* 16 alius *erg.* *L* 16 extensio. | Sed videtur non esse, quia duo diversi modi resolvi debent in aliquid commune *gestr.* | Sunt *L* 17 scilicet (*1*) extensum (*2*) extensio *L* 19 certo | an *erg. u. gestr.* | innotescere *L* 20 eo (*1*) sequitur (*2*) patet *L* 21 corporum, (*1*) nisi per ratiocinationem a priori, ex intellecta Dei natura (*2*) seu *L* 22 rationibus philosophicis *erg.* *L*

11 Scio . . . corpus: vgl. R. DESCARTES, *Meditationes*, II; *Discours de la méthode*, IV.

Non magis certum mihi est alios homines cogitare, quam bruta sentire.

Ex eo quod ego sum, satis intelligi potest, me non esse solum; nam facile intelligo alios esse posse similes mihi, me multo perfectiores, et me non posse esse causam quominus et ipsi existant.

Certum est apparentias esse in me, sed non ideo sequitur totidem esse substantias extra me, quot videntur causae apparentiarum; id est totidem esse corpora.

Nullo modo probari potest ratione naturali, quod dentur substantiae divisibiles seu corporeae.

## 259. QUID SIT IDEA
[Herbst 1677 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 1, 11 Bl. 1. 1 Bl. 2° oben und rechts unregelmäßig beschnitten. 1 $^3/_4$ S.

*E* GERHARDT, *Philos. Schr.* 7, 1890, S. 263 f.

Weiterer Druck: HERRING, *Schr. zur Logik*, 1992, S. 62–64 (nach *E*).

Übersetzungen: 1. LANGLEY, *New essays*, 1896; 3. Aufl. 1949, S. 716 f. 2. LOEMKER, *Philosophical papers*, 1. Aufl. 1956, S. 317–319; 2. Aufl. 1969, S. 207 f. 3. SCHMIDT, *Fragmente*, 1960, S. 418–420. 4. MASARU YONEYAMA, in KOUSAKUSHA, *Jap. ed.*, Tokio 1990, Bd 8, S. 19–24. 5. HERRING, *Schr. zur Logik*, 1992, S. 63–65.

Diese Aufzeichnung, die auch aus inhaltlicher Sicht eher frühe Überlegungen zum Zusammenhang zwischen Idee, Geist, Repräsentation und Sache enthält, datieren wir aufgrund des Wasserzeichens.

1 mihi *erg.* *L* 2 satis (*1*) intel (*2*) judicari (*3*) intelligi *L* 2 f. intelligo (*1*) mul (*2*) alios *L* 3 mihi, | sed *gestr.* | me *L* 3 et (*1*) nihil est (*2*) me *L* 6 me, (*1*) quod | (*2*) quot *erg.* | *L* 7 quod (*1*) detur substantia (*2*) dentur substantiae (*a*) extensae (*b*) multae (*c*) divisibiles *L*

## Quid sit Idea

Ante omnia IDEAE nomine intelligimus aliquid, quod in mente nostra est, vestigia ergo impressa cerebro non sunt ideae, pro certo enim sumo Mentem aliud esse quam cerebrum aut subtiliorem substantiae cerebri partem.

Multa autem sunt in mente nostra, exempli causa, cogitationes, perceptiones, affectus, quae agnoscimus non esse ideas, etsi sine ideis non fiant. Idea enim nobis non in quodam cogitandi actu, sed facultate consistit, et ideam rei habere dicimur, etsi de ea non cogitemus, modo data occasione de ea cogitare possimus.

Est tamen et in hoc difficultas quaedam, habemus enim facultatem remotam cogitandi de omnibus, etiam quorum ideas forte non habemus, quia facultatem habemus eas recipiendi. Idea ergo postulat propinquam quandam cogitandi de re facultatem, sive facilitatem.

Sed ne hoc quidem sufficit, nam qui methodum habet quam si sequatur ad rem pervenire possit, non ideo habet ejus ideam. Ut si ordine enumerem Coni sectiones, certum est me venturum in cognitionem Hyperbolarum oppositarum, quamvis nondum earum ideam habeam. Necesse est ergo esse aliquid in me, quod non tantum ad rem ducat, sed etiam eam exprimat.

Exprimere aliquam rem dicitur illud in quo habentur habitudines, quae habitudinibus rei exprimendae respondent. Sed eae expressiones variae sunt; exempli causa modulus Machinae exprimit machinam ipsam, scenographica rei in plano delineatio exprimit solidum, oratio exprimit cogitationes et veritates; characteres exprimunt numeros, aequatio Algebraica exprimit circulum aliamve figuram: et, quod expressionibus istis commune est, ex sola contemplatione habitudinum exprimentis, possumus venire in cognitionem proprietatum respondentium rei exprimendae. Unde patet non esse necessarium ut id quod exprimit simile sit rei expressae, modo habitudinum quaedam analogia servetur.

1 (*1*) Quaestionem (*2*) Quaestionem de idearum in nobis origine vel non satis intelligo, vel ita interpretor, ut quaeratur quomodo in rerum cognitionem perveniamus. Exempli causa, unde nobis divinae naturae suspicio venerit, unde cogitandi de circulo occasio (*3*) De Idearum origine. (*a*) Ideam voco aliquid in nobis, quod alterius rei naturam (*aa*) exprimit. Exprimere (*bb*) nobis cogitantibus exprimit. Exprimere autem voco (*b*) Ut de idearum origine quaeramus, investigandum prius est, quid Ideam appellamus. (*4*) Quid sit Idea *L* 2 omnia | autem *str. Hrsg.* | IDEAE *L* 3 ideae, (*1*) nisi quis putet (*2*) pro *L* 8 ea (*1*) sponte nostra (*2*) cogitare *L* 9 quaedam, (*1*) possu (*2*) habemus *L* 9 facultatem | quandam *gestr.* | remotam *L* 13 qui (*1*) propinquam habet fa (*2*) methodum *L* 17 f. exprimat. (*1*) Possunt autem v (*2*) Variae autem sunt rerum expressiones, exempli gratia natura Circuli exprimitur per quandam aequationem algebraicam (*3*) Exprimere *L* 21 veritates; (*1*) aequation (*2*) characteres *L*

Patet etiam expressiones alias fundamentum habere in natura, alias vero saltem ex parte fundari in arbitrio ut sunt expressiones quae fiunt per voces aut characteres. Quae in natura fundantur, eae vel similitudinem aliquam postulant, qualis est inter circulum magnum et parvum, vel inter regionem et regionis tabulam geographicam; vel certe connexionem qualis est inter circulum et ellipsin quae eum optice repraesentat, quodlibet enim punctum ellipseos secundum certam quandam legem alicui puncto circuli respondet. Imo circulus per aliam figuram similiorem in tali casu male repraesentaretur. Similiter omnis effectus integer, repraesentat causam plenam, possum enim semper ex cognitione talis effectus devenire in cognitionem suae causae. Ita facta cujusque repraesentant ejus animum, et Mundus ipse quodammodo repraesentat Deum; fieri etiam potest ut ea sese mutuo exprimant quae oriuntur ab eadem causa, exempli causa gestus et sermo. Ita surdi quidam loquentes non ex sono, sed ex motu oris intelligunt.

Ideam itaque rerum in nobis esse, nihil aliud est, quam Deum autorem pariter et rerum et mentis eam menti facultatem cogitandi impressisse, ut ex suis operationibus ea ducere possit quae perfecte respondeant his quae sequuntur ex rebus. Etsi itaque idea circuli non sit circulo similis, tamen ex ea veritates duci possunt, quas in vero circulo experientia haud dubie esset confirmatura.

1 vero (*1*) partim (*2*) saltem *L* 2 voces aut *erg. L* 3 est | exempli causa *gestr.* | inter *L* 6 ellipseos | certo *gestr.* | secundum *L* 6 certam *erg. L* 8 effectus (*1*) repraesentat (*2*) integer, *L* 8 semper *erg. L* 10 Deum (*1*) . Hoc itaque modo puto ideas | nostras *gestr.* | nobis repraesentare res ipsas, fieri etia (*2*) ; fieri *L* 12 Ita (*1*) m (*2*) surdi quidam (*a*) homin (*b*) alios ex (*c*) id ex gesti (*d*) loquentes (*aa*) ex solis (*bb*) non *L* 12 ex (*1*) motu labiorum (*2*) gestu (*3*) motu (*a*) labiorum (*b*) oris *L* 13 itaque (*1*) in (*2*) rerum *L* 13 f. autorem (*1*) cor (*2*) pariter et (*a*) rerum et mentis nostrae, (*b*) rerum *L* 14 f. ut (*1*) si (*2*) ex suis (*a*) perce (*b*) operationibus ea (*aa*) dari (*bb*) ducere *L* 16 possunt, (*1*) quae (*2*) quas *L*

## 260. CAUSA SUI
November 1677

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 8 Bl. 22–23. 1 Zettel (11 × 13,6 cm), in der Mitte längs gefaltet. 1 S. auf Bl. 22. (Auf Bl. 23 N. 474.)

*E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, S. 104.

Spinosa hac utitur definitione: C a u s a  s u i est, quod necessariam involvit existentiam. Postea pergens ratiocinari voce: *causa sui*, utitur in recepto sensu. Quod non debet facere, sed perinde fieri debet ratiocinatio, ac si in locum termini: *causa sui* substituisset hunc: *Blitiri.* Nam si utitur significatione peculiari vocis: *causa sui*, eo ipso praeter valorem ei uni voci assignatum, novum ei valorem assignat, resolvendo vocem *causa.* Ergo ostendere debet prius has duas significationes coincidere, alioqui abutitur ratiocinatione.

Regula utilis: non tantum debet substitui posse definitio in locum definiti, sed et quoties definitionem pro arbitrio assignavimus, debet posse substitui pro definito quodlibet aliquod, exempli gratia *Blitiri*, salva ratiocinatione.

Novembr. 1677

10 f. ipso (*1*) peculiaris (*2*) assignat (*3*) praeter *L* 12 f. abutitur (*1*) leg (*2*) ratiocinatione. *L* 14 substitui *erg. L*

7 f. B. DE SPINOZA, *Ethica*, pars I, def. 1.

# 261. SCIENTIA MEDIA
November 1677

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 4, 3 Bl. 15. 1 Zettel (10 × 16,5 cm). 2 S.
*E* COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 25–27.
Weiterer Druck: STENSEN, *Epistolae*, 1952, Bd 2, S. 947 f.

## Scientia Media

Novembr. 1677

Principium illud summum: nihil esse sine ratione, plerasque Metaphysicae controversias finit. Illud enim videtur negari non posse a Scholasticis, nihil fieri, quin Deus si velit rationem reddere possit, cur factum sit potius quam non sit. Quin etiam de futuris conditionatis circa quae scientiam mediam introduxere Fonseca et Molina, idem dici potest. Scit Deus quid infans fuisset facturus si adolevisset, sed et scientiae hujus suae si vellet rationem reddere posset, et convincere dubitantem; cum id homo quoque aliquis imperfecte possit. Non ergo in quadam Visione consistit Dei scientia, quae imperfecta est et a posteriori; sed in cognitione causae, et a priori. Ponamus Petrum in certis quibusdam circumstantiis constitui, cum certo quodam gratiae auxilio; et Deum mihi permittere ut a se quaeram, quid facturus sit Petrus in hoc statu. Non dubito quin Deus respondere possit aliquid certum et infallibile, quanquam aliquos Scholasticos ea de re dubitare ausos mirer. Ponamus ergo Deum respondere, quod Petrus gratiam sit rejecturus. Quaero porro an Deus hujus sui pronuntiati rationem reddere possit, ita ut me quoque possit reddere scientem hujus eventus. Si dicimus id Deum non posse imperfecta

7 f. Scientia Media (*1*) Oct (*2*) Novembr. *erg. L* 12 futuris (*1*) , ponamus Deum scire (*2*) conditionatis *L* 13 sed (*1*) scit (*2*) et *L* 15 scientia, (*1*) sed in cognitione (*2*) quae *L* 18 quid (*1*) futurum sit certum (*2*) facturus . . . statu *L*

12 P. DE FONSECA, *Commentaria in libros Metaphysicorum Aristotelis*, 2 Bde, Rom 1577; 4 Bde, Köln 1599–1613, Bd 3, 1604, lib. VI, cap. 2, qu. 4, sect. 8–10, S. 119–126. – L. MOLINA, *Concordia liberi arbitrii cum gratiae donis, divina praescientia, providentia, praedestinatione, et reprobatione, ad nonnullos primae partis D. Thomae articulos*, Lissabon 1588, qu. 14, art. 13, disp. 50, S. 329–333.

erit ejus scientia, si dicimus Deum id posse, manifesto eversa erit scientia media. Secundum veros Philosophos et S. Augustinum, ratio cur Deus sciat rerum actiones necessarias vel liberas, absolutas, vel conditionatas, est perfecta naturae [ipsarum] cognitio, quemadmodum Geometra novit quid per circulum et regulam in aliquo casu proposito possit praestari; vel quis futurus sit datae alicujus machinae effectus, si datis rebus ac viribus applicetur. Ponamus Paulum cum iisdem circumstantiis et auxiliis poni, cum quibus positus est Petrus, et Deum mihi dicere, quod Petrus tunc rejecturus esset gratiam, Paulus vero accepturus; necesse est utique aliquam dari rationem differentiae hujus; ea vero non aliunde peti poterit, quam ex Petrinitate et Paulinitate; seu ex natura voluntatis Pauli, et natura voluntatis Petri, quae differentia harum duarum libertatum facit, ut alter hoc alter illud eligat. Differentiam autem istam etiam in ordine ad hanc electionem, Deo cognitam esse necesse est, eamque si mihi explicare dignaretur intelligerem, atque ita plenam de eventu futuro conditionato scientiam a priori nanciscerer. Secundum autores scientiae mediae non posset Deus rationem reddere sui pronuntiati, nec mihi explicare. Hoc unum dicere poterit quaerenti cur ita futurum esse pronuntiet; quod ita videat actum hunc repraesentari in magno illo speculo intra se posito, in quo omnia praesentia, futura, absoluta vel conditionata exhibentur. Quae scientia pure empirica est, nec Deo ipsi satisfaceret, quia rationem cur hoc potius quam illud in speculo repraesentetur, non intelligeret. Quemadmodum is qui in Tabulis Calculatos invenit numeros, non vero ipse eos calculare potest. Deus scit futura absoluta quia scit quid decreverit, et futura conditionata, quia scit quid esset decreturus. Scit autem quid esset decreturus, quia scit quid in eo casu futurum sit optimum, optimum enim est decreturus, sin minus sequetur Deum non posse certo scire, quid ipsemet in eo casu facturus esset. Praeclara Scoti sententia, quod intellectus divinus nihil cognoscat (ex rebus facti), quod non determinavit, alioqui vilesceret. Vasquez egregia sententia quod voluntas ex duobus objectis non potest eligere nisi alterius bonitas fortius repraesentetur. 1. p. c. 2. d. 43. *in 1. 2.* init. Ut ostendit Macedo in *diff. Thom. et Scot.* coll. XI, diff. 1, *circa scientiam mediam.*

2 f. actiones (*1*) | praeteritas vel futuras, *gestr.* | lib (*2*) necessarias *L* 3 f. ipsorum *L ändert Hrsg.* 13 futuro (*1*) cogniti (*2*) conditionato *L* 17 conditionata (*1*) repraesentantur (*2*) exhibentur *L* 20 f. absoluta (*1*) a decr (*2*) quia *L* 25 f. quod (*1*) intellectus divinus (*2*) voluntas *L* 26 nisi (*1*) alterum (*a*) vehemen (*b*) fortius (*2*) alterius . . . fortius *L*

---

2–4 Vgl. AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, XI, 21, in *Opera omnia*, Lyon 1664, Bd 5, S. 358 f. 24 f. Vgl. JOHANNES DUNS SCOTUS, *Quaestiones in lib. I. sententiarum*, dist. 39, qu. 5, n. 23 (*Opera omnia*, Lyon 1639, Bd 5, 1, S. 1307 f.). 25 f. Vgl. G. VASQUEZ, *Commentariorum ac disputationum in primam secundae S. Thomae. Tomus primus*, Alcala 1599. 27 f. Vgl. F. MACEDO, *Collationes doctrinae S. Thomae, et Scoti, cum differentiis inter utrumque*, Padua 1671, coll. XI, diff. 1, sect. V, § 1 u. 2, S. 400 f. u. 405 f.

# 262. CONVERSATIO CUM DOMINO EPISCOPO STENONIO DE LIBERTATE
27. November (7. Dezember) 1677

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 4, 3 Bl. 12–14. 1 Bl. u. 1 Bog. 2°. 5 S.
*E*[1] COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, S. 25 (Teildruck).
*E*[2] GRUA, *Textes*, S. 268–276 (Teildruck).
*E*[3] STENSEN, *Epistolae*, 1952, Bd 2, S. 941–946.

Die auf Stensen zurückzuführenden Gesprächsbeiträge geben wir in Kursivdruck wieder.

## Conversatio cum Domino Episcopo Stenonio de Libertate

27. Novembr. 1677

Ajo Dei existentiam non posse demonstrari, sine hoc principio, nihil esse sine ratione. Id principium non locum habet tantum in mechanicis, quando scilicet agitur, utrum ex data magnitudine figura et motu sequatur alia magnitudo, figura, motus, sed etiam in rationibus, quas necesse est mechanicas non esse, quod sic ostendo. Series rerum potuit aliter esse, absolute loquendo, seu non implicat contradictionem ipsam esse aliter, hinc etsi causa una in aliam resolvatur in infinitum, v.g. ego sum talis, ob talem causam, quae rursus talis ob talem, etc., et ita in infinitum, tamen, semper utcunque progrediamur nova manet quaestio, nec uspiam in serie reperitur ratio sufficiens. Ergo ea debet esse extra seriem. Haec ratio non est corporea, alioqui intra corpora ista seu in serie fuisset jam comprehensa. Ergo necessarius est usus hujus principii etiam extra mechanica.

*Nihil est sine ratione, intelligitur de causa efficiente, materiali, formali, finali. Causa formalis est ipsa rei essentia, seu si ratio cur res aliqua sit, vel talis sit, sit intra rem ipsam. Causa materialis et efficiens, ut in motu movetur quid semper eodem modo, nisi ratio sit mutationis, vel in re, vel in alio in rem agente. In finali, ut ratio debet esse eligendi ex duobus hoc, vera vel apparens.*

*Voluntas nunquam agit nisi ob finem. Finis autem est bonum apparens. Movetur semper ab apparentia boni. Ergo Electio ex duobus non potest fieri nisi appareat bonum esse sic eligi.*

11 Ajo *erg. L* 15 implicat (*1*) rati (*2*) contradictionem *L* 23 *si +erg. L* 25 *sit* (*1*) *, cur cesset* (2) *mutationis*, (*a*) *in efficiente, vel in objecto vel* (*b*) *vel L* 26 *duobus* (*1*) *unum* (2) *hoc L* 26 *apparens.* (*1*) *Finis movet* (2) *Voluntas L*

Perfectius est agere ob rationem, quam sine ratione.

Nihil agit quin ratio sit ex qua posita sequatur hoc potius fieri quam oppositum.

*Non est humilitas tam fidenter supponere se rectam habere sententiam et alios erroneam, et ipsis dicere se Deum precari ut eos mutet. Aut si hoc cum humilitate stare potest cur aliis exprobratur?*

Voluntatis sunt gradus, unum enim magis volumus quam alterum. Et magis volumus quod melius apparet, ergo quanto major aequalitas tanto minus aliud prae aliquo volumus, et cum summa, nihil. Nemo mortalium de talibus dubitaret, aut haesitaret. Nisi jam praenosset contra suas praeconceptas opiniones adhibitum iri. Ponamus differentiam esse data qualibet minorem, erit et excessus volendi. Id est nullus.

*Certum est tunc cum eligimus optimum apparens nos velle propter cognitionem, et tamen libere. Eodem modo et Deus, tametsi ergo sic ageret, seu etsi casus aequalium perfectionum nunquam eveniret tamen ageret libere.*

Si omnes series possibiles aeque essent perfectae, sequeretur etiam illam esse aeque perfectam, qua salvarentur omnes impii, et damnarentur omnes pii.

*Respondes: est impossibilis.*

Quaero cur?

*Ais quia contra justitiam.*

Optime, id est quia contra perfectionem, id est non omnes series aeque perfectae. In se est possibilis, sed executio ejus fit impossibilis, quia cum Dei perfectione pugnat, et hoc est quod volebam, inde patet, redire tandem omnia ad mea. Et quia aliud sibi dicere videntur, ⟨tum⟩ premuntur nonnihil, ad idem confugere non sentientes.

*Difficultas major in invenienda sententia Augustini, quam in invenienda veritate. Jansenius tricies legit Augustinum, et tamen dicunt eum in legendo Augustino errasse. At ajunt glaucoma ante oculos habuit.*

Respondeo, unde sciam postea nec me habere, ubi Augustinum etiam tricies legero, itaque sub finem aeque ero incertus ac ab initio.

*Ait Deum introduci mechanicum.*

Est odiosa expressio, et metaphorica, loquamur proprie. Sensus est, Deum aeque certo agere, ac horologium, imo contra potius quod horologium certo agit ratio referenda est ad certum modum quo Deus operatur nempe perfectissimum.

2 agit (*1*) sine ratione (*2*) quin ratio sit *L* 2 potius (*1*) quam illud (*2*) fieri *L* 12 *ergo* (*1*) *casus aequalitatis* (*2*) *sic* *L* 15 omnes (*1*) pii, (*2*) impii, *L* 15 omnes (*1*) impii. (*2*) pii. *L* 17 f. cur? (*1*) Quia contra justitiam, (*2*) Ais *L* 20 sed | actu *gestr.* | executio *L* 29 Deum (*1*) certo (*2*) aeque *L* 31–S. 1377.1 perfectissimum. (*1*) *Mo* (*2*) *Creatio Mundi* (*3*) *Objicit* *L*

*Objicit si nihil sine ratione, Mundus erit aeternus, quia nulla ratio cur Deus non ante coeperit.*

Respondeo primum, omnia creantur ex nihilo non ex praeexistente materia quovis momento, nam et materia ipsa creatur, nec refert, quod antea jam aliqua alia fuerint, nam postea sunt annihilata. Itaque etiamsi semper aliquae fuissent creaturae, seu etiamsi fuisset Mundus alius ante hunc mundum, ut erit alius post hunc mundum, quid tum? quod inde malum? Respondeo secundo, non tamen id tam facile hinc concludi, quia in se tempus nihil est, nisi rerum ipsarum jam existentium tractus. Atque ita si Mundus incepit, otiosa est quaestio cur nunc inceperit non ante, quia nullum est tempus ante ipsum. Sed si quaeras potuisset durare diutius, v.g. si mundus est natus sex mille annos, cur non potius decem mille annos, tunc respondeo tertio etiam aliquam subesse posse rationem proportionemque harmoniae, nobis incognitam.

*Necessitas peccati Judae futuri, fuit antequam existeret Judas, ergo non est orta a Judae voluntate. Deus praevidit Judam peccaturum esse. Ergo certum, infallibile, inevitabile, necessarium erat Judam esse peccaturum, antequam existeret Judas. Judas non fuit in intellectu divino, sed Judae peccaturi idea. Judae peccaturi idea non orta est a Juda, quia Judas nondum erat. Judae peccaturi idea non erat tantum in intellectu divino ut idea rerum possibilium, sed ut idea rerum actu futurarum. Idea haec ita affecta non orta est a Juda, sed potius Judam peccaturum esse, necessario secutum est ex hac idea. Tunc* cum deliberaret Judas utrum Christum traditurus esset an non, *jam necessarium erat Judam eligere traditionem, alioqui falsa fuisset scriptura etc. Necessitate scilicet ex hypothesi non ex ipsa re.*

Qualis necessitas est etiam quae a me inducitur ex electione boni.

Necessitas absoluta est, cum res [aliter] ne intelligi quidem potest, sed in terminis contradictionem implicat, v.g. ter tria esse decem.

Necessitas hypothetica est cum res quidem aliter esse intelligi potest per se, sed per accidens ob alias res extra ipsam jam praesuppositas, talis necessario est, v.g. necesse erat Judam esse peccaturum, supponendo quod Deus id praeviderit. Vel supponendo quod id Judas putaverit esse optimum.

Series rerum non est necessaria necessitate absoluta. Sunt enim plures aliae series possibiles, id est intelligibiles, etsi actu non sequatur earum executio.

10 ipsum. (*1*) Respondeo tertio etiam in ipso te (2) Sed *L* 12 f. incognitam. (*1*) *Judas non est causa peccati* (2) *Necessitas peccati* (*a*) *futuri, fuit ant* (*b*) *Judae L* 15 *esse* (*1*) *traditurum* (2) *peccaturum L* 20 f. *jam* (*1*) *certum* (2) *necessarium L* 21 *Judam | peccare, seu gestr. | eligere L* 29 Judas *erg. L* 31–S. 1378.1 executio. (*1*) *Fingi pot* (2) *Intelligi L*

*Intelligi potest series rerum impossibilis, hypothetica necessitate, v.g. series Mundi talis, ut in ea eveniat omnes pios damnari, et omnes impios salvari.*

Ista quidem series intelligi seu concipi potest, sed ejus existentia actualis est impossibilis impossibilitate Hypothetica, non quidem quod id in terminis implicet contradictionem, sed, quod id sit incompatibile, cum praesupposita Dei existentia, cujus perfectio (ex qua justitia sequitur) tale quid pati non potest.

*Tripliciter rem videmus, per experientiam, per ratiocinationem et per speculum. Deus vidit ab aeterno Judam esse peccaturum; non per experientiam, quia experientia non est nisi praesentium; non per ratiocinationem, quia ea Deus non indiget, ergo per speculum, id est in idea quae est in intellectu Divino, et futuritionem includit.*

Causa peccati immediata est homo prout scilicet tunc intellectu ac voluntate constitutus est ex positis externis. At causa peccati praecedens seu mediata est status hominis et objectorum praecedens praesentem; et catena harum causarum mediatarum est series rerum. Sed causa ejus prima est eadem quae seriei, nempe idearum in intellectu divino constitutarum et rerum possibilium naturam exprimentium constitutio talis, ut optimum sit in summa hanc potius quam illam seriem eligi.

Quemadmodum Musicus non vult dissonantias per se, sed per accidens tantum, quando ipsis, postea correctis, melodia perfectior redditur quam sine ipsis fuisset; ita Deus non vult peccata nisi sub conditione poenae corrigentis, et per accidens tantum, ut requisita ad complendam seriei perfectionem.

*Quisquis habet pravam voluntatem, is jure punitur. Prava voluntas nihil aliud est quam pravae circa res morales sententiae vel opiniones. Quicunque pravas circa res practicas habet opiniones, easque exequitur, is jure punitur, ob hanc solam causam, quia scelus ejus non ex errore facti, sed ex errore juris, id est ex pessimis opinionibus deliberatisque rationibus ortum est. Unde patet nihil aliud requiri ad puniendum scelus, quam ut quis admittat scelus, et sciat tamen esse scelus. Nulla ergo alia opus est libertate. Nec refert, quod ille putat, scelus sibi esse bonum, seu utile; et ideo ipsum elegit, quia impune se laturum, vel poenam longe minorem fructu inde sperato, credebat. Nam nihilo minus punietur, tametsi ratio eligendi fuerit haec opinio.*

1 *rerum erg. L* 4 actualis (*1*) nullo modo est possibil (*2*) est *L* 12 est (*1*) peccans (*2*) | homo *erg.* | *L* 13 ex positis externis *erg. L* 13 peccati (*1*) mediata est (*2*) | prima seu *gestr.* | mediata est eadem quae (*3*) mediata (*4*) praecedens . . . est *L* 14 hominis (*1*) praecedens praesentem (*2*) et *L* 15 ejus *erg. L* 15 f. nempe (*1*) ideae rerum in intellectu divino constitutae earum naturam exprimentes (*2*) idearum . . . et *L* 16 possibilium *erg. L* 17 optimum (*1*) esset (*2*) sit *L* 18 dissonantias (*1*) , sed (*2*) per *L* 19 ipsis (*1*) melodia (*2*) , postea *L* 22 *jure erg. L* 24 *solam* (*1*) *rationem* (*2*) *causam L* 27 *scelus,* (*1*) *etsi sciat esse scelus* (*2*) *et L*

Nec poterit peccator aliquando in extremo judicio dicere, non fuisse in sua potestate opinionem suam mutare. Nam et in rebus humanis juste faciunt judices cum puniunt sceleratos, etsi scelerati illi postea poenitentes, queri possint, se ad pessimas istas opiniones quas cum peccarent, habebant quadam adversitate devenisse.

*Damnandorum autem querelis adhuc aliud obstat, quod scilicet ne tunc quidem sunt poenitentes, cum damnantur, adeoque nunquam queri possunt.*

Nemo se volens malum fecit, alioqui antequam fieret, esset.

*Si peccatores tempore judicii adhuc revera poenitentes essent non damnarentur aeternum, sed casus iste non evenit unquam.*

Puto fuisse tempus quo homines non minus vage de Geometricis loquebantur, quam nunc de Metaphysicis. Itaque mirum non est quod hodie Geometria ita bene constituta est, Metaphysica vero tam incerta vagatur. Credo enim fortasse tempus venturum, quo non minus bene constituta erit Metaphysica ac Geometria. Quod a tot seculis nondum constituta est Metaphysica, ex eo non debet de successu desperari. Nam fortasse in quadam adhuc Mundi infantia sumus. Et quemadmodum Pythagoram (si ille primus est) a Geometria rigidis demonstrationibus constituenda non absteruit antecessorum balbuties, ita nec nos praesens confusio a Metaphysica constituenda deterrere debet.

*Objectio: Si omnia certa praevisa inevitabilia sunt, frustra preces adhibentur, sive ut ille ait: Desine fata Deum flecti sperare precando.*

Respondeo, imo preces utiles sunt ad id quod desideramus obtinendum, ut aqua vel ventus ad molendinum circumagendum. Ut enim Deus cum praevidit molendinum circumactum iri, id vidit futurum per ventum vel aquam. Ita cum praevidit Te gratiam aliquam assecuturum, vidit id futurum per preces.

Principium omnis ratiocinationis primarium est, nihil esse aut fieri, quin ratio reddi possit, saltem ab omniscio, cur sit potius quam non sit, aut cur sic sit potius quam aliter, paucis Omnium rationem reddi posse.

1 poterit (*1*) sceleratus postea cum puniendus erit, (*2*) peccator (*a*) damnandus (*b*) aliquando . . . judicio *L* 4 quas . . . habebant *erg. L* 8 *peccatores* (*1*) *post mortem* (*2*) *tempore* *L* 14 Metaphysica, (*1*) mirum non est ⟨ – ⟩ (*2*) ex eo (*a*) colligi (*b*) non *L* 18 *Objectio*: *erg. L* 18 praevisa (*1*) infa (*2*) inevitabilia *L* 20 Respondeo, (*1*) certum est molendin (*2*) imo *L* 22 vel aquam *erg. L* 24 aut *erg. L*

19 VERGIL, *Aeneis*, VI, 376.

Definitio libertatis, quod sit potestas agendi aut non agendi positis omnibus ad agendum requisitis, omnibusque tam in objecto quam in agente, existentibus paribus est chimaera impossibilis, quae contra primum principium quod dixi pugnat.

Haec notio libertatis ignota fuit antiquitati; nulla ejus in Aristotele vestigia reperiuntur, Augustini systema plane evertit, a Magistro Sententiarum, Thoma, Scoto, ac plerisque Scholasticis veteribus aliena est; celebrata primum a Scholasticis posterioribus, eludendis potius quam tollendis difficultatibus apta.

Apud Veteres liberum a spontaneo differt, ut species a genere, nimirum libertas est spontaneitas rationalis. Spontaneum est cujus agendi principium in agente est, idque et in libertate contingit. Nam positis omnibus ad agendum requisitis externis, mens libera agere potest aut non agere, prout scilicet ipsamet disposita est.

Voluntatis objectum esse bonum apparens, et nihil a nobis appeti nisi sub ratione boni apparentis, dogma est vetustissimum communissimumque.

Quicquid est, aut per se est, aut per aliud. Si per se est, tunc ejus ratio existendi ex ipsius natura sumitur, seu essentia ejus continet existentiam, quod in omnibus illis veritatibus locum habet, quae ex terminis demonstrantur, seu quarum contrarium implicat contradictionem. Si vero aliquid per aliud est, tunc existendi rationem habet extra se, id est habet causam. Omnia ergo rationem habent, vel in se et ex terminis, ut per se necessaria, vel aliunde, ut libera et contingentia, seu ut ita dicam per accidens sive ex hypothesi necessaria.

Cum dicitur exempli gratia, potuisse Judam non peccare, seu non fuisse necesse eum peccare, hoc intelligitur de necessitate prioris generis seu absoluta sive per se, nihil enim involvit haec propositio quod repugnet. Tametsi id ex hypothesi, id est aliunde, necessarium esset, ut scriptura impleretur.[1] Cum dicitur *oportet*, id est necesse est scandala esse (scandala autem utique peccata sunt sive in accipiente, sive in dante), utique dicitur necessaria esse peccata, sed hoc intelligitur haud dubie de necessitate non per se, seu in terminis; sed per accidens, seu in externis circumstantiis posita.[2]

[1] Quo major necessitas, eo major perfectio. Scaligerus lib. 11 *de caus. l. l.* c. 166.

[2] De necessario per accidens. Quod non est per se necessarium est per accidens necessarium. Scal. *exerc.* 39.

2 in (*1*) vol (*2*) agente *L* 5 reperiuntur, (*1*) ac ne in veteribus (*2*) Augustini *L* 6 a (*1*) Molinistis (*2*) Scholasticis posterioribus *L* 8 spontaneo (*1*) agebat (*2*) | differt *erg.* | *L* 9 et *erg. L* 11 scilicet *erg. L* 12 objectum (*1*) nullum esse objectu (*2*) esse *L* 16 veritatibus *erg. L* 16 terminis | verae *gestr.* | demonstrantur *erg. L* 19 per se *erg. L* 19 accidens (*1*) necessaria, nempe (*2*) sive *L* 21 non (*1*) damnari, intelligendum est hoc de eo quod ex natura rei nece (*2*) peccare *L* 22 eum (*1*) damnari (*2*) peccare *L* 22 necessitate (*1*) priori (*2*) prioris generis *L*

28 J. C. SCALIGER, *De causis linguae latinae libri XIII,* Lyon 1540. 30 J. C. SCALIGER, *Exotericarum exercitationum liber quintus decimus de subtilitate, ad Hieronymum Cardanum,* Paris 1557.

Omne futurum non minus certo ac necessario futurum est, quam praeteritum necessario praeteritum est. Non quod per se id sit necessarium, sed quod ex positis circumstantiis praesentibus (exempli causa praescientia Dei, item serie rerum) id consequatur. Quicquid futurum est utique v e r u m est fore, quicquid v e r u m est (scienti) certo verum est. Ergo quicquid futurum est certum est fore. Quicquid certum est inevitabile est. Quicquid inevitabile est, necessarium est. Ergo omne futurum necessarium est. Sed necessitate per accidens seu hypothetica qualem dixi, quae certe contingentiam seu libertatem non tollit.

Argumentum de praescientia eodem redit. Quicquid est futurum id Deus praescit, quod Deus praescit id Deus infallibiliter praescit, quod Deus infallibiliter praescit infallibile est. Quod infallibile est inevitabile est, quod inevitabile est, necessarium est. Ergo omne futurum necessarium est. Necessitate tamen, quae libertatem ac contingentiam non tollit. Nam quamvis omnia futura sint necessaria, non tamen sunt per se et absolute necessaria, seu ex terminis, sed per accidens, seu secundum quid.

Nullam aliam concedo necessitatem in actionibus liberis, quam eam quam illi qui Divinam praescientiam admittunt, concedere coguntur in omnibus futuris contingentibus.

Ex complexis omnes veritates, Metaphysicae, Geometricae, et aliae quaecunque, quae ex terminis demonstrari possunt, per se necessariae sunt, omnes vero veritates historicae, seu ut ita dicam facti, quae non demonstratione, sed experientia a nobis sciri possunt, sunt per se contingentes per accidens tantum necessariae.

Ex terminis incomplexis solus Deus est Ens per se seu absolute necessarium, cujus [essentia] scilicet involvit existentiam. Caetera omnia sunt per accidens necessaria ex voluntate scilicet Dei si bona sunt, ex permissione autem, si mala sunt, ut postea dicam.

Si non datur praedeterminatio physica actuum liberorum, si Deus non influit in substantiam actus liberi, seu si non cooperatur omni actui libero sequitur Deum non esse omnium creaturarum causam primam. Quod est revera Deum tollere a rebus. Actus liber cum sit aliqua creatura, debet suam existentiam a Deo accipere.

Non potest dici Deum auxilia dare, seu influere in actum ex praeviso quid homo esset electurus, quia homo ne electurus quidem est sine alio auxilio ad ipsam electionem necessario.

3 praesentibus . . . rerum) *erg. L* 5 fore. (*1*) Quicquid certum est id (*a*) quodammodo (*b*) est per a (*c*) vel per se, vel saltem per accidens ex positis necessarium est. (*2*) Quicquid *L* 9 redit. (*1*) Deus praescit futurum. Quia (*2*) Quicquid *L* 16 omnibus | actionibus *gestr.* | futuris *L* 17 complexis (*1*) solus (*2*) omnes *L* 18 vero (*1*) proposi (*2*) veritates *L* 21 se (*1*) necess (*2*) seu (*3*) seu *L* 22 existentia *L ändert Hrsg.* 23 Dei *erg. L* 25 actus (*1*) peccati (*2*) | liberi *erg.* | *L* 25 seu (*1*) cooperatur actui peccantis (*2*) si . . . libero *L* 26 f. liber (*1*) haud dubi (*2*) cum *L* 29 esset (*1*) facturus, (*2*) electurus, *L* 29 quia (*1*) etiam (*2*) homo *L*

Proprie et accurate loquendo non tam dicendum est Deum concurrere actui quam potius Deum producere actum. Ponamus enim Deum concurrere actui cuilibet, sed ita ut non solum producatur a Deo, sed partim etiam ab homine, hinc sequeretur saltem istum concursum hominis non indigere cooperatione Dei, quod est contra hypothesin, nam concursus iste est etiam actus, sequitur ergo tandem omnes actus in solidum a Deo produci, uti creaturas in universum omnes. Qui bis rem dimidiam producit, integram producit; vel clarius qui rem dimidiam producit, et residuae dimidiae rursus dimidiam, et residuae dimidiae a dimidia rursus dimidiam, in infinitum, is producit integram. Id autem contingit in actu quolibet ratione Dei. Nam ponamus Deum et hominem concurrere ad actum, necesse est Deum rursus concurrere ad ipsum concursum hominis, et ita vel ibitur in infinitum (nec eo minus tamen res eodem redibit); vel statim ab initio sufficiet dicere Deum revera producere actum, etsi homo sit qui agat.

Peccatum est creatura, omnis creatura a Deo continue creatur, ergo et peccatum. Scilicet quoad substantiam actus; seu secundum id quod in eo est positivum. Deus in nobis operatur tam ipsum velle, quam ipsum facere.

Posito quod conservatio idem sit quod continua creatio, sequitur idem. Nam cum quolibet momento Deus hominem quasi de novo creet, ideo hoc momento quo peccat, creat hominem peccantem, seu peccatum producit cum homine.

Nihil absolute loquendo malum, seu Deo ingratum contingere potest, alioqui Deus non esset omnipotens.

Cum Deus peccata nolle seu ipsis irasci dicitur, sensus est Deum permittere peccata sed non nisi sub conditione poenae.

Dici quodammodo potest Deum esse autorem peccati per accidens, seu Deum velle peccatum per accidens, quemadmodum Musicus dissonantiam. Ponamus enim casum, quo ipsa perfectio Melodiae exposcat dissonantias immisceri, rursusque compensari, sive ponamus longe gratiorem fieri harmoniam incidentibus dissonantiis, insperatoque in consonantiam redactis, quam si non nisi consonantiae fuissent. Eo casu arbitror dici posse Musicum esse autorem dissonantiarum per accidens, seu velle eas per accidens, id est permittere potius quam velle. Nam ipsas per se dissonantias non vult, sed si commode id pateretur perfectio melodiae declinaret. Permittit autem, et quidem non invitus, sed

3 non (*1*) totus | (*2*) solum *erg. u. gestr.* (*3*) solum *erg.* | *L* 4 est (*1*) absurdum. Hinc (*2*) contra *L* 11 infinitum, (*1*) vel statim ab initio (*2*) (nec *L* 14 ; seu . . . positivum *erg. L* 17 quolibet (*1*) homin (*2*) momento *L* 21 Deum (*1*) velle peccata sub conditi (*2*) permittere *L* 23 esse (*1*) causam (*2*) | autorem *erg.* | *L* 27 casu (*1*) dico (*2*) arbitror *L* 28 autorem (*1*) consonantiarum (*2*) dissonantiarum *L* 30 autem (*1*) per accidens, (*2*) , et (*a*) libenter (*b*) quidem *L*

volens, per accidens tamen, id est non ob ipsarum naturam, sed quia earum interventu deprehenditur in summa majorem existere perfectionem. Ita Deus peccata, tolerat, permittit, et non invitus quidem, per accidens tamen vult, quia intelligit, seriem universi ipsis intercurrentibus et mirifica ratione compensatis fore perfectiorem. Peccatorum ergo ratio ultima est non voluntas Dei ipsa diligentis, sed natura perfectionis rerum universalis exigentis ut pictura umbris distinguatur, et melodia dissonantiis ipsa compensatione voluptatem augentibus, animetur.

Si necessitas eligendi optimum tolleret libertatem, sequeretur Deum, angelos, beatos, nos ipsos libere non agere, cum a majore bonitate, vera vel apparente, ad agendum determinamur.

Cum Deus necessario et tamen libere eligat perfectissimum, quandocunque unum alio perfectius est, sequitur salvam ejus libertatem fore, si id semper contingeret seu etiamsi nunquam existeret, aut existere posset casus sine ratione eligendi unum ex duobus aeque perfectis.

Si Deus aliquid vult sine ratione, sequitur eum agere et velle imperfecte quia omnis substantia intelligens in quantum non ex intellectu agit, imperfecte agit.

Eligere est proprie ex pluribus legere sive capere quod optimum videtur. Proponitur casus duorum oppositorum *A* et *B*, quae scilicet non possunt stare simul. Ponitur porro necesse esse ut alterutrum eligatur, ac tertio nullam esse rationem alterutrum eligendi: ajo hunc casum ex his tribus hypothesibus compositum implicare.

*At inquies, ipsa ratio quae facit ut alterutrum eligendum sit, facit etiam ut alterutrum eligatur.*

Respondeo communis illa ratio non est plena seu sufficiens, nam facit quidem ut eligatur vel *A* vel *B*, sed non facit eligi *A* non *B*, nec etiam facit eligi *B* non *A*.

3 f. universi (*1*) hoc modo esse perfectiorem (*2*) ipsis *L* 5 natura (*1*) rerum (*2*) perfectionis *L* 5 rerum (*1*) ipsa (*2*) | universalis *erg.* | *L* 8 f. angelos, (*1*) nos (*2*) beatos, *L* 9 a (*1*) judicio q (*2*) majore *L* 11 Deus | salva sua libertate, *gestr.* | necessario *L* 11 et tamen libere *erg. L* 12 si . . . seu *erg. L* 13 casus (*1*) eligendi (*2*) sine *L* 15 imperfecte (*1*) seu omnis substantia (*a*) rationalis (*b*) intellectum (*2*) quia *L* 20 ex . . . compositum *erg. L* 21 ipsa (*1*) nece (*2*) ratio *L*

# 263. SENTIMENTS DE SOCRATE OPPOSES AUX NOUVEAUX STOICIENS ET EPICUREENS
[1678 bis 1680 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 8 Bl. 49–50. 1 Bog. 2°. 3 ½ Sp.
*E*[1] STEIN, *Leibniz u. Spinoza*, 1890, S. 308–311.
*E*[2] GERHARDT, *Philos. Schr.* 7, S. 333–336.
Übersetzung: ARIEW-GARBER, 1989, S. 281–284.

Die kleine Schrift befaßt sich kritisch mit den beiden zeitgenössischen, von Leibniz auf die Epikureer und Stoiker zurückgeführten Strömungen des Materialismus und Fatalismus, als deren moderne Vertreter er Hobbes auf der einen und Spinoza und Descartes auf der anderen Seite nennt, und stellt ihnen empfehlend Sokrates und Platon gegenüber. Wir datieren sie aufgrund des Wasserzeichens.

Il y a deux sectes de Naturalistes qui sont en vogue aujourdhuy, et qui ont leur source dans l'antiquité, les uns ayant renouvellé les sentimens d'Epicure, les autres estant en effect Stoiciens. Les premiers croyent que toute la substance jusqu'à l'ame, et jusqu'à Dieu même, est corporelle, c'est à dire d'une matiere ou masse étendue. D'où il s'ensuit qu'il n'y sçauroit avoir un Dieu tout puissant et sçachant tout, car comment un corps pourroit il agir sur tout; sans patir de tout et sans se corrompre? Ce qu'un nommé Vorstius a bien reconnu, qui refusoit à son Dieu tous ces grands attributs que les autres hommes donnent ordinairement au leur: quelques uns ont crû que le soleil, qui à juger par les sens est sans contredit la plus puissante de toutes les choses visibles, estoit Dieu: mais ils ne sçavoient point que toutes les étoiles fixes sont autant de soleils; et que par consequent un seul ne sçauroit tout voir ny tout faire. Tout corps est lourd et donne beaucoup de prise s'il est grand, et il est foible s'il est petit: ou s'il est d'une grande vertu *non obstant* sa petitesse (comme la poudre à canon), il se detruit en agissant. C'est

13 deux | mechantes *gestr.* | sectes (*1*) encor (*2*) qui sont *L* 13 et *erg. L* 15 premiers (*1*) nient la providence en termes exprés. (*2*) croyent *L* 15 que (*1*) tout est corporel, c'est à dire, fait une matiere ou masse étendue, dont il n'exceptent point l'ame ny Dieu même (*2*) toute *L* 17 f. tout, (*1*) comme il est aisé de demontrer: (*2*) | car . . . se (*a*) détr (*b*) détrui (*c*) corrompre? *erg.* | *L* 20 les (*1*) hommes luy donnent ordinairement (*2*) autres . . . leur *L* 20 , qui . . . sens *erg. L* 23 f. et . . . prise *erg. L* 25 (comme . . . canon) *erg. L* 25–S. 1385.1 C'est . . . Dieu *erg. L*

19 f. Vgl. C. VON DEM VORST, *Tractatus theologicus de Deo*, Steinfurt 1610.

pourquoy un corps ne sçauroit estre Dieu. Aussi Epicure du temps passé, et Hobbes aujourdhuy, qui veuillent que toutes choses sont corporelles, ont assés témoigné qu'il n'y a point de providence selon eux.

La secte des nouveaux Stoiciens croit qu'il y a des substances incorporelles, que les ames humaines ne sont pas des corps, que Dieu est l'ame ou si vous voulés la premiere puissance du monde, qu'il est cause de la matiere même si vous voulés, mais que c'est une necessité aveugle qui le determine à agir: c'est pourquoy il sera dans le monde ce que le ressort ou le poids est dans l'horloge. Qu'il y a une necessité machinale dans les choses, que c'est bien par le pouvoir, mais non pas par un choix raisonnable de cette Divinité que les choses agissent, puisqu'à proprement parler Dieu n'a ny entendement ny volonté, qui sont des attributs des hommes. Que toutes les choses possibles arrivent l'une après l'autre suivant toutes les varietés dont la matiere est capable. Qu'il ne faut pas chercher des causes finales: qu'on n'est pas seur ny de l'immortalité de l'ame, ny de la vie future. Qu'il n'y a point de justice ny de bonté à l'egard de Dieu, que c'est sa determination qui fait la bonté et la justice et que par consequent il n'auroit point fait contre la justice en rendant les innocens tousjours miserables. C'est pourquoy ces Messieurs n'admettent la providence que de nom seulement; et pour ce qui est de l'effect et de la conduite de nostre vie tout revient au sentiment des Epicuréens, c'est à dire qu'il n'y a point d'autre felicité que la tranquillité d'une vie contente icy bas telle qu'elle se trouve, puisque c'est une folie de s'opposer au torrent des choses et de n'estre pas content de ce qui est immuable. S'ils sçavoient que toutes les choses sont ordonnées pour le bien general et pour le bonheur particulier de ceux qui sçavent s'en servir, ils ne mettroient pas la felicité dans la simple patience. Je sçay que leur phrases sont bien differentes de quelques unes de celles que je viens de representer; mais quand on aura penetré dans le fonds de leur sentimens on demeurera d'accord de ce que je viens de dire. Ce sont en effect les sentimens de Spinoza, et il y a beaucoup de gens à qui des Cartes paroist de

1 ex (*1*) sensu futuri (*2*) sensione . . . futuri *L* 4 Laetitia (*1*) sine cupiditate (*2*) quae *L* 4 durat, (*1*) efficit, quae (*2*) nocet *L* 5 quam (*1*) amor, (*2*) ea *L* 8 111. (*1*) Dubitari potest an (*a*) cup (*b*) amor sit (*2*) Cartesius *L* 18 vel (*1*) contemtus (*2*) despectus *L* 19 *Über* Veneratio: cultus *respect L* 19 vel spe *erg. L* 22 f. despectus (*1*) sine spe et met (*2*) cum desperatione | si sic loqui licet *gestr.* | boni *L*

Amicitia est amor erga eum quem nobis parem putamus. Haec non est nisi hominis erga hominem.

Devotio est amor erga eum quem nobis longe praeponimus. Talis maxime locum habet erga Deum, proxime erga principem, aliumve virum magnum [art. 83]. (+ Videtur et odium cum existimatione conjungi posse +) [art. 84].

Amor odiumque sunt vel erga res jucundas et molestas, vel erga utiles et noxias. Id est de bonitate rei judicari potest vel sensione vel ratione. Prior affectus fortior, quia posterior ratione ad priorem reducendus est. Idem discrimen[5] etiam Laetitiae et Cupiditati accommodari potest. Cum laetitiae et tristitiae accommodatur, incidimus in voluptatem et dolorem, haec enim sunt sola bona quae per se volumus [art. 91. 137–139].

Motus spirituum in spe componitur ex motu spirituum in laetitia et cupiditate [art. 165].

Quisquis sperat, laetatur.
Quisquis timet, tristatur.
Qui sperat cupit.
Qui timet fugit.
Qui cupit amat.

Zelotypia est timor amittendi boni (per aemulum).

Zelotypia est timor scrupulosus possessoris boni;
vel zelotypia est timor aemuli in possessore.
Quo major spes eo major cupiditas [art. 167].

Fluctuatio est Metus errandi in deliberando [art. 170].

Spes summa est securitas.

Metus summus est desperatio [art. 166].

Res quae speratur aut metuitur vel pendet a nobis vel a nobis non pendet. Cum pendet a nobis, spem habemus metumque tum in ratione nostra, tum in virtute seu exercitio agendi secundum rationem, tum in fortuna. Sed metus in fortuna reducitur ad ea quae a nobis non pendent [art. 144. 146].

[5] *Daneben*: NB.

3 erga (*1*) majo (*2*) eum *L* 6 res (*1*) bonas (*a*) malasque (*b*) malasve (*2*) jucundas *L* 9 accomodatur, (*1*) est ipse voluptas et dolor. (*2*) incidimus *L* 10 bona | praesentia *gestr.* | quae *L* 10 f. per se (*1*) petuntur (*2*) volumus. (*a*) Generositas est conscientia suae felicitatis (*b*) Spei motus componitur ex mo (*c*) Motus *L* 18 f. aemulum | *Darunter*: timor aemuli in possessore | Fluctuatio *L* 21 f. (*1*) Ani (*2*) Fluctuatio *L* 22 in (*1*) agendo (*2*) | deliberando *erg.* | *L* 23 Spes (*1*) magna v (*2*) summa *L* 27 ad (*1*) metum eorum (*2*) | ea *erg.* | *L*

Timor errandi vel spes non-errandi est vel in deliberatione vel in executione; timor errandi in deliberando est animi fluctuatio [art. 170]. Timor errandi in executione est pusillanimitas [art. 174].

Spes in executione non errandi est animositas [art. 171]. (+ Huc pertinet aemulatio quae victoriae[6] spes est. +)

Imo aemulatio non est spes victoriae sed conjuncta cum spe victoriae [art. 172].

Videtur animositas esse ante executionem, ut audacia in executione, cui opponitur costernatio [art. 174]. Fluctuatio si duret post deliberationem, etiam cum agere statuimus, appellatur remorsus conscientiae (*remors*). Si error detegatur post actionem oritur tristitiae species quam poenitentiam dicimus [art. 177].

Audacia est species animositatis, nempe circa difficilia.

Consternatio audaciae contraria [art. 171].

Aemulatio est spes successus ideo quia aliis successit. Est ergo sine certamine, et est solum in imitatione cum cupiditate aequandi [art. 172].

Consternatio semper mala est excessus pusillanimitatis [art. 174].

Sequuntur Laetitiae et Tristitiae species quaedam.

(+ Gratulatio (interior scilicet) laetitia ex bono alieno novo, potest et vocari applausus. +)

(+ An potius Favor. *Favete linguis*. Sed favor potius est cupiditas juvandi quam gratulatio ob bonum quod obtigit. +)

Invidia (+ vel indignatio +) est tristitia ex bono alieno.

Interdum rectius appellatur invidia, interdum indignatio [art. 182].

Commiseratio est tristitia ex malo alieno [art. 185].

Acquiescentia est laetitia ob acta nostra [art. 190].

---

[6] *Daneben*: 𝔑

1 in (*1*) virtute (*2*) deliberatione *L* 17 f. quaedam (*1*) Applausus est laetitia ex bono alieno novo potest et appellari gratulatio interior scilicet, (*2*) Gratulatio . . . novo | (interior scilicet) *erg.* | potest *L* 22 (*1*) Invidia est tristitia ex bono alieno, solet et indignatio appellari (*2*) Invidia . . . alieno. *L*

---

20 *Favete linguis*: vgl. HORAZ, *Carmina*, III, 1, 2.

Poenitentia est tristitia ob acta nostra.

(+ Favemus his quorum acta nobis jucunda sunt; aliud tamen est favor, aliud voluptas ex actis alienis. Nam favemus et his qui nihil egere, a quibus nobis optima quaeque promittimus. Videtur favor esse etiam sine cupiditate juvandi, nam et spectatores favent.

Itaque favere alicui est bonum ejus cupere. Est autem cum quadam specie superioritatis, nam et spectator quodammodo velut illi qui spectaculum edit superiorem imaginatur, quasi judex constitutus. +)

Indignatio est dolor ex malo ab aliis patrato quod ad nos non refertur [art. 195].

Ira cum ad nos refertur [art. 199].

Eodem modo favor est benevolentia vel laetitia ex bono alterius ob bonum ab eo patratum, licet ad nos non refertur [art. 192].

Gratus animus cum nos tangit [art. 193].

Gloria in nobis est voluptas ex aliorum existimatione de nobis [art. 204].

Pudor est dolor ex aliorum de nobis opinione [art. 205]. (+ Laetitiam ex alieno malo sequi solet irrisio [art. 178], quia laetitiam ex bonis mediocribus novis sequitur risus [art. 125. 181]. Est autem plerumque alienum malum, nobis non nisi mediocre bonum. At si magnum nobis bonum est, profecto non ridemus, ut si is occisus sit a quo perniciem metuebamus. +)

(+ Ob magna bona non nisi leves homines ridere solent, qui magnitudinem eorum non assequuntur. +)

Satietas seu fastidium est molestia ex similitudine cogitationum vel perceptionum, vel etiam fruitionum [art. 208].

Desiderium est dolor ex recordatione boni praeteriti.

Est cum quadam desperatione [art. 209].

Hilaritas est voluptas ex recordatione mali praeteriti [art. 210].

Risus oritur ex laetitia mediocri, cui aliquid admirationis, imo et odii admistum est [art. 125].

Fletus oritur ex tristitia mediocri, cui aliquis sensus amoris admixtus est [art. 128]. In pueris plus tristitia potest, in senibus plus amor [art. 133].

Suspiria oriuntur cum quaedam imaginatio spei aut laetitiae supervenit tristitiae [art. 135].

11 f. est (*1*) ex (*2*) benevolentia (*a*) ob bonum ab alieno (*b*) vel . . . alterius *L* 17 non nisi *erg. L* 22 ex (*1*) duratione ejus quod antea (*2*) similitudine *L* 24 ex (*1*) absentia (*2*) | recordatione *erg.* | *L* 29 f. est | (vel laetitiae) *gestr.* | . In *L*

[D]

Affectus est cogitatio animum occupans, vel si mavis occupatio animi a cogitatione.

Affectus animi impetus vel impressio, ut in corpore excusso.

Occupatio animi est determinatio ad aliquid cogitandum.

Potest autem cogitatio animum determinare etiam ad aliam cogitationem sibi dissimilem, sed cognatam.

Affectus est status animi a cogitatione una ad aliam prae alia determinati; vel est animi occupatio.

Possumus ad cogitandum determinati esse etiam non ab aliqua cogitatione, sed a serie seu ordine cogitandi hactenus servato.

Cogitatio causa est alterius cogitationis vel quia nulla est ratio in contrarium (tunc enim eadem cogitatio durat, quod fit cum incidimus in aliquid singulare; quod cum aliis similitudinem aut connexionem non habet) vel quia una cogitatio aliam involvit, vel aliquem cogitandi ordinem et ex pluribus quas involvit, animus plus ad unam quam aliam cogitandam antea est inclinatus.

Cogitatio involvit quendam cogitandi ordinem, quando est cogitatio cujusdam seriei.

Inclinatus est autem animus ad unam cogitationem prae alia, cum una plus materiae cogitandi quam alia involvit saltem nobis. Sive ideas distinctas spectemus, sive confusas.

Omnis cogitatio animum vel in se una occupat, vel occupat aliqua cogitandi serie secundum quandam certam legem.

Si persequendo seriem cogitandi incidamus in quandam cogitationem quae alteri cuidam seriei communis est, sitque plus virium in serie secunda, hanc sequimur deserta priore.

Hujusmodi cogitatio est duarum serierum intersectio communis seu nodus.

Series cogitandi oritur vel ex ideis distinctis, ut cum rei causas cogitamus, et causarum causas; itemque cum effectus consideramus et effectuum effectus: Sed et

6 ad (*1*) aliud (*2*) aliam *L* 8 aliam (*1*) determinati (*2*) inclinati, (*3*) malim dicere inclinati (*4*) prae *L* 12 quia (*1*) una alteram involvit, vel quia (*2*) nulla *L* 12 f. contrarium (*1*) cum scilicet (*2*) (tunc enim *L* 14 f. involvit, (*1*) vel denique (*2*) vel . . . ordinem *L* 19 alia, (*1*) cum antea illi diu fuit immoratus vel cum illa ab alia distin (*2*) cum *L* 20 Sive . . . confusas. *erg. L* 28 causas; (*1*) vel oritur ex ideis confusis (*2*) | vel *str. Hrsg.* | itemque *L*

possumus aliam quandam seriei legem sequi, quae non a causis et effectibus, sed gradibus, similitudinibus, combinationibus oriatur

vel oritur ex ideis confusis, nempe ex iis quae simul experti sumus, quae temporis locorumve ordine certo persequimur.

Series aliquando est in se recurrens, eaque hominem diu defixum tenere potest, recurrentibus semper prioribus velut per circulum.

Nunquam enim quisquam in eadem cogitatione defixus est, sed tunc cum in ea defixus dicitur semper seriem quandam recurrentem sed non late evagantem percurrit, quod tum maxime fit, cum eadem res multa ei exhibet vel confuse vel distincte, eaque valde ab illis quae homo ille alioquin expertus est, diversa aut aliena sunt.

> Cum res ea multa nobis confuse exhibet, id est minuta nimis quam ut cum caeteris rebus quas cogitamus comparari possint, attoniti videmur; et talis est status in ebrietate, in morbo, imo ut credibile est, etiam in morte.
>
> Cogitatio aliqua confusa est, sed plures cogitationes licet earum partes sint confusae, habentur pro distinctis, quia distingui possunt.

Series ideo ingredimur cogitando, ut in illis reperiamus aliquid, quod quaerimus. Et fieri potest ut diversas series successive ingrediamur, ut eligamus, quod reperiemus in utraque. Fieri etiam potest, ut in ea serie incidamus in aliud quod antea quaesivimus, et ita interrupta serie, hoc potius eligamus, dimissa inquisitione prioris, quod duplicem ob causam fieri potest, vel quia ejus quod quaerebamus obliti sumus, vel quia hoc magis afficit.

Necesse est causam nobis esse credendi nos eam rem in ea serie reperturos, item causam nobis esse eam rem quaerendi. Causa rem quaerendi licet ignotam haec est, quia saltem aliquid de ea novimus, quod nobis bonum esse cogitamus.

Causa autem quaerendi in ea serie haec est, quod scimus eam rem quae id de quo agitur praestat vel necessario vel probabiliter in ea serie contineri. Quod judicari potest, si quando omnes res certae cujusdam naturae, ex quibus nostra una est, in ea serie continentur.

Excitatio animi est cum finem seu causam cur seriem ingressi simus, consideramus. Quod fit sive reperta re quam quaerimus, sive finita serie ante inventionem (tunc enim cessante serie recordamur ejus status qui erat ante seriem, id est ejus status quo finis causa seriem ingredi coepimus) vel deprehensa pergendi molestia quae facit ut

7 enim *erg. L* 7 f. tunc . . . dicitur *erg. L* 14 cogitationes (*1*) quarum (*2*) licet *L*
28 f. continentur. | *Daneben*: Cogitatio de bono et malo est vel simplex cogitatio *gestr.* | Excitatio *L*
30 f. ante (*1*) repertionem (*2*) inventionem *L*

retro vestigia relegamus, vel etiam eo remedio utamur, quo solent aliquando qui somnia ingrata habent, ut sese ipsi excitent, manibus ad oculos admotis.

Cogitatio animum duas ob causas occupat, vel quia a finis sive boni consideratione avertit, et oblivionem finis inducit, quod facit cogitatio aliqua singularis, sive multam cogitandi materiam ab aliis remotam in se continens; vel quia finem seu bonum aliquod ipsa continet. Finis autem nobis est voluptas aliqua aut quod ad eam confert.

Cogitatio boni est vel contemplatio et est amor vel cogitatio ut possibilis, et est cupiditas, vel ut probabilis spes; vel ut certi securitas, vel ut praesentis laetitia.

Cum credimus aliquid fore bonum, si nobis praesens seu maxime conjunctum existeret, ipsum amamus; cum praeterea credimus id esse possibile, cupimus; si etiam facile videatur, speramus, denique si nacti simus laetamur.

Amor est opinio bonitatis. Odium opinio malitatis.

Cupiditas est opinio bonitatis et possibilitatis. Aversio est opinio malitatis et possibilitatis.

Spes est opinio bonitatis et facilitatis. Metus est opinio malitatis et facilitatis.

Amare etiam possumus quae nancisci impossibile est, non cupere, neque sperare.

Porro quae amamus, cupimus, speramus, concipienda sunt ut substantiae quaedam.

[E]

Affectus est determinatio animi ad quandam seriem cogitationum.

Determinatio est status ex quo quid sequitur nisi quid aliud impediat. Itaque determinatio praesumtionem facit futuri; donec impedimentum adesse probetur.

Series est multitudo cum ordinis regula.

Affectus est in animo, quod impetus in corpore. Nam ut affectus est determinatio animi ad quandam seriem cogitationum obeundam, ita impetus idem est quod determinatio corporis ad quandam lineam motus percurrendam.

Utraque determinatio existit, etsi superveniente impedimento effectus sistatur. Utraque determinatio tum initio tum medio tum etiam in fine progressionis locum habet. Utraque cum alia impressione superveniente, novam determinationem componit.

4 singularis (*1*) ; vel quia ipsa boni cogitationem excitat (*2*) , sive *L* 5 finem (*1*) ipsa (*2*) seu *L* 9 Cum (*1*) cogitamus (*2*) | percipimus *erg.* | aliquid esse bonum, amamus; cum (*a*) praeterea a (*b*) intelligamus al (*3*) credimus aliquid (*a*) esse (*b*) fore *L* 23 f. corpore. (*1*) Est enim impetus idem (*2*) Nam . . . est *L* 25 f. percurrendam. (*1*) Quae determinatio (*a*) est | (*b*) existit *erg.* | etiam cum impedietur effectus ab impedimento determinationem mutante. Quemadmodum motus quoque saepe (*aa*) sistitur (*bb*) impeditur, licet determinatio adsit. (*2*) Utraque *L* 28 cum (*1*) nova d (*2*) alia *L*

Imo corpus statim lineam mutat, animus seriei insistit, nisi quid fortius superveniat.

Utraque varia est tum magnitudine tum specie sive regula.

Determinatio ad cogitandi seriem eo fortior est, quo plus realitatis involvit regula seriei.

[F]

*Diesen Ansatz hat Leibniz am Rande neben* [E] *ergänzt.*

Affectus est Determinatio animi ad cogitandum aliquid prae aliis.

Attentio est determinatio animi ad cogitandum aliquid prae aliis quia aliorum non meminit.

Propensio est determinatio animi ad cogitandum aliquid prae aliis quia cogitatio ejus distinctior est quam aliorum quorum eodem tempore meminit.

Cogitatio distinctior est in qua plura simul distinguuntur.

Affectum habet, qui determinatus est ad aliquid prae caeteris cogitandum.[7]

Determinatum ad aliquid est illud ex cujus statu aliquid sequitur, si ipsum in se spectetur.

Aliquid sequitur ex aliquo cujus existentia ex alterius existentia concludi potest et quod est altero natura posterius.

Natura [prius] est cujus possibilitas facilius demonstrabilis est quam alterius possibilitas.

Facilius est cujus pauciora sunt requisita.

Demonstrabile est cujus contrarium implicare probari potest.

---

[7] *Am Kopf der Seite*: Caetera, id est alia omnia.

3 tum (*1*) pro (*2*) ratione (*3*) magnitudine *L* 8 f. aliis. (*1*) Admiratio (*2*) | Attentio *erg.* | *L* 9 cogitandum (*1*) rem quia est (*2*) aliquid quia (*a*) singulare (*b*) distinctius est (*c*) nulla est ratio (*3*) aliquid *L* 13 simul (*1*) distinguuntu (*2*) velut diversa (*3*) distinguuntur. *L* 14 prae (*1*) aliis (*2*) | caeteris *erg.* | *L* 15 est (*1*) is ex quo aliquid sequitur (*2*) cujus statu ali (*3*) eo statu (*4*) is qui in eo statu praeditus est ex quo aliquid sequitur si ipse (*5*) illud *L* 17 aliquo (*1*) . Quod concluditu (*2*) cujus *L* 18 f. posterius. (*1*) Ali (*2*) Natura *L* 19 posterius *L ändert Hrsg.* 19 facilius (*1*) probari potest quam alte (*2*) demonstratur (*3*) demonstrabilis est *L* 22 est (*1*) quod probari potest (*2*) cujus (*a*) necessitas probari potest (*b*) contrarium (*aa*) contradicti (*bb*) implicare probari potest. *L*

[G]

Affectus est determinatio animi ad quandam seriem cogitationum.

Causa[8] determinationis est, ad unam seriem cogitandi potius quam ad aliam, cum cogitationes seriei unius plus involvunt realitatis quam cogitationes seriei alterius.

Nam regula generalis est semper id fieri quod plus involvit realitatis, seu quod est perfectius.[9]

Determinatio est status ex quo quid sequitur nisi quid impediat.

Ex uno quoque sequitur maximum quod ex eo sequi potest, id est omne quod ex eo sequitur nec impeditur.

Pars determinationis est actio quatenus ex ea aliquid sequitur, passio quatenus aliquid quod alioqui secuturum esset impeditur.

Actio est status rei quo quid sequitur ex ejus natura.

Ut cum duo gravia aequalia aeque ab axe remota sunt in bilance, manifestum est ex uniuscujusque natura per se spectata sequi actionem (saltem quemadmodum a nobis concipiuntur moveri sponte). Sed cum ex alterius natura sequatur tantundem, sitque una actio alteri incompatibilis, nec ratio sit cur una prae alia sequatur, utraque impeditur. Itaque utrumque corpus determinatum est, utrumque ab altero patitur sive in alterum agit. Sed neutrum agit id ad quod erat determinatum.

Videtur actio quaedam species esse determinationis cum scilicet id ex quo quid sequitur est natura rei in [qua] sequitur.

Spontanea maxime actio illa erit, cujus non species sed tantum gradus mutatus est, ut si fingamus grave semper recta descendisse versus centrum terrae, etsi media ejus celeritatem tardaverint. Proximus est gradus spontanei, si aliquandiu quieverit ob impedimentum, mox sublato impedimento lineam

---

[8] *Die beiden folgenden Sätze hat Leibniz durch Umranden hervorgehoben.*

[9] Omnia semper fiunt perfectiora, licet per periodos saepe longas, et regressus.

3 est, (*1*) quia series una alia (*2*) ad *L* 4 cum (*1*) una cogitatione (*2*) cogitationes seriei *L* 5 seriei *erg. L* 10 f. impeditur. (*1*) Determinatio haec (*2*) Pars determinationis *L* 14 duo (*1*) corp (*2*) gravia *L* 18 f. corpus (*1*) patietur (*2*) determinatum *L* 21 actio | esse *str. Hrsg.* | quaedam *L* 22 quo *L ändert Hrsg.* 25 terrae, (*1*) proximus (*2*) etsi *L*

resumserit. Nam ex postremo statu licebit ratiocinando redire ad primum nullo forinsecus assumto, etsi circa tempus fallamur; quia intervallum quietis ab extrinseco pendet; et si interea ab aliquo externo sursum jactum fuerit, non possumus amplius retro ire, nisi hoc ipsum sciamus quomodo externum egerit. Sed et tunc sunt facilitatis gradus, ut si externus motor ipsum in eadem linea qua venerat nonnihil repulerit, utique nunquam mutata est linea motus.

Passio est status rei quo impeditur aliquid ne ex natura ejus sequatur.

Determinatio est status ex quo quid sequitur nisi quid impediat.

Itaque determinatio potest esse actio pura, potest et actio esse mixta passioni.

Potentia activa est possibilitas actionis.

Potentia passiva est possibilitas passionis.

Axioma: ex unoquoque sequitur perfectissimum quod ex eo sequi potest.

Perfectio est gradus realitatis.

Perfectio est gradus realitatis.

Si duae sint res quarum una sit natura prior; altera natura posterior; et illa posita haec ponatur, dicetur haec ex illa sequi seu dicetur illa causa, haec effectus.

Natura prius est quod facilius distincte intelligitur.

Distincte autem intelligitur cujus possibilitas demonstrari potest.

Determinatio est status ex quo quid sequitur per se spectato seu nisi quid aliud accedat (quod impedit vel juvat. Impedit quod minuit, juvat quod auget id quod alioqui secuturum esset in eodem genere). Si ex duobus per se spectatis, sequantur incompatibilia, id quod absolute loquendo non sequetur dicetur impediri.

Si status, ex quo quid per se spectato sequitur, in re quapiam una velut subjecto esse intelligatur, ea determinatio dicetur Actio; si vero mutetur ab alio, subjectum pati dicetur. Si fiat ut res plus efficiat quam antea alio juvante vel impediente, non dicetur pati, nisi ipsa in eo determinatio sit mutata.

9 f. passioni (*1*) , imo potest et passio pura esse (*2*) Potentia *L* 14 (*1*) S (*2*) Perfectio *L* 14 f. realitatis. (*1*) Sequitur ex aliquo quod eo natura posterius est, et eo posito ponitur. Natura (*2*) Si *L* 16 dicetur (*1*) illa esse (*2*) haec ex illa (*a*) oriri (*b*) | sequi *erg.* | *L* 17 prius (*1*) ex quo (*2*) est *L* 17 quod (*1*) sine (*2*) facilius *L* 18 Distincte ... potest. *erg. L* 19 per ... seu *erg. L* 19 quid (*1*) impediat (*2*) aliud *L* 20 f. accedat (*1*) . Impedit illud ex quo sequitur aliquid (*a*) quod cum altero incompatibile est. (*b*) eo quod ex altero sequitur incompatibile est. (*2*) (quod ... genere) | est *str. Hrsg.* | . Si *L* 21 duobus (*1*) sequatur incompatibilia alterutrum non existet (*2*) per *L* 24 intelligatur, | (et (*1*) subjecto (*2*) ipsemet ex subjecti natura secutus sit) *erg. u. gestr.* | ea *L* 24 vero (*1*) impediatur (*2*) mutetur *L*

Si qua sit series determinationum ex se invicem sequentium certa lege et determinatio ad ipsam seriem fuerit actio pura; reliquae actiones durante serie dicentur spontaneae sive naturales, eoque magis quo longius regredi licet versus primum rei statum. Nam cogitandum est determinationem ad seriem aliquam rursus velut in aliqua serie existentem intelligi posse, et quo minus ita regrediendo incidimus in passiones eo magis spontaneum aliquid seu naturale dicemus.[10]

Juvare videbitur quod impedimentum removet vel vim intendit. Itaque ex omnibus passionibus sola adjumenti jucunda est. Vim intendens etiam resistentiam sentit in corporibus, ut qui grave celerius depellere volet quam solet.

[H]

Affectus est determinatio animi ad quandam seriem cogitationum prosequendam.

(: Quemadmodum impetus est determinatio corporis ad quandam lineam motuum certo modo percurrendam. :)

Determinatio est status ex quo quid sequitur per se spectato.

(: Per se spectato, inquam, id est nisi aliud praeterea accedere intelligatur. Ita ex corporis gravis statu per se spectato, sequitur descensus; sed ille descensus forte non sequetur, si quod obstaculum ponatur. :)

Perfectio est gradus realitatis.

(: Itaque perfectius est, quod plus involvit realitatis. Ita ex pluribus Triangulis isoperimetris seu ejusdem circumferentiae perfectius erit aequilaterum, quod sub eodem ambitu plus spatii continet. Et quantum nobis nosse datur,

[10] Hinc intelligi potest, Deo uno excepto nullius rei statum integrum esse totum naturalem seu spontaneum.

1 sequentium (*1*) , et prima in serie (*2*) certa *L* 1 f. et (*1*) prima in serie (*2*) determinatio . . . seriem *L* 3–6 licet (*1*) ad primum usque rei statum ex quo amplior est series, quae nos ad primum usque reducit eoque magis actio dicetur spontanea seu naturalis. (*2*) versus . . . dicemus. *L* 11 f. prosequendam. | Determinatio est status ex quo quid sequitur per se spectato, id est nisi aliud praeterea accedere intelligatur *gestr.* | (: quemadmodum *L* 13 f. modo (*1*) prosequendam :) | (*2*) percurrendam :) *erg.* | Potentia est status ex quo quid (*a*) sequitur (*b*) sequi potest per se spectato vel ex quo per se spectato aliud aliquid possibile esse demonstratur *erg. u. gestr.* | Determinatio *L* 18 Perfectio . . . realitatis. *erg. L* 19 plus (*1*) inte (*2*) involvit *L* 19 Ita (*1*) si sumantur (*a*) duae figurae isoperimetrae, seu quarum circuitus sint aequales, una triangulum et (*b*) duae triangula isoperimetra, seu quorum circuitus sint aequales, (*2*) ex *L*

perfectior est natura auri quam argenti, nam multo plures notabiles proprietates in auro spectandae offeruntur. :)

P o t e n t i a est status ex quo quid sequi potest per se spectato

(: vel ex quo per se spectato aliud aliquid possibile esse demonstratur :).

Quo quid est perfectius, hoc est potentius, et contra

(: nam quo quid est perfectius, hoc plus involvit realitatis. Et quo plus involvit realitatis, hoc plura ex eo per se spectato possunt sequi. Id est eo est potentius. Omniaque haec inverti possunt :).

Ex unoquoque sequitur id quod per se spectatum perfectissimum est eorum quae ex ipso sequi possunt. :)

(: Perfectissimum, inquam, in se, nam fieri potest ut quod sua natura magis perficit, per accidens destruat aut deterius reddat, superventu alterius, ut potus frigidae juvat, quia sitim sedat, et vigorem quendam dare videtur. Sed in nimio aestu intus occurrere potest aliis, unde corpori noxa infertur. Itaque si quis sitim habeat, poculumque aquae frigidae ipsi praebeatur, et in eo sit statu animi, ut hoc unum cogitet, bibet aquam potius quam effundet, magis enim juvabit eum potus. Sed si animo sedatiori obversetur quid inde sequi possit soleatve; aut etiam si hoc unum satis cogitet, velle se exercere actum libertatis, sive imperii in affectus, faciet quod Epictetus qui frigidam oblatam non hausit sed expuit. Ita enim perficietur in exercitio virtutis. :)

1 nam (*1*) omnes proprietates auri (*2*) multo *L* 3 f. P o t e n t i a . . . demonstratur :). *erg. L* 9 f. sequitur (*1*) perfectissimum | in se *erg.* | quod ex eo sequi potest (*2*) id . . . possunt *L* 11 se, | etsi forte per accidens *erg. u. gestr.* | nam *L* 11 quod (*1*) impraesentiarum (*2*) sua natura *L* 12 accidens (*1*) noceat (*2*) destruat *L* 12 reddat, (*1*) quia occasionem (*2*) si aliis (*3*) quia externa quaedam superveniant, quae cum ipso conjuncta (*4*) extern (*5*) aliorum quorundam (*6*) superventu alterius *L* 13 sedat, (*1*) totique corpo (*2*) et *L* 13 f. Sed (*1*) cum subita mutatio intus misceri potest aliis rebus et componere unde occurrere potest aliis ex quibus (*2*) in . . . unde *L* 14 infertur. (*1*) :) (*2*) Itaque *L* 14 habeat (*1*) et hoc unum cogitet, sequetur inde potus (*2*) poculumque *L* 15 ipsi praebeatur, *erg. L* 16 potus (*1*) :) (*2*) , nisi (*3*) . Sed *L* 16 sedatiori (*1*) cogitet (*2*) | obversetur *erg.* | *L* 17 satis *erg. L* 18 libertatis, (*1*) imperiique in passiones (*2*) sive . . . affectus, *L* 19–S. 1432.1 virtutis. :) (*1*) P e r f e c t i u s est quod plus involvit realitatis. P e r f e c t i o est gradus realitatis. (*2*) Ex unoquoque (*a*) illud sequitur per se spectato (*b*) illud sequitur quod ex eo per se spectato (*aa*) possibile (*bb*) sequi possibile est, si aliud ali (*3*) Si quid ex aliquo sequatur id omne (*a*) quod ex eo sequi possibile est. (*b*) ex ipso sequetur, (*aa*) nisi impediatur (*bb*) quod ex eo sequi potest modo nulla sit causa quae impediat. (: Nam omnia quae ex aliquo sequi possunt, hoc ipsum commune habent quod ex eo sequi possunt. :) (*4*) Si *L*

18 Vgl. EPIKTET, *Enchiridion*, cap. 47.

Si ex aliquo conjunctim sequi possint plura inter se similia, et horum unum sequatur, necesse est reliqua omnia sequi, caeteris paribus.

(: Cum enim nulla sit ratio prae uno potius quam prae altero, patet aut omnia sequi aut nullum. :)

Si ex aliquo disjunctim sequi possint plura inter se similia et inaequalia et horum unum sequatur, necesse est maximum sequi, caeteris paribus.

> (: Nam si constet unum eorum ex rei natura sequi Necesse est rationem reddi cur non alia omnia. Quodsi haec sola ratio reddatur, quod sint incompatibilia, videtur maximum sequi. Est enim ratio existendi in omnibus, et incompatibilitas quaedam existere impedit. Itaque existet quantum minimum impedietur. Id est existet maximum. :)

Videtur sic dicendum:[11]

Omnia quae per se spectata ex aliquo per se spectato sequi possunt, ea sequentur quantum possibile est. Nam ponamus sequi id quod sequi posse diximus. Necesse est rationem cur secutum sit esse solam absentiam impedimenti. Nam si esset aliud quiddam, non sequeretur ex solo illo ex quo sequi diximus, sed aliquid aliud esset ponendum. Contra hypothesin.

---

[11] *Am Rande*: Admirabilis transitus a potentia ad actum.

1 conjunctim *erg. L* 1 f. unum | reapse *gestr.* | sequatur | ex re per se spectata *gestr.* | necesse *L* 2 omnia | ex re saltem per se spectata *gestr.* | sequi, | caeteris paribus *erg.* | *L* 3 altero, (*1*) nulla est ratio (*2*) necesse est (*3*) patet *L* 4 f. nullum. :) (*1*) Hinc (*2*) Si *L* 5 disjunctim *erg. L* 5 f. inaequalia | (*1*) et horum unum *erg.* | sequatur, caetera autem (*2*) sed non horum unum | solum *erg.* | sequatur (*3*) et . . . sequatur, *L* 6 paribus. (*1*) (: Cum enim quilibet gradus aeque sit possibilis et necesse est existere omnes, | per praecedentem *erg.* | . Omnes autem gradus non sunt (*a*) nisi in maximo (*b*) in uno, nisi in maximo :). (: Considerentur in magnitudine plures gradus aequales, erunt iidem similes :). (: Dividatur unaquaeque res in plures partes aequales et similes. Harum partium unaquaeque aeque (*aa*) existere pote (*bb*) sequi potest ac altera, tum eae quae in eodem sunt toto (quia ejusdem totius partium similium et aequalium eadem ratio est) tum quae sunt ex diversis, nam et totorum diversorum par ratio est; horum etiam aliquae sequi debent, ex hypothesi. Unde sequitur vel eas sequi quae in minimo sunt vel in maximo, vel in medio; caeterae enim nihil (*aaa*) notabile (*bbb*) habent peculiare :). | Haec accuratius consideranda sane (*2*) (: Nam . . . sequi *erg.* | *L* 10 existere (*1*) compe (*2*) impedit. *L* 11 impedietur. (*1*) Itaque (*2*) Id *L* 13 per se spectata *erg. L* 13 per se spectato *erg. L* 13 ea | erunt ad existendum determinata seu *erg. u. gestr.* | sequentur *L* 14 est (*1*) , si ea vel unum sequatur. Nam si ex aliquo sequi possunt, (*2*) . Nam *L* 14 diximus. (*1*) si ex re sola (*2*) Necesse *L* 17 ponendum. | Itaque *gestr.* | Contra *L*

Quae per se spectata ex aliquo per se spectato sequi possunt, neque se mutuo impediunt, ad ea dabitur determinatio, id est ex eo per se spectato sequentur. (: Nam si non sequuntur impedimentum est vel in ipso vel extra ipsum ex quo sequuntur. Non in ipso, quia nullum in ipso est, si per se spectentur, ergo tum demum si alia praeterea in ipso spectentur, id est si plura sint quae se impediant, sed hoc est contra hypothesin. Ergo sunt extra ipsum. Sed impedimenta solum extra ipsum ex quo sequi possunt esse, est sequi ex ipso per se spectato, id est ad ea determinationem dari. :)

Quae per accidens spectata ex aliquo per se spectato sequi possunt, ea etiam per se spectata ex eo sequi possunt. (: Saltem enim possibile est absolute quod per accidens existere potest. :)

Quae ex aliquo per se spectato sequi possunt, eorum sequitur perfectissimum in se spectatum quod sequi potest. (: Sequuntur enim in quantum neque ab externo neque inter se impediuntur. Ponamus non impediri ab [externo], id est rem ex qua sequuntur per se spectari. Ergo vel sequuntur, vel se mutuo impedient per praecedentia. Sed si sequuntur in quantum se mutuo non impediunt, sequitur quantum plurimum potest, id est sequitur perfectissimum eorum quae invicem incompatibilia sunt. Perfectissimum autem intelligo per se spectatum, seu quod plus habet realitatis, etsi per accidens majoris imperfectionis causa esse possit. :)

Determinatur animus ad eam seriem cogitationum quae in se spectata perfectior est.

Perfectiores sunt cogitationes quae plus realitatis involvunt.

Animus determinatur ad aliquam seriem cogitandi, vel quia jam in ea est, nihilque est quod inde divertat, vel quia ex pluribus ea perfectior apparet. Quae perfectior est dicitur Cogitatio, alia potentior est, seu magis animum determinat, quae est cogitatio de bono et malo.

[I]

A f f e c t u s est determinatio animi ad aliquam cogitationem prosequendam. Determinatur autem animus ad aliquam cogitationem prosequendam, vel quia nulla est ratio cur objectum mutet, quod fit cum aliqua cogitatio videtur singularis, id est quae

4 nullum | aliud *gestr.* | in *L* 4 tum demum *erg. L* 11 Quae | per se spectata *erg. u. gestr.* | ex *L* 11 possunt, (*1*) eorum sequitur, (*2*) sequitur quantum possibile est (*3*) ex iis sequitur (*4*) eorum *L* 11 f. in se spectatum *erg. L* 13 impediuntur. (*1*) Omi (*2*) Ponamus *L* 13 interno *L ändert Hrsg.* 19 quae (*1*) perfectior e (*2*) in *L* 22 perfectior (*1*) est qualis nunc sese offert. (*2*) apparet. *L* 26 cogitationem (*1*) , determinatur autem animus ad (*2*) prosequendam. *L* 28 fit (*1*) in homini (*2*) cum *L* 28 est (*1*) alter (*2*) aliis quas idem (*3*) quae *L*

occasionem nullam praebet reminiscendi aliarum, quas idem homo expertus est, et hic affectus vocari potest contemplatio, vel determinatur animus, quia una cogitatio alia fortior est. Fortiores autem sunt eae ad animum determinandum quae sunt circa bonum et malum. Quia Boni et mali perceptiones maxime statum animi mutant, ideoque et eorum considerationes, adeoque cogitationes eorum in universum.

Affectus est determinatio animi a cogitatione boni et mali ad quandam cogitandi progressionem.

Omnis perceptio sensio, sententia est affectio mentis quae involvit objecti existentiam.

Conceptus distinctus involvit tantum alterius rei possibilitatem.

Ex omni possibilitate sequitur existentia, si nihil impediat.

Ex omni imaginatione determinati sumus ad credendum existere quod imaginamur, nisi quid obstet, id est nisi aliquid simul imaginemur, quod cum eo est incompatibile.

Determinati sumus ad aliquam cogitandi seriem, vel quia jam in ea sumus, nec ratio mutandi ulla est; vel quia in bivium pervenimus plurium cogitandi serierum, quarum una aliis fortior est.

Nulla mutandi seriem in qua sumus ratio est, cum nulla in ea praebetur occasio reminiscendi aliarum cogitationum, quas antea habuimus, quod fit cum id quod cogitamus, nobis videtur valde singulare. Atque haec animi determinatio vocari potest; Attentio.

Ex pluribus autem cogitandi seriebus eo fortior unaquaeque est quo majorem exhibet nobis materiam distincte cogitandi, id est quo

2 potest (*1*) Admiratio (*2*) Attentio (*3*) Studium (*4*) contemplatio *L* 4 statum (*1*) nostr (*2*) animi *L* 4 f. eorum (*1*) reminiscentiae seu cogitationes (*2*) remini (*3*) considerationes, *L* 6 animi (*1*) ad cogitandum de bono et malo (*2*) a *L* 8 f. involvit (*1*) alterius rei existentiam extra mentem. (*2*) objecti existentiam *L* 10 distinctus *erg. L* 11 f. impediat. (*1*) Omnis conceptus (*a*) est (*aa*) percep (*bb*) cogita (*cc*) cogitatio (*dd*) imaginatio (*b*) est opinio existentiae ejus quod imag (*c*) contin (*2*) Ex *L* 13 id est *erg. L* 15 (*1*) Immoramur (*a*) cogitationibus singularibus (*b*) | seriebus cogitationum *erg.* | in quibus plurima cogitandi materia offertur. (*2*) Immoramur cogitationibus (*3*) Cogitationes maximae singulares sunt (*4*) Maximam cogitandi materiam offerunt cogitationes (*5*) Immoramur seriei c (*6*) Determinati *L* 15 sumus, (*1*) nec ulla ratio sese offert mutandi, quod fit cum nulla occasio praebetur remin (*2*) nec praeterea (*3*) nec *L* 16 quia (*1*) sumus in bivio (*2*) in *L* 18 ea (*1*) ex (*2*) praebetur *L* 19 quas antea habuimus *erg. L* 20 cogitamus, (*1*) est s (*2*) nobis videtur *L* 22–S. 1435.3 seriebus (*1*) fortior illa est, quae majorem exhibet materiam (*a*) cogitandi. (*b*) seu objectum quod videtur perfectius (*aa*) seu plus (*bb*) . Majorem exhibet id est quae (*cc*) Major autem (*dd*) . Et major est materia cogitandi quo plus objectum (*aaa*) ideam (*bbb*) in nostram ideam posse (*ccc*) in nos posse concipimus, id est a cogitatione boni et mali. (*2*) eo . . . | distincte *erg.* | . . . nostri. (*a*) Nam bonum est quod juvat cogitantem. Malum qu (*b*) Est enim bonum quod confert ad voluptatem, (*c*) Ex *L*

plus objectum in cogitationes nostras posse concipimus, sive quo major ei inest consideratio boni et mali nostri.[12]

Ex pluribus autem cogitandi seriebus ea fortior est ad animum determinandum, quae est perfectior; semper enim ex unoquoque sequitur perfectissimum per se spectatum, quod ex eo sequi potest.[13]

Perfectior cogitandi series est quae distinctiorem cogitandi materiam praebet. Distinctiorem inquam. Nam quemadmodum locus omnis plenus est licet, non semper sensibilibus corporibus interstinguatur; ita si confusas spectemus cogitationes ubique aequalis est cogitandi materia, neque ullum est tempus vacuum cogitatione.

Tametsi autem ex pluribus cogitandi progressionibus ad quas determinati sumus, eam eligamus, quae distinctior est, fieri tamen potest ut omnes sint minus distinctae praecedenti; ac proinde fieri potest ut cogamur transire a cogitatione distinctiore ad confusiorem. Nam ipsa cogitandi series nos tandem ad confusiores cogitationes ducere potest.

Tametsi etiam jucundus sit transitus ad distinctiorem cogitationem, molestus ad confusam, nihilominus voluptas in distinctam et confusam dispesci potest. Distincta absolute a nobis appellatur, cum a nobis intelligitur quomodo a confusa perceptione ad distinctam fit transitus. Talis voluptas distincta est in eo qui pulchras quasdam proportiones invenit, aut proprietates demonstrat. At voluptas confusa locum habet, cum in exiguis corporis nostri partibus distinctiores quam ante motus oriuntur, sin vero sequantur motus confusiores, oritur dolor. Quod analogia eorum quae fiunt in iis quorum modum intelligimus judicari potest.

[12] *Diesen Satz hat Leibniz durch Umranden hervorgehoben.*

[13] Passio seu recepta ab externis impressio novam cum praesenti cogitandi serie, progressionem componit.

6–8 Perfectior (*1*) autem cogitandi modus est qui majorem distincte cogitandi materiam praebet. Distincte inquam cogitandi nam (*2*) cogitandi . . . ita *L* 9 f. ullum (*1*) tempus cogitatione vacuum est; quemadmodum (*a*) materia (*b*) locus (*aa*) omnibus corporibus (*bb*) est plenus, sed non semper magnis ac sensibilibus corporibus interstinguitur. Ita anima semper (*c*) omnis materia qua affici (*2*) est . . . cogitatione. (*a*) Distincta autem cogitatio vel distinctior est praecedente, vel confusior. Si distinctior est praecedente (*aa*) grata est, si (*bb*) jucunda est, si (*aaa*) indistinctior (*bbb*) confusior molesta est. (*b*) Tametsi *L* 10 pluribus (*1*) cogitationibus, (*2*) cogitandi progressionibus *L* 13 confusiorem. (*1*) Cujus rei ratio ab externis impressionibus petenda est. Quae si abessent nunquam (*2*) Nam *L* 13 ad (*1*) confusas (*2*) confusiores *L* 14 f. potest. (*1*) No (*2*) Volu (*3*) Tametsi *L* 15 ad (*1*) distinctam (*2*) distinctiorem *L* 20 ante (*1*) perceptiones (*2*) motus *L* 24 (*1*) Nova impressio a (*2*) Passio *L*

[J]

12 April. 1679

Quicquid ex aliqua re per se spectata sequitur, id existit si nullum sit extra ipsam rem impedimentum. Quicquid existit si nullum sit impedimentum extra rem.[14]

Affectum habet qui determinatus est ad aliquid prae caeteris cogitandum.

Res determinata est ad id quod est ejus in se spectatae consequens.

Omne consequens absolute est consequens per se spectati, non contra.

Consequens est cujus existentia ex alterius natura prioris existentia concludi potest.

Corollarium: consequens consequentis est consequens antecedentis.

In se spectatum est id praeter quod nihil existit ad rem pertinens, quam quod tunc consideratur. Ex hac definitione sequitur si unum est in se spectatum, alterum eorum quae considerantur esse etiam in se spectatum.

Ad rem pertinens est cujus existentia mutationem facit in his quae considerantur quatenus considerantur, seu ex cujus existentia concluditur oppositum ejus quod nunc est verum (asseritur).

---

[14] *Diesen Satz hat Leibniz durch Umranden hervorgehoben.*

3 (*1*) Affectum habet qui determinatus est ad aliquid prae caeteris cogitandum. (*a*) Determinatum ad aliquid est illud | (*b*) Determinata ad aliquid est res illa *erg.* | ex cujus statu (*aa*) aliquid s (*bb*) praesenti aliquid sequitur; si ipsa in se spectetur. *Daneben gestrichen*: Res determinata est ad id quod est ejus in se spectatae consequens. Consequens est (*1*) quod ex eo concludi (*2*) altero *bricht ab* (*aaa*) Est vero uno quoque (*bbb*) Id quod ex aliquo sequitur est eorum quae ex ipso sequi possunt perfectissimum. Perfectissimum est (*2*) | Quicquid . . . sequitur. *versehentlich gestr.* | *L* 3 re *erg. L* 4 sit (*1*) in eo ipso ex quo sequitur impedimentum (*2*) extra *L* 5 f. rem. (*1*) Id si eo casu non existit erit impedimentum (*2*) Id nullum habere potest impedimentum intra rem (*3*) Id ex eo ita sequitur ut nullum possit habere impedimentum, (*a*) quod (*aa*) non (*bb*) sit extra rem. (*cc*) ex re illa sequatur (*b*) nisi extra ea quae eadem re sequuntur. (*2*) Affectum *L* 9 est (*1*) quod alio natura posterius est et (*2*) cujus *L* 12 est (*1*) quod solum | ut *erg.* | existens consideratur. Repugnans est cujus existentia alterius non-existentia concludi (*2*) in quo (*3*) | quatenus *erg.* | nihil spectatur (*4*) id . . . pertinens *L* 12 f. quod (*1*) exprimitur | (*2*) nunc (*3*) tunc *erg.* | *L* 13–S. 1437.23 | Ex . . . spectatum *erg.* | Ad . . . consequens *erg.* | *L* 15 est (*1*) quod positum aut no (*2*) ex (*3*) cujus *L* 16–S. 1437.5 | seu . . . quod (*1*) concluditur sive e (*2*) nunc . . . (asseritur) *erg.* | Coroll. (*a*) nullum consequens incompatibile est (*b*) nullum incompatibile est consequens (*c*) nullum *L*

Incompatibile[15] est cujus oppositum ex alterius existentia concludi potest.

Opposita sunt quae non possunt esse simul vera.

Simul vera sunt quae ex eodem vero concludi possunt.

Corollarium: nullum consequens est incompatibile.

Incompatibile consequenti est incompatibile antecedenti.

Quicquid est consequens antecedentis id compatibile est [antecedenti].

Quicquid quomodocunque spectatum possibile est, id in se spectatum possibile est.

Propositio demonstranda I.:

Quicquid alterius consequens esse possibile est, id per se spectatum est consequens ejus. Quia quicquid per se spectatum non est consequens neque per se spectatum poterit esse consequens.

(: Nam quod est consequens, ejus existentia ex alterius existentia concludi potest. Cujus existentia ex alterius existentia concludi non potest, ejus existentia ex alterius existentia non potest posse[16] concludi (nam quod impossibile est esse actu, id impossibile est esse possibile). Ergo non potest esse consequens.

Quicquid est actu, id est possibile. Nam impossibile est quod, si est actu, non est actu. Jam nihil quod est actu non est actu. Ergo nihil quod est actu est impossibile, seu omne quod est actu est possibile. :)

Quicquid per se spectatum non potest esse consequens, id absolute non potest esse consequens. Nam quicquid quatenus est per se spectatum non potest esse consequens, id quatenus in eo nihil existit ad rem pertinens quam quod hic consideratur, non potest esse consequens.

[15] *Die folgenden drei Definitionen hat Leibniz durch Umranden hervorgehoben.*

[16] *Über posse*: (esse id quod potest)

1 cujus (*1*) non-existentia ex alterius existentia concludi potest (*2*) contra (*3*) oppositum *L* 7 Quicquid (*1*) rei est conseq (*2*) est *L* 7 consequenti *L ändert Hrsg.* 8 Quicquid (*1*) per accidens spect (*2*) quomodocunque *L* 9 Propositio . . . I. *erg. L* 14 alterius (*1*) natura concludi non potest (*2*) existentia *L* 15 est (*1*) id (*2*) existere, (*3*) esse actu *L* 17 Quicquid (*1*) est (*a*) id est po (*b*) actu (*2*) existit (*3*) est actu *L* 17 f. si (*1*) est actu simul non existit (*2*) est actu non existit (*3*) est actu non est actu. *L* 19 quod (*1*) existit non existit. Ergo nihil quod (*a*) est actu | (*b*) existit *erg.* | est impossibile (*2*) | quod *str. Hrsg.* | est *L* 20 id (*1*) omnino (*2*) | absolute *erg.* | *L*

Propositio demonstranda II. ad prop. I.:

Quicquid quatenus est per se spectatum non potest esse consequens, id absolute non potest esse consequens.

1) Quicquid quatenus est per se spectatum non potest esse consequens, id quatenus ⊙[17] praeter ipsum nihil existit ad rem pertinens nisi quod hic consideratur, non potest esse consequens, per def. in se spectati.

2) Jam quicquid non potest esse consequens quatenus in eo etc. ⊙, id absolute non potest esse consequens.

Ergo (II).

Probanda 2) hoc modo:

Quicquid non potest esse consequens quatenus praeter ipsum etc. ⊙, id non potest esse id cujus existentia potest concludi ex alterius existentia quatenus in eo etc. ⊙, per defin. consequentis.

3) Jam quicquid non potest esse id cujus existentia potest concludi ex alterius existentia quatenus praeter ipsum etc. ⊙, id absolute non potest esse (consequens, seu) id cujus existentia potest concludi ex alterius existentia.

Ergo 2) est probata si probetur 3).

Ipsa autem 3) distincte exposita est talis:

Quicquid non potest esse id cujus existentia potest concludi ex alterius existentia quatenus praeter ipsum nihil existit ad rem pertinens nisi quod hic consideratur, id absolute non potest esse id cujus existentia potest concludi ex alterius existentia.

(: Ratio quia quicquid concluditur ex aliquo, concluditur ex ipso quatenus praeter ipsum [nihil existit ad rem] pertinens nisi quod hic consideratur. Seu quicquid concluditur ex aliquo concluditur ex ipso in se spectatum.

---

[17] *Das Zeichen ⊙ benutzt Leibniz im Folgenden für die Wendung* nihil existit ad rem pertinens nisi quod hic consideratur.

1 Propositio . . . I. *erg. L* 2 quatenus est *erg. L* 5 quatenus (*1*) in ipso (*2*) ⊙ praeter ipsum *L* 6 per . . . spectati *erg. L* 8–10 consequens. (*1*) Ergo quicquid quatenus est per se spectatum, non potest esse consequens omnino (*2*) Ergo (II): (*a*) Probatur (*b*) Probanda *L* 11 quatenus (*1*) in ipso (*2*) praeter ipsum *L* 12 esse (*1*) consequens (*2*) id *L* 12 f. per defin. consequentis *erg. L* 15 quatenus (*1*) in ipso (*2*) praeter ipsum *L* 15 id (*1*) non potest (*2*) absolute *L* 20 quatenus (*1*) in ipso (*2*) praeter ipsum *L* 21 potest | esse *str. Hrsg.* | concludi *L* 22 f. quatenus (*1*) nihil in ipso existit ad rem (*2*) praeter ipsum *L*

Ratio generalior quicquid est (absolute), id est quatenus in se spectatur, id est quatenus nihil existit ad rem pertinens quam quod involvitur in eo quod consideratur. [:)]

Involvitur in aliquo cujus existentia ex alicujus existentia concludi potest.

Involvit aliquid id ex cujus existentia aliquid concludi potest.

Itaque Consequens est quod involvitur in aliquo et est natura posterius ipso.

Concludi potest ex aliquo quod est si illud est.

Qui est *A* est *A*. Si *A* sit non *B*, ergo si quis est non *B*, est non *B*.

Quod quid est id est. Ergo est non-E[ns.]

Quicquid est actu et percipitur, id concipitur.

Quicquid concipitur, id potest distincte concipi.

Quicquid potest distincte concipi, id potest concipi sine contradictione.

Ponamus aliquid percipi simul et non percipi, dicemus esse diversa, non idem.

Eadem sunt quorum, si unum substituatur in locum alterius, itaque non potest nobis apparere contradictio, ita ut non prodeat substitui invicem *A* et non *A*.

Eadem in terminis non indigent definitione, ut *A* et *A*. Sed eadem in speciem diversa.

Primum principium: Si quid est est, si non est non est. Si est homo, est homo. Si non est animal, non est animal. Nihil enim aliud est quam repetitio ejusdem.

Alterum principium indemonstrabile hoc est: Quicquid est actu, id est possibile.[18] Hoc principium sola experientia ostendi potest a nobis. Pendet autem ex natura Existentiae actualis, in qua nunquam contradictionem deprehendimus. Est ergo quasi experimentum. Forte sic ostendi potest: Ponamus

[18] Demonstrari potest *Quod est esse possibile.* Ponatur enim *A* existere et non esse possibile.

1 quicquid (*1*) est praedicatum alicujus, id est prae (*2*) | est verum | (*3*) potest asseri (*4*) potest esse *erg.* | (*5*) est *L* 1 est (*1*) praedicatum ejus quatenus ipsum (*2*) verum (*3*) | ejus *str. Hrsg.* | quatenus *L* 2 nihil (*1*) spectatur (*2*) existit *L* 3 ex (*1*) ejus in quo involvitur (*2*) | alicujus *erg.* | *L* 4 f. potest. (*1*) Consequens (*a*) est quod involvitur vel Effectus (*b*) est id quod ex natura priora est natura posterius (*2*) Itaque . . . est *L* 6 quod (*1*) ipso posito non existere (*2*) imp (*3*) poni imp (*4*) est *L* 6–8 est (*1*) possibile. Possibile est quod si est non non-est. (*2*) . Quod *L* 8 Ergo (*1*) quod quid (*2*) est, *L* 19 f. Si . . . animal. *erg.* | non est *str. Hrsg.* | Nihil *L* 23 natura (*1*) Entis summi seu Dei (*2*) Existentiae *L* 24–S. 1440.1 Forte . . . idem? *erg. L*

idem esse actu et non esse actu. Unde sciemus esse idem?

Assumitur ut imposterum per definitionem et definitum a nobis intelligi idem, ut alterum in alterius locum substitui possit.

Assumitur etiam ex usu verborum philosophico *A non est B*, et *A est non B* esse idem.

Quanquam in usu communi qui dicit chimaeram esse non-hominem videtur dicere chimaeram esse aliquid, et non esse hominem.

Aliud est aliquid, et non hoc.

Caetera quaelibet omnia alia.

Universa, id est omnia simul.

Generaliter si quid verum est verum est. Unde et si quid falsum est falsum est. Nam quod falsum est, ejus falsitas vera est.

Reliqua pendent ex definitionibus.

Possibile est quod esse aliquid et non-non esse aliquid est idem.

Itaque principium contradictionis continetur in definitione possibilitatis.

Hujus definitionis hae consequentiae sunt:

Possibile quod est, id non non-est.

Possibile quod non non-est, id est.

Jam (per assumtum de definitionum et definitorum identitate) non-possibile est quod esse aliquid et non non-esse aliquid non est idem.

Unde sequitur impossibile est idem simul esse et non esse.

Item sequitur de Necessario: Omne contingens aliquo modo necessarium est.

Actu est quod aliquo modo necessarium est. Nam omne quod aliquo modo necessarium est actu utique est.

Contra quod actu est id aliquo modo necessarium est, quia praedicatum semper continetur aliquo modo in natura subjecti. Itaque paulatim ad hanc rem enitamur, non statim sine probatione velut definitionem assumamus, ne postea neget aliquis ea quae experimur talia esse.

5 f. idem. (*1*) Hoc locum habet etiam si *A* sit nihil nam (*2*) Quanquam *L* 9 quaelibet *erg. L* 11 (*1*) Item (*2*) Generaliter *L* 11 f. Nam (*1*) verum (*2*) f (*3*) quod *L* 12 est, (*1*) id (*2*) verum est (*3*) ejus . . . est *L* 13 definitionibus. | *Daneben*: Omne quod (*1*) si non non-est est, | (*2*) si est non-non Ens *erg. u. gestr.* | *L* 14 est (*1*) quod si est non non-est (*2*) cujus *non-non* praedicatum est ejus (*3*) quod *L* 18 f. est. (*1*) Non (*2*) Quod est (*3*) Quicquid (*a*) non (*b*) est id quod non non-est. Non possibile est quod (*4*) Jam (*a*) non (*b*) (per *L* 23 quod (*1*) est impossibile non (*2*) aliquo *L* 25 quia (*1*) quod est (*2*) praedicatum *L*

Praedicatum a parte rei verum semper continetur in natura subjecti; ut *A est B*, id est *ipsi A inest B*. Itaque si perfecte intelligatur *A*, intelligetur ei inesse *B*, seu conceptus existentiae ipsius *A* involvit conceptum hunc quod id quod existit *A* est *B*.

Si ex conceptu essentiae ipsius *A* seu si ex sola possibilitate ipsius *A* sequitur hoc: *id quod est A est B*, propositio est necessaria seu aeterna.[19]

Si ex conceptu essentiae ipsius *A*, addito conceptu temporis sequitur haec propositio: *quod est A est B*, tunc propositio est contingens.[20]

Itaque in rebus quae aeternae non sunt, nulla est necessitas, nam non ex ipsorum conceptu, sed ex addito conceptu temporis demonstrari possunt. Atque sic scopulos in phrasibus possumus evitare.

Temporis autem conceptus involvit totam seriem rerum et voluntatem Dei ac rerum aliarum liberarum.

Definitionem Possibilitatis ingressa est definitio hujus esse aliquid, haec ergo explicanda est ex iis quae diximus. Id enim quod dicitur esse aliquid dicitur subjectum, alterum vero praedicatum.[21]

Propositio *A est B* hoc significat: *si quid est A, id est B.*

*Est B*, id est conceptus ejus, involvit conceptum *B*.

Subjectum, seu id quod dicitur esse aliquid, est in cujus conceptu, addito conceptu ipsius Nunc, involvitur conceptus alterius, nempe praedicati.[22]

Idem [*bricht ab*]

[19] Alibi profundius haec explicui.

[20] Copula *Est* vel est absoluta, vel involvit tempus, scilicet *nunc*.

[21] Ex his patet non posse intelligi notiones simplices sine accedentibus propositionibus, saltem nominatis reflexive.

[22] Alterum potest esse idem, etsi non sit idem in terminis seu eodem modo expressum.

3 conceptum (*1*) existentiae ipsius *B* in ipso *A* (*2*) hunc *L* 3 f. *B*. (*1*) Non tamen NB. conceptus existentiae ipsius *A* hoc involvit (*2*) Si conceptus existentiae (*3*) Si ex conceptu essentiae *L* 6 conceptu (*1*) essentiae (*2*) existentiae ipsius *A* una cu (*3*) essentiae *L* 6 conceptu (*1*) existentiae (*2*) temporis *L* 9 addito *erg. L* 15 f. praedicatum. (*1*) Subjectum et pra (*2*) Subjectum est cujus concep (*3*) Propositio *L* 17 est (*1*) concipitur (*2*) conceptus *L* 18 f. Subjectum, (*1*) et praedicatum sunt qu (*2*) est quod involvit conceptum prae (*3*) est (*4*) | seu . . . est *erg.* | in cujus conceptu (*a*) et conceptu (*aa*) temporis certi (*bb*) temporis ipsius *Nunc* (*b*) involvitur conceptus praedicati (*c*) | addito . . . Nunc *erg.* | involvitur Conceptus (*aa*) praedicati (*bb*) illius (*cc*) | alterius *erg.* | *L* 19 f. praedicati. (*1*) Possibile (*2*) Idem *L* 23 intelligi (*1*) primas nisi adhibi (*2*) ideas sine acciden (*3*) notiones *L*

# 270. DE VERITATIBUS PRIMIS
[Mitte bis Ende 1680 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 7B, 2 Bl. 25–26. 1 Bog. 2°. 1 S. auf Bl. 25 r°. Von Bl. 26 das untere Fünftel und die rechte Spalte unregelmäßig abgeschnitten. (Auf dem Bogen auch N. 99.)

*E*[1] ERDMANN, 1840, S. 99.

*E*[2] GERHARDT, *Philos. Schr.* 7, 1890, S. 194 f.

Weiterer Druck: HOLZ, *Kleine Schriften*, 1965, S. 176–179 (mit Übers.).

Weitere Übersetzung: OLASO, *Escritos*, 1982, S. 151 f.

Diese Aufzeichnung über den Zusammenhang zwischen Möglichkeit und Existenz wirkt gegenüber den frühen Erörterungen dieser Problematik (vgl. N. 251 bis 253) schon entwickelter. Wir setzen sie daher an das Ende des vom Wasserzeichen her vorgegebenen Rahmens, zumal für das auf demselben Bogen stehende Stück N. 99 ebenfalls aufgrund inhaltlicher Erwägungen eher dieser Zeitraum in Frage kommt.

Veritates absolute primae,[1] sunt inter veritates rationis identicae et inter veritates facti haec ex qua a priori demonstrari possent omnia experimenta, nempe *Omne possibile exigit existere*, et proinde existeret nisi aliud impediret, quod etiam existere exigit, et priori incompatibile est, unde sequitur, semper eam existere rerum combinationem, qua existunt quam plurima, ut si ponamus *A B C D* esse aequalia quoad essentiam, seu aeque perfecta sive aeque existentiam exigentia, et ponamus *D* esse incompatibile

[1] *Am Rande*: Veritatis definitio realis est. Verum est quod ex identico demonstrabile est per definitiones. Quod demonstratur ex definitionibus nominalibus verum est hypothetice, quod ex realibus, absolute; definitiones non nisi reales earum notionum afferri possunt, quae a nobis immediate percipiuntur, ut cum dico *existere, verum esse, extensio, calor*; nam huic ipsi quod confuse percipimus, assignandum est ac aliquid distinctum. Definitiones reales a posteriori possunt probari, nempe ab experimentis.

14 (*1*) Vera est propositio identica, aut quae ex identicis potest demonstrari (*a*) adhibitis (*b*) per substitutionem eorum quae substitui posse in aliorum locum jam posuimus aut demonstravimus (*2*) Verae propositiones nobis indemonstrabiles sunt (*3*) Veritates | nobis *erg.* | primae seu propositiones verae | nobis *erg.* | indemonstrabiles sunt (*a*) identicae, et (*b*) Axiomata identica, et Experimenta (*4*) Veritates *L* 14 sunt (*1*) haec: (*2*) inter *L* 15 ex (*1*) quibus | (*2*) qua *erg.* | (*a*) ratio d (*b*) a priori *L* 19 perfecta | (*1*) et (*2*) sive . . . exigentia *erg.* | *L* 20 incompatibile (*1*) cum *A* et *B* et *C* (*2*) cum *L* 22 definitiones. (*1*) Definitio realis (*2*) Ex (*3*) quod *L* 23 non nisi *erg.* *L*

cum *A* et cum *B, A* autem esse compatibile cum quovis praeter cum *D*, et similiter *B* et *C*, sequitur existere hanc combinationem *ABC*, excluso *D*,[2] nam si *D* existere volumus, non nisi *C*, ipsi poterit coexistere, ergo existet combinatio *CD*, quae utique imperfectior est combinatione *ABC.* Itaque hinc patet res existere perfectissimo modo. Haec propositio: *omne possibile exigit existere*,[3] probari potest a posteriori posito aliquid existere, nam vel omnia existunt, et tunc omne possibile adeo exiget existere, ut etiam existat; vel quaedam non existunt, tunc ratio reddi debet, cur quaedam prae aliis existant. Haec autem aliter reddi non potest quam ex generali essentiae seu possibilitatis ratione; posito possibile exigere sua natura existentiam, et quidem pro ratione possibilitatis seu pro essentiae gradu. Nisi in ipsa Essentiae natura esset quaedam ad existendum inclinatio, nihil existeret; nam dicere quasdam essentias hanc inclinationem habere, quasdam non habere, est dicere aliquid sine ratione, cum generaliter videatur existentia referri ad omnem essentiam eodem modo.[4] Illud tamen adhuc hominibus ignotum est, unde oriatur incompossibilitas diversarum, seu qui fieri possit ut diversae essentiae invicem pugnent, cum omnes termini pure positivi videantur esse compatibiles inter se.

Veritates secundum nos primae, sunt experimenta.

Omnis veritas quae non est absolute prima, demonstrari potest ex absolute prima.

Omnis veritas aut demonstrari potest ex absolute primis (quas indemonstrabiles esse demonstrabile est), aut ipsa est absolute prima. Et hoc est quod dici solet, nihil debere asseri sine ratione, imo nihil fieri sine ratione.

---

[2] *Am Rande*: Quod omne existens est possibile, debet demonstrari ex definitione existentiae.

[3] *Am Rande*: Si Existentia esset aliud quiddam quam essentiae exigentia, sequeretur ipsam habere quandam essentiam seu aliquid novum superaddere rebus, de quo rursus quaeri posset an haec essentia existat, an non existat et cur ista potius quam alia.

[4] *Am Rande*: Quoniam vera propositio est, quae vel identica est, vel ex identicis potest demonstrari adhibitis definitionibus; hinc sequitur Existentiae definitionem realem in eo consistere, ut existat quod est maxime perfectum ex iis quae alioqui existere possent, seu quod plus involvit essentiae. Adeo ut natura sit possibilitatis sive essentiae exigere existentiam. Nisi id esset, ratio existentiae rerum reddi non posset.

4 combinatione (*1*) *ABCD* (*2*) *ABC* *L* 4 modo. (*1*) Si haec propositio probari po (*2*) haec propositio *L* 5 existere, (*1*) et non om (*2*) nam *L* 7 quaedam (*1*) non (*2*) prae aliis *L* 7 f. Haec (*1*) ergo (*2*) autem *L* 14 essentiae (*1*) implicent contradictionem (*2*) invicem *L* 18 quas (*1*) demonstrari (*2*) indemonstrabiles *L* 23 quam (*1*) possibilitas essentiae, conseq (*2*) essentiae *L* 24 rebus, (*1*) ergo ex (*2*) de *L* 25 cur (*1*) ipsa (*2*) | ista *erg.* | *L* 26 quae (*1*) vel absolute indemonstrabilis, vel ex identicis seu absolute (*2*) nisi sit (*3*) vel *L* 28 quod (*1*) ex p (*2*) est *L* 28 f. alioqui (*1*) existerent (*2*) existere *L* 29 quod *erg.* *L*

## 271. DE LIBERTATE ET NECESSITATE
[Sommer 1680 bis Sommer 1684 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH I 20 Bl. 344. 1 Bl. 2°. 2 S.
*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 287–291.
Übersetzungen: 1. ARIEW-GARBER, 1989, S. 19–23. 2. ROLDÁN, *Escritos*, 1990, S. 5–12.

Die Datierung für unser und die drei folgenden, inhaltlich eng verwandten Stücke muß sich an dem weiten Belegzeitraum des Wasserzeichens von N. 273 orientieren, da die anderen Stücke keine äußeren Merkmale aufweisen. Die Behandlung des Freiheitsproblems, so verschieden die Akzente auch gesetzt und Begründungen versucht sowie in N. 274 auch scholastische Formulierungen und Problemstellungen miteinbezogen werden, wirkt insgesamt noch nicht so reif und abgeschlossen wie analoge Schriften von 1685/86 und später (N. 303, 308, 309 und 325), sondern erweckt eher einen noch problematisierend-suchenden Eindruck. Der Gedanke der unendlichen Analyse kontingenter Sätze ist noch nicht ausgesprochen. Unter Inanspruchnahme des Prinzips vom zureichenden Grund wird einerseits die Beweisbarkeit auch kontingenter Sätze behauptet (in unserem Stück), andererseits deren Unbeweisbarkeit aufgrund der identischen Sätzen ähnlichen Struktur des Prinzips kontingenter Sätze *Deus vult perfectissimum* (N. 272 und 273). Einerseits wird die unendliche Reihe reflexiv aufeinander bezogener göttlicher Willensentschlüsse für die Begründung der Freiheit Gottes in Anspruch genommen (N. 273), andererseits abgelehnt (in unserem Stück). Die Frage der Indifferenz wird nicht eindeutig und entschieden beantwortet (in unserem Stück, in N. 273 und 274). Dabei zeigen sich die letzteren drei Stücke insbesondere bei der Diskussion der Indifferenz bis in Formulierungen untereinander und teilweise auch mit N. 272 verwandt. All diese inhaltlichen Merkmale bestätigen eine Datierung vor 1686, allerdings wohl nicht so früh wie N. 268 von Sommer 1678 bis Winter 1680/81, weil nun der dort noch nicht auftretende Gedanke der *libertas a necessitate* ins Spiel kommt.

Omnia[1] in Deo spontanea sunt.

Haud dubie in omni homine est libertas agendi quae volet.

Voluntas est conatus agendi cujus conscii sumus.

Ex voluntate et facultate necessario sequitur factum.

Nulla datur voluntas, ubi omnia requisita ad volendum vel nolendum aequalia sunt. Datur tamen indifferentia, seu positis omnibus ad agendum requisitis potest tamen

[1] *Am oberen Rande*: Herice Scholasticus apud Bonartem *Concordia scientiae cum fide* statuit Deum esse indifferentem non ad agendum, sed ad volendum.

24 (*1*) Spontaneum (*2*) Omnia *L* 25 volet (*1*) , seu quae judicabit optima. Quaeritur an et sit in homine libertas volendi seu libertas (*2*) . Voluntas *L*

30 f. TH. BONARTES, *Concordia scientiae cum fide*, Köln 1664, S. 164, vielmehr: *Deus igitur non est indifferens ad volendum, sed tantum ad agendum.* Die von Bonartes zu diesem Text gegebene Marginalie *Herice.* hat Leibniz in seinem Handexemplar unterstrichen. Vgl. N. 440.

impediri actio, existentibus contrariis requisitis. Homo rationibus resistit sola oblivione; seu animi ab illis aversione. Itaque rationibus utique resistere potest.

Nisi haec propositio admittitur *nihil esse sine ratione, seu nullam esse propositionem, in qua non sit aliqua connexio praedicati cum subjecto, seu quae non probari possit a priori.*

Duae sunt primae propositiones, una[2] *quod contradictionem implicat esse falsum*, altera[3] *quod perfectius est, seu majorem rationem habet, id esse verum.* Priore nituntur omnes veritates metaphysice seu absolute necessariae, quales sunt Logicae, Arithmeticae, Geometricae, et similes, neganti enim eas, semper ostendi potest contrarium implicare contradictionem. Posteriore vero nituntur omnes veritates sua natura contingentes, ex sola vero hypothesi divinae vel alterius voluntatis necessariae.

Omnes itaque veritates circa possibilia seu essentias reique impossibilitatem et necessitatem seu contrarii impossibilitatem, nituntur principio contradictionis; omnes vero veritates circa contingentia seu rerum existentias nituntur principio perfectionis. Omnes Existentiae excepta solius Dei existentia sunt contingentes. Causa autem cur res aliqua contingens prae alia existat, non petitur ex sola ipsius definitione, sed comparatione cum aliis rebus, cum enim infinita sint possibilia, quae tamen non existunt; ideo cur haec potius quam illa existant, ratio peti debet non ex definitione, alioqui non-existere implicaret contradictionem, et alia non essent possibilia, contra hypothesin; sed ex principio extrinseco, quod scilicet ista sunt aliis perfectiora.

Ante omnia enim talem Possibilitatis et Necessitatis notionem assumo, ut aliqua sint Possibilia, quae tamen non sint necessaria, et quae reapse non existant. Unde sequitur

[2] *Darüber*: principium necessariorum
[3] *Darüber*: principium contingentium

3 admittitur (*1*) nullam (*2*) nihil *L* 6 primae (*1*) veritates (*2*) propositiones *L* 8 omnes (*1*) de (*2*) veritates (*a*) Ge (*b*) metaphysice | seu absolute *erg.* | necessariae *L* 8 f. sunt (*1*) Ge (*2*) Logicae, (*a*) Geome (*b*) Arithmeticae *L* 12 f. circa (*1*) rerum essentias seu possibilitatem et impossibilitatem, et contrarii impossibilitatem seu necessitatem (*2*) possibilia . . . impossibilitatem *L* 14 circa (*1*) rerum existentiam, (*2*) contingentia *L* 16 prae alia *erg.* *L* 16 ex (*1*) ejus definitione, sed ex sola aliqua rati (*2*) sola *L* 16 f. sed (*1*) praeterea ex aliqua ratione. Quia scilicet (*a*) ratio a (*b*) aliqua perfectionis ratio fuit eam existere potius quam non existere (*2*) | sed *str. Hrsg.* | comparatione *L* 18 existant, (*1*) non q (*2*) ratio peti (*a*) potes (*b*) debet *L* 18 f. alioqui (*1*) non-existentia (*2*) non-existere *L* 19 contradictionem, (*1*) sed et contraria (*2*) et *L* 21 enim (*1*) puto (*2*) talem *L*

rationem quae facit ut res una prae alia existat, non inducere necessitatem, et proinde rationem quae facit semper ut mens libera unum prae alio eligat, sive a rei perfectione, ut in Deo, sive a nostra imperfectione oriatur; non tollere nostram libertatem.

Hinc etiam apparet in quo actiones Dei liberae a necessariis distinguantur. Ita ut Deus se ipsum amet necessarium est, demonstrabile enim est ex definitione Dei. Sed ut Deus faciat quod perfectissimum est, non potest demonstrari, contrarium enim non implicat contradictionem; alioqui contrarium non esset possibile contra Hypothesin. Hoc autem oritur ex notione Existentiae; nam perfectissimum tantum existit.[4]

Sint duo possibilia *A* et *B* quorum alterutrum existere debere necesse est, et ponamus plus perfectionis in *A* esse quam in *B*, tunc utique ratio reddi potest cur *A* existat prae *B*, et praevideri potest, quodnam eorum sit extiturum, quin imo demonstrari id potest, seu certum reddi ex natura rei. Et si certum idem quod necessarium est, fatebor etiam necessarium esse ut *A* existat. Sed talis necessitas a me dicitur hypothetica; nam si absolute necessarium esset *A* existere, tunc *B* implicaret contradictionem contra Hypothesin. Itaque tenendum est id omne possibile esse quod aliquem includit gradum perfectionis, contingere autem illud possibile, quod opposito est perfectius, idque non ob suam naturam, sed ob decretum Dei generale producendi perfectiora. Perfectio seu essentia est exigentia existentiae, ex qua quidem per se sequitur existentia, sed non necessario, verum negando aliud perfectius impedire. Et tales sunt omnes veritates

[4] *Am Rande*: Si requiritur omnimoda indifferentia ad libertatem, vix unquam datur actus liber. Puto enim casum illum ut omnia sint utrobique aequalia vix unquam dari. Etsi enim forte aequales sint rationes, non tamen aequales erunt passiones. Quid ergo disputamus de re quae non datur. Nec puto exemplum dari quo voluntas eligat quin ratio aliqua sit cur eligat alterutrum.

Thomistae statuunt libertatem in potentia voluntatis, qua super omne bonum finitum eminet, ut possit ei resistere. Item ad indifferentiam voluntatis praerequirunt indifferentiam intellectus. Necessitatem in Deo non pugnare cum libertate; talis est libertas se amandi; sed de creaturis eum non statuere necessario. Negat Baronius Deum perfectissima creasse.

4 apparet (*1*) cur Dei ⟨dec⟩ (*2*) in *L* 6 Deus (*1*) eligat (*2*) | faciat *erg.* | *L* 6 enim | fieri *gestr.* | non *L* 13 dicitur (*1*) per accidens (*2*) hypothetica *L* 16 quod (*1*) co (*2*) opposito *L* 16 perfectius (*1*) . Absolute autem ne (*2*) , idque *L* 17 Perfectio (*1*) est (*2*) seu *L* 19 verum (*1*) ex hypothesi Dei producentis (*2*) ab extrinseco, seu (*3*) negando *L* 23 eligat (*1*) contra id quod videtur melius (*2*) quin *L* 25 qua (*1*) pot (*2*) super *L*

28 f. Vgl. V. Baron, *Manuductio ad novum theologiae scholasticae controversiae et ethicae studium et usum*, Paris 1666, Bd 3, disp. 1, sect. 3.

physicae, ut cum dicimus corpus aliquod ea celeritate pergere qua cepit; intellige, si nihil impediat.

Deus facit optima non necessario, sed quia vult. Si quis vero a me quaerat an Deus necessario velit, postulo explicari necessitatem adjecto opposito seu quaestionem plene formari, v.g. utrum Deus necessario velit, an libere; seu ob suam naturam, vel ob suam voluntatem. Respondeo utique Deum non posse velle voluntarie alioqui daretur voluntas volendi in infinitum. Sed dicendum est Deum velle optimum per suam naturam. Ergo necessario vult inquies. Dicam cum S. Augustino illam necessitatem esse beatam. At vero inde sequitur res necessario existere. Quid ita? quia implicat contradictionem non existere quod Deus vult existere? Nego hanc propositionem absolute veram esse. Alioqui ea quae Deus non vult non essent possibilia. Manent enim possibilia, etsi a Deo non eligantur. Possibile est quidem existere, etiam illud quod Deus non vult existere, quia posset existere sua natura, si Deus id existere vellet. At Deus non potest velle ut existat. Fateor, manet tamen possibile sua natura, etsi non sit possibile respectu divinae voluntatis. Quia sua natura possibile definivimus, quod in se non implicat contradictionem, etsi ejus coexistentia cum Deo aliquo modo dici possit implicare contradictionem. Sed opus erit constantes adhibere vocabulorum significationes ut species omnis absurdae locutionis evitetur.

Dico igitur possibile est, cujus aliqua est essentia seu realitas seu quod distincte intelligi potest. Ex.g. si fingeremus nullum accuratum pentagonum unquam in natura fuisse aut futurum esse; tamen pentagonum maneret possibile. Ratio tamen reddi debet aliqua cur nullum unquam extiterit pentagonum nec extiturum sit. Hujus rei ratio nulla alia est, quam quod pentagonum incompatibile est cum aliis rebus majorem includentibus perfectionem, seu plus realitatis involventibus; quae prae ipso existere certum est. At inferes ergo necessarium est ipsum non existere, concedo, si sensus est [:] haec propositio *pentagonum non existet, nec extitit*, necessaria est, falsum vero, si sensus est: propositio haec: *nullum p*[*enta*]*gonum existit* (quae a tempore abstrahit), necessaria est; Nego enim

1 aliquod (*1*) in eo (*2*) in (*3*) ea (*a*) vi quam (*b*) celeritate *L* 4 quaestionem (*1*) ali (*2*) plene *L* 5 seu (*1*) ex n (*2*) ⟨ – ⟩ (*3*) ex sua (*4*) ob *L* 6 voluntatem. (*1*) Dico (*2*) Respondeo *L* 16 ejus (*1*) existentia (*2*) coexistentia cum Deo *L* 19 est (*1*) ex (*2*) essentia *L* 19 seu (*1*) quod (*2*) realitas *L* 23 quod (*1*) polygonum (*2*) pentagonum *L* 25 ergo (*1*) impos (*2*) necessarium *L* 25 concedo, (*1*) si necessarium est, idem quod certo verum, seu verum quod (*a*) cer (*b*) demonstrari potest. Nego si necessarium est idem quod im (*2*) si *L* 26 propositio (*1*) *De* (*2*) *pentagonum L* 27 *polygonum L ändert Hrsg.*

8 Vgl. AUGUSTINUS, *Contra secundam Juliani Responsionem*, lib. I, n. 100 (PL 45, Sp. 1116).

istam propositionem demonstrari posse, neque enim absolute impossibile est pentagonum, neque enim implicat contradictionem, etsi ex harmonia rerum sequatur ipsum nullum posse in rebus invenire locum, quod optime illustrari potest similitudine radicum imaginariarum in Algebra, nam $\sqrt{-1}$ aliquam notionem involvit, licet ea non possit exhiberi, et si quis eam circulo exhibere volet, inveniet circulum illum a recta quae ad hoc requiritur non attingi. Multum tamen interest inter quaestiones quae insolubiles sunt ob radices imaginarias, et quae [in]solubiles sunt ob absurditatem. Ut si quis quaerat numerum, qui in se ductus faciat 9: et ad 5 additus faciat etiam 9; talis numerus implicat contradictionem, debet enim simul esse 3 et 4, seu 3 et 4 debent esse aequales pars toti. Verum si quis numerum quaerat talem cujus quadratum additum ad 9, faciat idem quod numeri triplum.[5] Is quidem nunquam ostendet totum esse majus sua parte, tali numero admisso, sed tamen et illud ostendet, talem numerum non posse designari. Si Deus decrevisset, nullam debere realem lineam reperiri, quae esset incommensurabilis aliis realibus lineis (Realem voco quae reapse corpus aliquod terminat), non ideo sequeretur incommensurabilem aliquam existere implicare contradictionem. Etsi Deus ex principio perfectionis non potuerit non ita statuere.

Ex his tolluntur difficultates de praescientia futurorum contingentium. Deus enim praevidens rationes futuras cur prae aliis alia existant praevidet eas certa scientia in suis causis. Et profecto certam de iis scientiam habet, et necessarias format propositiones, ex posito scilicet semel statu mundi seu harmonia rerum, non absolute, uti necessaria sunt mathematica.

Sola propositio *Deus* [*bricht ab*]

Si pentagonum existit, sequitur quod sit perfectius aliis, sed non est. Ergo p[enta]gonum non existit. Sed hinc non sequitur [:] impossibile est ut existat. Haec optima responsio est, dicendum igitur, possibile esse ut existant imperfecta prae perfectioribus. Dices: impossibile est ut id quod Deus non vult existere existat. Nego id ideo sua natura

---

[5] *Am Rande*: xx – bx aequ. – $b^2$
xx aequ. bx – bb

1 posse, (*1*) nam ista propositio intelligitur de veri possibilitate absoluta (*2*) neque *L* 2 rerum (*1*) contra (*2*) sequatur *L* 7 solubiles *L ändert Hrsg.* 8 qui (*1*) sibi additus (*2*) in *L* 10 9, | quadratum ipsius 3, *gestr.* | faciat *L* 13 decrevisset, (*1*) numerum entium (*2*) nullam *L* 22 Sola propositio *Deus erg. L* 24 polygonum *L ändert Hrsg.* 26 perfectioribus. (*1*) Possib (*2*) Sed non esse futurum (*3*) Dices *L* 26 Nego (*1*) etsi (*2*) id *L* 28 bx (*1*) + (*2*) aequ. *L*

esse impossibile, etsi non sit extiturum. Itaque sic dicendum quod Deus non vult existere, id non existet. Sed neganda ideo necessitas.

## 272.DE NECESSITATE ET CONTINGENTIA
[Sommer 1680 bis Sommer 1684 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 7C Bl. 68. 1 Zettel (8,5 × 16 cm). 1 S.
*E* COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 405.

Zur Datierung vgl. N. 271.

Si omnes propositiones etiam contingentes resolvuntur in propositiones identicas, an non omnes necessariae sunt.Respondeo non sane nam etsi certum sit extiturum esse quod est perfectius, tamen, minus perfectum nihilominus possibile est. In propositionibus facti, involvitur existentia. Existentiae autem notio est talis, ut existens sit talis status universi, qui Deo placet. Deo autem libere placet quod perfectius est. Itaque involvitur demum actio libera. At nonne ipsius actionis liberae reddi ratio potest. Utique si actionem Dei liberam sumamus ut in tempore, erit ejus ratio alia actio Dei praecedens aeque libera, et sic porro. Si sumamus actionem liberam aeternam, quaenam ratio cur Deus potius talem semper formaverit. Est utique ipsa natura seu perfectio divina, dicendum est in contingentibus non quidem demonstrari praedicatum ex notione subjecti sed tantum ejus rationem reddi, quae non necessitet, sed inclinet.

Homo operatur libere, ubicunque ad ejus electionem aliquid sequitur, id autem quod in homine fit libere, in corpore fit necessitate physica ex hypothesi decreti divini.

1 etsi (*1*) impossibile sit ipsum exis (*2*) non *L* 10 nam (*1*) existere nihil est, quam (*2*) etsi *L* 11 est. (*1*) Ipse termi (*2*) In *L* 12 sit (*1*) , quod (*2*) talis *L* 13 universi, (*1*) qui est (*a*) perfe (*b*) potior (*2*) qui *L* 13 quod (*1*) potius est (*2*) perfectius *L* 15 Dei *erg.* *L* 17 potius (*1*) elegerit (*2*) talem *L* 17 utique (*1*) bon (*2*) ipsa *L* 21 fit (*1*) contingenter, vi decreti Divini (*2*) necessitate *L*

Inania sunt quae Cartesius ait quasi mens possit determinare cursum spirituum animalium, necesse est enim alicujus corporis determinationem mutari alio motu. Et sciendum est non tantum eandem quantitatem motus, sed et eandem determinationem in summa servari in mundo.

## 273. DE LIBERTATE A NECESSITATE IN ELIGENDO
[Sommer 1680 bis Sommer 1684 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH I 20 Bl. 284–287. 2 Bog. 8°. 8 S. auf Bl. 284, 287, 285, 286.
*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 298–302.
Übersetzung: ROLDÁN, *Escritos*, 1990, S. 191–198.

Zur Datierung vgl. N. 271.

Videtur dici posse: certum et infallibile esse, ut Mens se determinet ad maximum bonum apparens; neque ullum exemplum contrarium unquam fuisse datum, ubi non[1] error peccatum praecesserit, vel saltem incogitantia, ut in peccato primi hominis apparet, qui credebat se usu pomi fore Deo similem.

---

[1] *Darüber*: vide Bellarminum hic p. 598.

1 possit (*1*) movere (*2*) determinare *L* 2 enim (*1*) aliquid prius m (*2*) motum (*3*) alicujus *L* 13 ullum (*1*) causar (*2*) exemplum *L*

---

1 f. Vgl. R. DESCARTES, *Meditationes, Quartae Responsiones* (A.T. VII, S. 229). 16 Vgl. R. BELLARMINO, *Opera omnia . . . nunc postremo ab ipso authore recognita, et in septem tomos distributa*, 7 Tle in 4 Bdn, Köln 1617–1620, Tl IV: *Disputationum . . . tomus quartus: De controversiis christianae fidei adversus hujus temporis haereticos*, Köln 1619, Controv. gener. III, princip. I, lib. III, cap. IX, arg. 8, conf. 1, Sp. 597: Saepe enim homines ex rebus non necessariis eligunt minus bonum, remoto etiam omni errore, et Deus ipse, in quem error cadere non potest, eligit, ac facit minus bonum, cum majus aliquid eligere, et facere posset; resp., Sp. 598: Respondeo, Minus bonum absolute posse eligi remoto errore, si in particulari propter aliquam circumstantiam ratio indicet illud hoc tempore esse optimum. Quo modo Deus cum aliquid agit, non ideo illud agit, quia nesciat se posse facere aliquid melius, sed quia indicat, tunc illud maxime expedire.

Interim dicendum etiam est, etsi id sit certum tamen non esse necessarium, sed liberum, quia Mens non ab externo determinatur, sed a seipso.

Optime enim D. Thomas constituit libertatem in potentia se determinandi seu agendi in seipsum. Unde patet etiam quomodo Deus praesciat quae sint futura contingentia libera, quia praescit quodnam Menti maxime bonum sit appariturum.

Ex variis itaque possibilibus creaturis liberis illam elegit Deus, quae se determinaret per rationes boni, quia hoc conforme fuit primario Dei decreto libero de perfectissimis eligendis.

Sciendum est eam esse Mentis naturam, ut actura sit aliquid etsi omnia extra ipsam Entia (praeter Deum) cessarent, quia contemplatura esset Deum, et seipsam, et ideas rerum possibilium. Quod de corpore dici non potest, impellendum enim est ab aliquo ut in motu constituatur. Et in hac potentia seipsam determinandi ad agendum consistit natura libertatis.

Deus praevidebat Adamum esse peccaturum, si in tentationem pomi incideret, cur ergo non mutavit rerum seriem. Respondeo quia Deus sciebat hanc rerum seriem alia fore perfectiorem, ideo non mutavit. At dicis *voluit ergo ut Adam peccaret*. Respondeo negando consequentiam. At voluit ea ex quibus sequi sciebat Adamum esse peccaturum. Nego, non enim sequebatur Adamum peccaturum, quia libere peccavit. Illud tamen verum est, voluisse ea quibus positis certum erat Adamum esse peccaturum. Hoc negari non potest. Ergo voluit Adamum peccare? Non sequitur. Nam permisit tantum. Nemo autem, qui Dei omniscientiam concedit, negare potest, quin Deus certo sciverit, quod Adam esset peccaturus, si a se crearetur, seu quod esset casurus oblata pomi tentatione. Deus non vult peccatum, id est vult ipsum impedire, quantum per rerum harmoniam fieri potest. Ille abyssus Pauli, est rerum Harmonia, quae excedit captum mentis humanae, etsi mens nostra sciat eam esse.

4 sint (*1*) futura, (*2*) futura *L* 5 quia (*1*) praescit (*2*) habet (*3*) qu (*4*) re (*5*) praescit (*a*) quod Mens (*b*) quodnam *L* 6 itaque (*1*) liberis (*2*) possibilibus *L* 10 f. ideas (*1*) possi (*2*) rerum *L* 14 in (*1*) ⟨cert- – ⟩ (*2*) tentationem (*a*) incideret (*b*) pomi *L* 16 *Adam* (*1*) *peccavit.* (*2*) *peccaret.* *L* 17 quibus (*1*) sequebatur (*2*) sequi *L* 18 Adamum (*1*) electu (*2*) peccaturum, *L* 20 sequitur. (*1*) Sed permisit (*2*) Nam . . . tantum *L* 21 certo *erg.* *L* 22 casurus (*1*) sublata (*2*) oblata *L* 23 per (*1*) alia sua sapientissima decreta fieri potest (*2*) rerum *L* 25 sciat (*1*) aliquam (*2*) eam *L*

3 f. Vgl. THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae*, I, 83 1–3; II 1, 13; *De veritate*, qu. 24; *Commentarius in quatuor libros sententiarum*, lib. II, dist. 24, qu. 1. 24 Röm. 11, 33.

Optimum est dicere Libertatem esse in Mentibus non tantum a coactione sed et a necessitate, et licet certum sit atque inevitabile Deum eligere semper perfectissimum seu revera optimum seu ad gloriam suam conducibilissimum, et homines eligere semper optimum apparens, non ideo tamen id esse necessarium, alioqui sequeretur nihil esse possibile nisi quod reapse creatur, cum tamen infinita sint possibilia, nempe quaecunque non implicant contradictionem, quae a Deo non eliguntur. Unde patet Deum libere eligere perfectissimum. Primum decretorum Dei liberorum est quod velit semper agere ad gloriam suam seu perfectissimo modo; ex quo alia decreta omnia sequuntur. Cum ergo Deus sit liber a necessitate in eligendo bono vero, etiam homo erit liber a necessitate in eligendo bono apparente, creatus scilicet ad imaginem Dei, licet semper certo eligat id quod videtur optimum. Sed haec nihil officiunt certitudini.

Occurrendum ergo sententiae Hobbii et Wiclefi, dicentium nihil esse possibile, nisi quod actu fiat seu omnia esse necessaria. Si dixissent omnia esse certa et infallibilia, recte dixissent. Nam infinita sunt possibilia quae non fiunt.

Radix libertatis humanae est in imagine Dei, uti enim Deus etsi semper optimum eligat, et, si alius fingeretur omniscius is praedicere posset quid Deus sit electurus, tamen libere eligit, quia id quod non eligit manet sua natura possibile, itaque oppositum ejus non est necessarium. Eodem modo homo liber est, ut licet semper id ex duobus eligat quod optimum apparet, tamen non eligat necessario. Aliud enim est semper rationem reddi posse cur eligat, aliud est necessariam esse electionem; inclinant rationes non necessitant; licet certo sequatur id ad quod inclinant. At cum in bestiis non sit reflexio seu actio in se ipsum adeoque nec decretum liberum de actionibus suis. Dici potest res omnes hypotheticam quandam necessitatem habere, non essentiae sed existentiae seu actus secundi, sive non ex essentia earum sed ex voluntate Dei oriri rerum necessitatem, nam ex posito decreto Dei omnia necessaria sunt.

1 dicere (*1*) Liberum opponi necessario, quia (*2*) Libertatem *L* 1 tantum a (*1*) necessitate sed (*2*) coactione *L* 2 necessitate, (*1*) quia ex eo probatur (*2*) idque primum nos (*3*) et *L* 2 atque inevitabile *erg. L* 2 f. semper *erg.* perfectissimum (*1*) rerum seu re (*2*) seu revera *L* 6 eliguntur. (*1*) Liber (*2*) Unde *L* 9 eligendo (*1*) optimo (*2*) bono *L* 17 quia (*1*) po (*2*) id *L* 18 modo (*1*) Deus ⟨condid⟩ (*2*) homo *L* 18 licet (*1*) eligat id ex du (*2*) semper *L* 19 necessario (*1*) , status autem indifferen (*2*) . Aliud *L* 23 omnes (*1*) ne (*2*) hypotheticam *L*

12 f. Vgl. TH. HOBBES, *Elementorum philosophiae sectio prima de corpore*, 1655, II, 10, art. 4–5; vgl. JOHANNES WICLIF, *Dialogorum libri quattuor*, Basel 1525, lib. III, cap. 8.

Omnia Deo possibilia, praeter ea quae includunt imperfectionem.

Imperfectionem includit peccare, verbi gratia damnare innocentem.

Damnatio innocentis est quidem in se possibilis seu non implicans contradictionem, sed non est possibilis Deo. Imo videtur aeterna damnatio innocentis ex eorum numero esse, quorum non quidem essentia, quia perfecte intelligi possunt, sed tamen existentia implicat contradictionem. Neque enim opus est examinare totam rerum harmoniam ut sciamus an Deus sit aeterne damnaturus innocentem.

Ut ex pluribus perfectis Deus eligat, minus perfectum non implicat imperfectionem in Deo, nec potentiae ejus contrarium est, sed voluntati seu primo ejus decreto. Nec implicat contradictionem eum aliter statuere.

Statuit Deus creando suam Gloriam procurare, ut sapientia ejus etiam aliis agnosceretur, creare creaturas ad imaginem sui, omniaque ita constituere ut perfectissima sint respectu creaturarum rationalium seu ut tanto magis sint ipsis placitura, quanto magis in intima rerum penetrabunt. Hoc primum est decretorum Dei, quo posito caetera omnia per necessariam consequentiam sequuntur. Hoc Decretum Dei, de creandis rebus, non est propositio cujus contrarium implicet contradictionem. Seu res alias praeter Deum existere non necessarium, sed liberum est.

Deus cur perfectissimum eligat, nulla potest reddi ratio, quam quia vult, seu quia haec est prima voluntas divina, perfectissimum eligere. Id est non ex rebus ipsis hoc sequitur, sed pure ex eo quod Deus vult. Et libere utique vult, quia extra voluntatem ejus nulla reddi potest ratio cur velit. Liberum enim definio cujus nulla ratio reddi potest alia quam voluntas, non igitur datur aliquid sine ratione; sed ratio illa voluntati intrinseca est. Et in hoc consistit vera natura spontanei, ut ipsum sit principium, non externum. In omni itaque mente est libertas aliqua, et [concurrit] Deus ad mentis actionem, non ad primum actum mentis constituendum, alioqui non Mens ageret sed ipse solus.

Mens nostra habet indifferentiam, respectu rationum; seu nulla est ratio tam valida in hac vita, quae mentem satis penetret, ut non facile ab ea consideranda averti possit,

2 peccare, (*1*) seu (*2*) verbi gratia *L* 5 esse, (*1*) quae in se imp (*2*) quorum *L* 7 aeterne *erg. L* 7 f. innocentem (*1*) Si in re (*2*) Ut *L* 8 eligat, (*1*) perfectius, (*2*) , minus *L* 9 f. decreto (*1*) quod secus est (*2*) . Nec (*a*) implic⟨ – – ⟩ sta (*b*) implicat contradictionem (*aa*) si aliter sta (*bb*) eum *L* 11 Deus (*1*) creaturas aliquas (*2*) creare ad suam imag (*3*) creare omnia (*4*) creando *L* 12 agnosceretur (*1*) seu (*2*) creare *L* 14 Dei, (*1*) ex quo (*2*) quod solum liberum est, caetera ab (*3*) quo *L* 16 non (*1*) erat (*2*) est *L* 16 contradictionem. (*1*) Itaque (*2*) Seu *L* 18 cur (*1*) op (*2*) perfectissimum *L* 18 nulla (*1*) pos (*2*) potest *L* 19 est (*1*) natura voluntatis divinae, (*2*) prima . . . divina, *L* 19 eligere. (*1*) S (*2*) Id *L* 22 ratione; (*1*) ⟨ita⟩ (*2*) sed *L* 24 concurritque *L ändert Hrsg.* 25 f. solus. (*1*) Cur mens eligat (*2*) Mens *L*

eaque aversione posita semper poterit dubitare, quia non perfecte meminit demonstrationis. At impetrata visione beatifica non potest ab ea avelli, aut de his quae videt dubitare.

Potestne demonstrari haec propositio ex natura Dei, quod Deus eligit perfectissimum. Dico posse demonstrari cognita ejus voluntate, sed potestne demonstrari quod talem habeat voluntatem, nego esse demonstrabile a priori, sed esse propositionem primam seu identicam.

Qui recte considerat fatebitur mihi ut principium contradictionis est origo omnium quae sciri possunt circa essentias; ita debere aliquod esse principium primum circa existentias supposito non omnia possibilia existere.

Principium primum circa Existentias est propositio haec: *Deus vult eligere perfectissimum*. Haec propositio demonstrari non potest, est omnium propositionum facti prima, seu origo omnis existentiae contingentis. Idem omnino est dicere *Deum esse liberum*, et dicere *hanc propositionem esse principium indemonstrabile*. Nam si ratio reddi potest hujus primi divini decreti, eo ipso Deus hoc non libere decrevisset. Dico ergo hanc propositionem comparari posse identicis. Ut enim ista *A est A*, seu *res sibi ipsi aequalis est* demonstrari non potest, ita ista: *Deus vult perfectissimum*. Haec propositio est origo transitus a possibilitate ad existentiam creaturarum. Sed quaeres an contrarium implicet contradictionem, nempe quod Deus eligit non perfectissimum. Dico non implicare contradictionem, nisi posita jam Dei voluntate. Deus enim vult velle eligere perfectissimum, et vult voluntatem vellendi. Et ita in infinitum, quia infinitae istae reflexiones cadunt in Deum, non vero cadunt in creaturam. In eo igitur consistit totum arcanum, quod Deus non tantum decrevit facere perfectissimum, sed et decrevit decernere. Et proinde nullum signum fingi potest, quo non detur aliud signum natura prius in quo jam sit decretum. Generaliter enim statuendum est, nullum esse decretum quod non Deus alio decreto natura priore decreverit. Ex natura perfectae libertatis, extra quam ratio non est. Et hinc perfecte respondetur omnibus libertatem divinam infringentibus; et loco circuli Vasquesiani (credidit enim Vasquez velle Deum rem quia futura est, et rem

1 non (*1*) meminit (*2*) perfecte *L* 15 decrevisset. (*1*) Non tamen per accidens haec voluntas Deo inest, (*2*) Dico *L* 17 ista: (*1*) *voluntas Dei eligit* (*2*) *Deus vult* *L* 19 eligit (*1*) quod non est (*2*) non *L* 20 implicare (*1*) in se contr (*2*) contradictionem, *L* 21 vellendi (*1*) , in infinitum. (*2*) . Et *L* 23 facere (*1*) potissimu (*2*) perfectissimum, *L* 24 detur (*1*) voluntas Dei natura prior (*2*) aliud *L* 25 decretum. (*1*) Nimi (*2*) Generaliter *L* 25 est, (*1*) Deum (*2*) nullum *L* 26 f. Ex . . . est. *erg.* *L* 28 Vasquesiani, (*1*) (voluit (*2*) (credidit *L*

28–S. 1455.1 Vgl. G. VASQUEZ, *Commentariorum, ac disputationum in primam partem S. Thomae tomus primus. Complectens viginti sex quaestiones priores*, Alcala 1598; Ingolstadt 1609, qu. XIV, art. XIII, disp. LXV, cap. II, n. 11 f.; qu. XIX, art. III, disp. LXXX, cap. II, n. 12 f. – Vgl. N. $441_2$, aus p. 112.

futuram esse quia Deus vult), habetur processus in infinitum. Si quis enim a me quaerat, *Cur Deus decrevit creare Adamum*. Dico, *quia decrevit facere perfectissimum*. Si jam quaeris a me *cur decrevit facere perfectissimum*, seu *cur vult perfectissimum* (quid enim est aliud velle quam decernere facere) respondeo *id voluisse libere*, seu *quia voluit*. Itaque voluit quia voluit velle, et ita in infinitum. Unde patet voluntatem Dei excludere aliquid ipsa prius, nec demonstrari posse hanc esse voluntatem divinam decernendi circa perfectissimum nisi supposita alia voluntate. At quia [creatura] infinitos actus simul elicere non potest; ideo libertas ejus consistit in potentia avertendi mentem ad alias cogitationes. Sed cur avertit? ob molestiam aliquam in ipso cogitando, et voluptatem in alio cogitando. Ergone mens determinatur a molestia et voluptate? Non utique. Etsi semper inclinet in partem ubi majus bonum impraesens apparet, inclinat tamen libere, ita ut posset aliud eligere; quia sponte agit.

## 274.DE LIBERTATE ET GRATIA
[Sommer 1680 bis Sommer 1684 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH I 7, 5 Bl. 68. 1 Bog. 2°. 2 S.
*A* Abschrift: LH I 14 Bl. 358–361. 2 Bog. 4°. 6 S.
*E* Grua, *Textes*, 1948, S. 384–388.
Übersetzung: Roldán, *Escritos*, 1990, S. 119–122.

Zur Datierung vgl. N. 271.

Libertas ita explicanda est ut radicem suam habeat in natura mentis quia solae mentes sunt liberae. Itaque non collocanda est formalis ejus ratio in absoluta indifferentia, quae nihil commune habet cum mente, neque enim apparet cur absoluta indifferentia si

4 respondeo (*1*) *quia de* (*2*) *non posse* (*3*) *libere* (*4*) *id* *L* 5 velle, (*1*) etsi (*2*) nam (*3*) alioqui ibi (*4*) et *L* 7 quia (*1*) creaturae volunt (*2*) libertas non est perfecta, nec ipsa (*3*) | creaturae *L ändert Hrsg.*| infinitos *L* 8 in (*1*) sola (*2*) pos (*3*) potentia *L* 10 alio cogitando (*1*) A (*2*) Ergo (*3*) Ergone *L* 11 ubi (*1*) aliqu (*2*) majus *L* 23 indifferentia, (*1*) hoc enim posito (*2*) Nam illa vel possibilis est vel non (*3*) quae *L*

quidem possibilis est menti magis quam alteri rei competere possit. Radix ergo libertatis in eo est, quod Mens eligit non per rationes necessitatis, sed per rationes veras vel apparentes bonitatis, quibus inclinatur.

Revera omnes creaturarum actus sunt contingentes, neque enim necessario sequuntur ex rei statu praecedente, sed propter decretum divinae voluntatis. Actus autem a ratione profecti liberi sunt; sive a divina sive ab humana voluntate proficiscantur. Itaque minime putandum est lapidem necessario descendere, aut corpus semel in motu positum continuare motum. Id enim tantum oritur ex libero Dei decreto.[1]

Indifferentia absoluta est, cum voluntas eodem modo se habet ad utrumque oppositorum, neque ad unum magis quam ad alterum inclinatur. Quid opus est pugnare pro his quae vix unquam dantur. Talem indifferentiam non puto unquam dari, aut si daretur, quamdiu manet, non sequi actum.

Indifferentia respectiva seu limitata est, cum voluntas magis quidem inclinatur ad alterutrum sed potest tamen adhuc agere vel non agere; etsi fortasse certo sit actura. Et haec est de essentia libertatis. Nulla enim datur in mente libere agente tanta inclinatio ex qua necessario sequatur actus.

In omni agente immediate ante actionem ponendum est aliquid ex quo certo sequitur actio, in praesentibus circumstantiis suppositoque divino aliquo decreto observando. Nam actio habet radicem aliquam immediatam in agente, ita ut aliter affectum sit agens acturum actione *a*, quam acturum actione *b*.

Mens habet facultatem non tantum alterutrum eligendi, sed et suspendendi judicium; nulla potest esse tam evidens apparentia boni (praeterquam summi) quin mens possit si velit suspendere judicium ante ultimam decisionem, idque fit dum alia cogitanda menti offeruntur, atque ipsa vel ad ea abripitur sine deliberatione, vel deliberans concludit de aliis rebus potius cogitare. Si mens non divertatur a deliberatione, certo sciri potest quid sit electura, certo enim electura est quod melius illi apparet. Neque ullum dabitur

---

[1] *Am Rande*: An dici potest decreta Dei esse contingentia? Certe non sunt necessaria .

2 Mens (*1*) agit (*a*) se (*b*) alt (*2*) eligit *L* 5 voluntatis. (*1*) Cont (*2*) Actus *L* 5 f. autem | contingentes *gestr.* | a *L* 10 f. Quid ... dantur *erg. L* 13 seu limitata *erg. L* 14 fortasse (*1*) non (*2*) | certo *erg.* | *L* 16 f. actus. | Mens habet facultatem non tantum alterutrum eligendi, sed et suspendendi judicium *gestr.* | In *L* 17 quo (*1*) necessario (*2*) | certo *erg.* | *L* 23 velit (*1*) et occasio deliberandi de muta (*2*) suspendere *L* 24 ipsa (*1*) menti (*2*) vel *L* 25 concludit (*1*) hoc potius (*2*) de *L* 26 enim (*1*) ap (*2*) electura *L* 26–S. 1457.1 Neque ... contrarium. *erg. L*

exemplum in contrarium. Sed rursus unde scietur an sit divertenda an non? Inde nimirum quod ex ipsius pariter ac externorum statu sciri potest an sit interrumpenda an non. Deinde posito quod interrumpenda sit sciri potest an divertenda sit sine deliberatione, an cum deliberatione. Id enim omne non pendet a voluntate sed a serie actuum intellectus. Quod si sine deliberatione divertenda est, habemus intentum, scitur enim mentem nihil esse electuram. Quod si deliberatio secutura de prosequenda an mutanda cogitandi materia, hinc de nova ista deliberatione eadem rursus ratiocinatio institui potest et proinde tandem vel venietur ad diversionem sine deliberatione, quae praevideri potest ex natura intellectus, vel conclusionem sine diversione, quae qualis futura sit praevideri potest ex natura voluntatis. Voluntas enim nisi ad alias cogitationes divertatur certo eliget quod melius apparet. Atque hac obliqua arte nos intellectui nostro ac conscientiae opponimus, dum mutamus cogitandi objectum sive deliberato consilio, sive consuetudine ad grata delabendi. Gratia duobus modis nos juvat, uno dum intellectum illustrat, altero dum attentionem dat figitque Mentem ne objectum mutet. Nulla creatura praevidere potest quid homo sit electurus infallibiliter.

Inepte passim in scholis de Libertate humana disseritur nullo respectu habito ad ea quae fieri solent. Nunquam datur perfecta indifferentia, semper potuisset ratio reddi electionis, si quis accurate observasset per quas vias mens ad eam pervenit.

Necessitas consequentiae est quae fundatur in principio contradictionis, seu in Hypothesi, quae id ipsum de quo quaeritur jam involvit.[2] Hinc sequitur in rebus facti nullam dari posse necessitatem consequentis, seu ut ipsae jam involvant necessitatem sine ulla Hypothesi, nam necessitas non potest demonstrari nisi per principium contradictionis, id est ex eo quod res jam supponitur. At in propositionibus aeternae veritatis res secus habet, quia ibi non agitur de existentia, sed tantum de Hypotheticis propositionibus.

---

[2] *Am Rande*: NB.

1 unde (*1*) sciemus eam non esse di (*2*) scietur *L* 2 ipsius (*1*) praeter (*2*) pariter *L* 5 intentum, (*1*) scimus (*2*) scitur *L* 6 secutura (*1*) est eodem (*2*) de *L* 7 hinc (*1*) rursus sciri potest utrum novae (*2*) de *L* 8 deliberatione, (*1*) vel ad conclusionem sine di (*2*) quae *L* 11 f. conscientiae | nos *str. Hrsg.* | opponimus *L* 12 sive | sponte, sive *gestr.* | deliberato *L* 14 dum (*1*) anim (*2*) intenti (*3*) attentionem *L* 14 figitque (*1*) voluntatem (*2*) Mentem *L* 14 ne (*1*) materiam (*2*) | objectum *erg.* | *L* 14 f. Nulla . . . infallibiliter. *erg. L* 17 indifferentia, (*1*) nunquam (*2*) non (*3*) si quis acc (*4*) semper | non *gestr.* | potuisset *L* 17 f. reddi (*1*) conclusionis sive resolutionis (*2*) electionis, *L* 18 quas (*1*) ambages (*2*) vias *L* 19 f. in (*1*) principio (*2*) Hypothesi *L* 20 quo (*1*) ponitur (*2*) quaeritur *L* 23 f. aeternae (*1*) necessitatis (*2*) veritatis *L*

Hinc dicendum est nullam propositionem absolutam (praeterquam eam quae sequitur ex natura Dei) esse necessariam, et sane nullum Ens per suam essentiam seu necessario existit praeter Deum.

In quaestione illa magna: utrum causa secunda determinet primam, an prima secundam, respondendum est, primam determinari a secunda sumta idealiter, seu ideam secundae deprehensam in intellectu divino determinare primae voluntatem. At secundam sumtam actualiter determinari a prima, seu omnem ab ea entitatem suam accipere.

Nulla substantia capax est Actionis transeuntis, sed tantum immanentis, excepto solo Deo a quo substantiae caeterae dependent.

Non sufficit dicere Notionem plenam creaturae involvere etiam omnem seriem gratiarum. Nam cum gratiae divinae sint liberae et a decreto proficiscantur, involvet etiam decreta divina, eorumque rationes. Itaque rursus quaeritur quae sit ratio decreti dandae gratiae. Ea igitur sumenda rursus est a consideratione reliqui quod in possibili illa notione est, praeciso gratiae decreto. Imo verum possibile est gratiae decreta innumeris copulari modis secundum certos rerum ordines, verum Deus non eligit nisi unum. Ratio igitur decretorum gratiae aut concursus sumenda est ex unoquoque ordine possibili totius universi.

Quaeritur quid sit illud in voluntate humana quod attendens Deus eligit potius concurrere uni actui quam alteri. Non est actio voluntatis, quia ea concursum Dei essentialiter jam involvit. Eritne ergo simpliciter et praecise ipsa futuritas actionis, sed ista futuritas actionis estne denominatio intrinseca seu realis aliqua affectio in voluntate. Si est, voluntas non est indifferens, quippe affecta hac naturaliter praedeterminante qualitate ex qua infallibiliter sequitur actio; si ista futuritas est denominatio extrinseca, quaeritur in quanam intrinseca denominatione habeat suum fundamentum, eaque ubinam debet esse vel in Deo vel in ipsa voluntate, alia enim nihil ad rem pertinent. Si in Deo redimus ad praedeterminationem a Deo, si in voluntate redimus ad praedeterminationem idealem a creatura.

2 Ens (*1*) agit per (*2*) per *L* 5 est (*1*) Ideam causae (*2*) , primam *L* 6 determinare (*1*) primam (*2*) primae *L* 7 sumtam actualiter *erg.* *L* 10 dicere (*1*) Actionem (*2*) Notionem *L* 10 plenam (*1*) secun (*2*) rei (*3*) creaturae *L* 10 involvere (*1*) omnem (*2*) etiam *L* 12 sit (*1*) caus (*2*) ratio *L* 14 Imo (*1*) potius cum possibile sit (*2*) verum . . . est *L* 16 decretorum (*1*) connex (*2*) gratiae *L* 16 ordine (*1*) rerum (*2*) possibili *L* 19 uni (*1*) concursui (*2*) actui *L* 19 alteri. (*1*) Aut enim (*2*) Non *L* 19 ea (*1*) potius (*2*) concursum (*a*) prae (*b*) Dei *L* 20 involvit. (*1*) Nec est (*2*) Eritne *L* 23 qualitate (*1*) ; si est tantum (*2*) ex *L* 26 praedeterminationem (*1*) physicam, si in (*a*) voluntate redimus (*b*) volu (*2*) a *L*

Si considerassent homines ideam seu notionem creaturae (involventem decreta divina possibilia generalia) priorem esse decreto divinae voluntatis (actuali speciali de ipsa), quippe fundatam in ejus intellectu, utique difficultates omnes facile evitassent, atque vidissent quomodo Deus producat omnem realitatem in malis actionibus nec tamen sit causa mali, et quomodo justus sit, nec homines indifferentes determinet, alios ad miseriam alios ad felicitatem, quia ideae eorum nunquam sunt indifferentes.

Quaestio celebratissima, utrum entitas illa creata seu realitas in qua consistit natura gratiae efficacis, habeat infallibilem connexionem cum consensu hominis ex vi propriae entitatis, seu an sit efficax per seipsam, an vero illa certitudo petenda sit ex conditionata scientia Dei qui praeviderat Mentem consensuram si talis gratia ei daretur. Sed re recte expensa ponamus certitudinem Dei oriri ex eo quod praevidit mentem assensuram. Quaeritur unde praeviderit hanc connexionem? Omnino tam ex consideratione mentis [quam] gratiae, scit enim tum qualis sit futurus status mentis, tum quid ei gratia sit superadditura, perinde est ac si quaeratur. Illud tamen certum est, gratiam esse primum principium activum circa pias actiones.

\# Quaeri[3] potest an non gratia efficax et inefficax aliquando in se ipsis sint similes. Differant vero tantum subjecto recipiente. Fieri enim potest, ut quod in uno sit efficax, in alio sit inefficax. Et in hac quaestione revera consistit totus controversiae de auxiliis nervus. An scilicet in omnibus quibus datur efficax gratia talis detur gratiae gradus, ut sua natura in quodcunque subjectum incidisset, conversionem producturus fuisset.

\# Utique fatendum videtur etiam ab his qui negant concursum Dei proximum immediatumque ad omnes actus, Deum alio modo concurrere ad actum amoris quam ad actum odii. Et tamen hoc videtur oblique negare P. Ludovicus de Dola pag. 107.

[3] Hujusmodi quaestiones quales sub # signis reperiuntur; a Scholasticis terminis rem reducunt ad populares.

1 f. (involventem . . . generalia) *erg. L* 2 esse (*1*) omni decreto (*2*) decreto *L* 2 f. (actuali . . . ipsa) *erg. L* 4 atque (*1*) scivisse (*2*) vidissent *L* 5 nec (*1*) judi (*2*) volu (*3*) homines *L* 6 eorum (*1*) semper (*2*) nunquam *L* 6 f. indifferentes. (*1*) Non est necessaria connexio inter actiones et mentium status nam secundum certas ordinis leges (*2*) Quaestio *L* 10 praeviderat (*1*) ex natura Mentis secuta (*2*) Mentem *L* 13 tam *L ändert Hrsg.* 17 tantum (*1*) in objecto (*2*) subjecto *L* 18 totus (*1*) negotii nervus (*2*) controversiae *L* 19 scilicet (*1*) talis aliquis detur gr (*2*) in *L* 21 f. fuisset. (*1*) Deus (*2*) Utique *L*

25 Vgl. LUDOVICUS A DOLA, *De modo conjunctionis concursuum Dei et creaturarum*, Lyon 1634.

Quia impossibilis est conditio ut creatura operetur sine concursu Dei, impossibile est Deum praevidere quid creatura per se vi solius liberi arbitrii esset factura. Itaque tantum Deus praevidere potest ad quod Creatura sit magis inclinata. Itaque res redit tandem ad doctrinam de inclinationibus non necessitantibus.

Anne dici potest etiam in ideis possibilibus contineri voluntates divinas, et concursus ad existendum tanquam possibiles, seu ipsum formale existentiae habeat essentiam quandam, sed inde sequeretur nova opus esse existentia. Formalis ratio existentiae rerum contingentium videtur esse Enti necessario placere. At nonne possibile est et ea quae non existunt Enti necessario placere? utique possibile est, sed non est possibile ea magis placere. Ergo nec possibile est ea existere. Difficultas solvenda.

## 275.ORIGO ANIMARUM ET MENTIUM
[März bis Juni 1681 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 1, 14c Bl. 10. 1 Zettel (11,1 × 14,8 cm). 2 S.

Diese Aufzeichnung über den Unterschied zwischen *mentes* und *animae* und die Fragen zu Bewußtsein und Erinnerung datieren wir aufgrund des Wasserzeichens.

### Origo Animarum et Mentium

Quatenus Deus universum refert ad certum quoddam corpus, ipsumquetotum velut ex hoc corpore spectat sive quod idem est omnes apparentias seu rerum relationes ad hoc corpus velut immobile consideratum cogitat, eo ipso corporis hujus forma substantialis sive anima inde resultat quae sensu quodam atque appetitu absolvitur. Inest enim rebus omnibus quidam sensus atque appetitus naturalis qui legibus Mechanismi nihil derogat; neque enim ille tam causa quam occasio agendi est Deo.

4 f. necessitantibus. (*1*) Non videtur (*2*) Anne dici *L* 18 omnes (*1*) relationes (*2*) apparentias . . . relationes *L* 19 f. forma substantialis sive *erg. L* 20 resultat (*1*) sed quatenus Deus praeterea (*2*) quae . . . absolvitur. *L*

Mentes autem oriuntur, cum Deus totum universum considerat non tantum, ut Systema rerum sed et ut Civitatem cujus ipse Rex est. Itaque Mentes non tantum perfectione differunt ab Animabus aliis, sed et toto genere sive natura. Dedit enim Deus mentibus, ut cogitent de seipsis, unde oritur reminiscentia quae facit ut mens semper meminerit se eandem illam esse quae prius. Hinc sequitur etiam immortalitas, neque enim vel incipere potest sui oblivisci, semperque cogitatio alia aliam trahit. At in animabus nulla est causa cur easdem manere dicamus, tametsi a corpore sint distinctae. Vera enim conservatio, consistit in conservationis suae sensu, qui si absit perinde est ac si extinctus sim, et alius creatus loco mei; neque enim unum ab altero discerni potest; adeoque pro eodem habendum est.

Brutis est sensus, decretumque, sed non animadversio. In Deo solo est intelligere velle posse. In nobis est intellectus et voluntas, sed potentia nulla.

Realitatem differre ab existentia rei in certo aliquo momento vel ex eo intelligi potest, quod tempus ipsum quandam realitatem habet, neque tamen unquam dici potest, ipsum nunc existere, persona intelligens et intellecta certo quodam modo duae sunt, etsi alio quodam modo sint una eademque. Sunt enim una eademque ex Hypothesi. Ponitur enim Mens seipsam intelligere. Duae sunt tamen, eo ipso quod duo sunt quodammodo diversa inter quae relatio est quaedam. Est itaque in Mente Binitas quaedam, sed cum in Deo ipsa intellectio sit perpetuum quiddam et subsistens, ideo veram Trinitatis ideam habere non possumus; possumus tamen non minus accurate demonstrare Trinitatem in Deo sed binitatem in nobis. Contradictio in his nulla, quia non satis considerant homines quid sit idem et diversum.

2 ut (*1*) Rempublicam (*2*) | civitatem *erg.* | *L* 4 ut (*1*) anima (*2*) | mens *erg.* | *L* 5 f. immortalitas (*1*) cum in (*a*) aliis men (*b*) anima sit (*c*) animabus nulla sit (*2*) neque . . . est *L* 13 rei *erg.* *L* 13 certo (*1*) tempore (*2*) | aliquo *erg.* | *L* 15 existere (*1*) Intelligens et ill (*2*) persona *L* 18 in (*1*) homin (*2*) Mente *L*

## 276.ERINNERUNG UND EINHEIT DER PERSON. EINE BEOBACHTUNG 1683

**Überlieferung:** *L* Aufzeichnung: LBr 343 Bl. 390a. 1 Zettel (5 × 16,5 cm). 1 $^1/_2$ S.

1683 Zellerfeld

Der junge Schwalenberg erzehlte, daß er einsmahls von einer Winde auffen boden an den Kopf geschlagen wurde, also daß er nicht gewust wie ihm geschehen wereauch vor todt herunter gebracht worden, als er nun wieder zu sich gekommen, habe ihm gedeucht, als erwache er aus einem tiefen schlaff, und were ihm gar wohl gewesen, ich fragte ihn, ob ihm nicht etwas gleichsam getraumet, antwort nein; ob er solch Zeit über einige empfindligkeit gehabt, antwort im geringsten nicht, alleine ich habe ihm gleichwohl erwiesen, daß er die Zeit über nicht gar ohne Gedancken gewesen seyn müße, dann wofern daß gewesen, so würde er nicht gespuhret haben, daß einige Zeit oder *intervallum* gleichwohl verfloßen gewesen, zwischen dem moment da er zulezt von der Winde gewußt, und den moment, da er wieder erwachet, wie er mir gleichwohl gestehen müßen. Und sonst hatte er sich ja nothwendig müßen einbilden (in dem moment da er aufgewachet), er stünde noch vor der Winde, und fände die sachen in dem stande da er sie gelassen, würde sich auch nach der Winde und den dabey gestandenen leuten umbgesehen haben. Doch kondte man repliciren durch den schlag were ihm deren erinnerung vergangen. Ist also die sach ferner zu untersuchen. *Vereor ne sit parallelismus, nam species immutata, ne amplius ita vivida esset, et ex eo de intervallo temporis judicatum.*

5 erzehlte | mir *gestr.* | , daß *L* 10 einige (*1*) empfindung (*2*) empfindligkeit *L*

# 277. MATERIAM ET MOTUM ESSE PHAENOMENA TANTUM
[Winter 1682/83 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 6, 12f Bl. 22. 1 Zettel (8 × 20 cm). 1 $^1/_4$ S.

*E* COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 185 f.

Unser und die beiden folgenden Stücke beschäftigen sich mit der Phänomenalität von Ausdehnung, Bewegung, Materie bzw. des ausschließlich extensiv verstandenen Körpers. Dabei versucht N. 278 in axiomatischer Form den Nachweis zu erbringen, Körper seien bloße Phänomene und könnten nur dann Realität erhalten, wenn in ihnen mehr als bloße Ausdehnung angenommen wird. In N. 279 wird dann – noch unter Bezugnahme auf die aristotelischen Komplementärbegriffe der Materie und Form – die Behauptung aufgestellt, jede körperliche Substanz müsse eine Seele besitzen. Da N. 279 wegen des Rechnungsdatums noch 8. April 1683 oder etwas später entstanden sein wird, ordnen wir die anderen beiden Stücke dem Zeitraum bis zu diesem Datum zu und stellen sie voran.

Materiam et Motum esse phaenomena tantum, seu continerein se aliquid imaginarii, ex eo intelligi potest, quod de iis diversae hypotheses contradictoriae fieri possunt, quae tamen omnes perfecte satisfaciunt phaenomenis, ita ut nulla possit ratio excogitari definiendi utra sit praeferenda. Cum tamen in realibus, omnis veritas accurate inveniri et demonstrari possit. Ita de motu alibi ostendi, non posse definiri in quo sit subjecto; et de materia non potest dici, utrum sit sublata. Exempli causa dici non potest an locus sit vacuus an materia perfecte fluida plenus; nihil enim interest. Item si quis fingat materiae partem esse sublatam, reliquae in ejus locum succedent; ab omnibus partibus universi, quod cum sit indefinitum, in extremis ejus quae nulla sunt non potest intelligi aliquod vacuari in locum spatii repleti quod corpus destructum deseruit. Itaque omnia erunt ut ante. Si quis fingat Deum conservare locum illum vacuum, perinde est ac si fingamus non corpus in eo esse destructum, sed infinita celeritate moveri, ut resistat iis quae ab omni parte ingredi conantur, nec tamen in ipsa agere aliter seu ea repellere, Deo eum effectum destruente.

14 esse . . . seu *erg.* *L*  16 possit (*1*) nota (*2*) ratio *L*  18 motu (*1*) aliquid (*2*) alibi *L*  20 f. materiae *erg.* *L*

## 278. AN CORPORA SINT MERA PHAENOMENA
[Winter 1682/83 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH I 20 Bl. 209. 1 Zettel (8,5 × 8 cm). 2 S.

Zur Datierung vgl. N. 277.

1) Pono id quod non majorem habet Unionem, quam lignain fasce seu strue lignorum, vel lateres sibi impositi, non esse proprie unum Ens sed potius Entia, licet unum pro omnibus nomen ponatur.

Idque verum esse sive parva sive magna sit eorum distantia item sive lateres illi aut ligna in strue sint bene coordinata, sive non, id enim Unionem eorum non facit majorem; item licet singulae partes quendam motum communem habeant, vel aliud quiddam quod de omnibus praedicari possit.

2) Pono item in corpore nihil aliud quam extensionem intelligi seu quod habeat partes extra partes.

3) Pono denique omne corpus esse actu divisum in plures partes, quae sint etiam corpora.

Hinc sequitur

Primo nullum dari unum corpus.

Secundo imo nec ulla dari corpora, quae nihil aliud sunt quam corpus et corpus.

Hinc sequitur aut corpora esse mera phaenomena, non vero Entia realia, aut in corporibus aliud esse quam extensionem.

Argumentum hoc procedit, etiamsi positio tertia non concedatur. Modo concedatur, solum contactum non facere unum Ens, et proinde si duo fingantur corpora triangularia aequalia (non amplius subdivisa) quae componunt cubum, non magis ex iis fieri unum novum Ens, quam si ita se tangant tantum per apices seu in punctis. Item non magis fieri ex iis unum Ens, si alterum apud alterum in illa compositione cubi quiescat, quam si

6 f. , licet . . . ponatur *erg. L* 8 sive parva . . . item *erg. L* 10 partes (*1*) unum (*2*) quendam *L* 10 motum (*1*) vel aliud qui (*2*) communem *L* 12 f. 2) Pono . . . aliud (*1*) dari (*2*) quam . . . partes. *erg. L* 15 f. corpora. | Pono denique in corpore nihil aliud intelligi quam Extensionem. *str. Hrsg.* | Hinc *L* 17 Primo (*1*) nunquam (*2*) nihil (*3*) nullum *L* 18 f. corpus. (*1*) At hoc est absurdum (*2*) Hoc argument (*3*) Hinc *L* 19 esse (*1*) chimaer (*2*) mera *L* 21 etiamsi (*1*) non (*2*) positio (*a*) secunda (*b*) tertia *L* 21 concedatur. (*1*) Nam (*2*) Modo *L* 21 f. concedatur, (*1*) non magis (*2*) solum *L* 25 cubi (*1*) resultent (*2*) quiescat, *L*

moveantur aut si momento aliquo tantum sint illa situatione cubi, unde sequeretur cubum simul nasci et interire.

Item non magis fieri inde unum novum Ens, sive moveantur ita ut se tangant, sed motu in aequali, aut in diversa; sive moveantur ut comites cubum componentes.

## 279.MIRA DE NATURA SUBSTANTIAE CORPOREAE
[29. März 1683]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 1, 14c Bl. 11. 1 Streifen (3,5 × 19 cm), zweimal gefaltet. 2 S. auf Bl. 11 v°, r°.

Auf dem Manuskript steht der Rest einer Rechnung aus Osterode vom 29. März 1683.

### Mira de natura substantiae corporeae

Etsi extensio et motus prae aliis qualitatibus distinctius intelligantur, caeterae enim ipsis adhibitis sunt explicandae,revera tamen fatendum est, neque extensionem, neque motum a nobis omnino distincte intelligi tum quia semper involvimur difficultatibus de compositione continui atque infinito, tum quia revera nullae certae figurae extant in natura rerum ac proinde nec certi motus. Et quemadmodum color et sonus, ita etiam extensio et motus sunt phaenomena potius quam vera rerum attributa quae sine respectu ad nos absolutam quandam naturam contineant. Revera enim dici non potest cuinam subjecto insit motus, et proinde nihil in motu reale est, praeter vim et potentiam in rebus inditam, seu talem earum constitutionem, ut inde sequatur phaenomenorum mutatio certis regulis alligata.

Extensio non pertinet ad substantiam corporis, ut nec motus sed tantum materia seu principium passionis, sive limitatae naturae, et forma seu principium actionis sive naturae illimitatae. Nam est in omni creatura et limitatum et infinitum. Limitatum respectu cognitionis distinctae, et potentiae irresistibilis. Illimitatum vero respectu

1 f. moveantur (*1*) Ita in diversa (*2*) aut . . . interire. *L* 11 qualitatibus (*1*) distincte (*2*) | distinctius *erg.* | *L* 13 omnino *erg. L*

cognitionis confusae, et actionis refractae. Est enim omnis Anima aut potius omnis substantia corporea omniscia confuse et omnipotens refracte. Nihil enim in toto mundo fit, quod non percipiat, et nihil ipsa conatur, quod non in infinitum pertingat. Forma non male dicetur actus primus. Omnis creatura habet materiam et formam sive corporea est. Omnis substantia est immortalis. Omnis substantia corporea habet animam. Omnis anima est immortalis. Probabile est omnem animam imo omnem substantiam corpoream semper ab initio rerum extitisse. Strues aliqua seu ens per aggregationem ut lapidum congeries non dicetur substantia corporea sed est phaenomenon tantum. Substantia corporea nullam habet extensionem definitam.

Quot sunt animae Tot sunt Atomi substantiales seu substantiae corporeae.

Si moles est de essentia humanae substantiae explicari non potest quomodo homo idem maneat.

Difficultates inextricabiles de origine rerum et formarum cessant, quia nulla earum origo aut substantiarum generatio.

## 280. ABSURDUM, FALSUM, DIFFICILE CARTESII
[1683 bis 1685 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 1, 4b Bl. 2. 1 Zettel (20 × 7 cm). (Buchstabenreste an unterer, vorgezeichneter Schnittkante.) 1 S.

Zur Datierung vgl. N. 289.

Ait Cartesius materiam omnes formas quarum est capax ordine assumere.

Quod mihi videtur absurdum.

Falsa est ratiocinatio Cartesii quod Dei seu Entis perfectissimi ideam habeamus, quia vocabula illa *Ens*, et *perfectum*, et *summum*, intelligimus. Eodem argumento

7 ab initio rerum *erg. L*  8 sed . . . tantum *erg. L*  20 (*1*) P. Fabri (*2*) Ait *L*

---

20 R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, III, 47 (A.T. VIII, S. 103). – Vgl. N. $327_2$, nach Tafel Abs. 2; N. 326, Abs. 3 und II, 1 N. 222, S. 505.  22 f. Vgl. R. DESCARTES, *Meditationes, Secundae Responsiones* (A.T. VII, S. 163).

probabitur nos habere ideam Motus celerrimi, vel Numeri maximi, quia vocabula intelligimus. Cum tamen rei impossibilis idea sit nulla.

Videtur mihi Corpora omnia non nisi modos esse, neque enim ullum argumentum est, quo ostendi possit ea agere et pati, nihil aliud sunt quam sensiones nostrae. Nihil aliud ergo est corpus quam objectum sensionis; causa actionum quae corporibus tribuimus sine ratione Deus est. Omnes actiones sunt Dei, praeterquam nostrae, mentium scilicet, ergo corporum realitas nihil differt a realitate somniorum, nisi quod constantia sunt, et regula quadam nituntur, ea autem regula oritur a Dei voluntate, id est ab intellectu melioris. Causa ergo cur Cartesius difficultatem invenerit in unione mentis et corporis, est, quia corpora ut substantias consideravit, ego vero considero ut modos mentis, causa autem cur diversae mentes consentientia sentiant, est quia omnes cum eodem Ente nempe Deo, communicant. Dices eodem argumento, ostendi posse, nec debere asseri quod sint Mentes, quia nullus modus probandi quod sint. Imo respondeo est aliquis. Nam a priori ostendi potest, plures esse modos possibiles se non turbantes res sentiendi, et proinde necesse est illas existere. At de corporibus demonstratio est. Impossibile est enim ullam rationem etiam ab omniscio aliquo excogitari unde probetur quod corpora sint substantiae, unde nec sunt substantiae.

4 pati, | imo *gestr.* | nihil *L* 5 quam (*1*) Ens (*2*) objectum *L* 10 consideravit, (*1*) nos (*2*) ego *L* 11 f. quia (*1*) Deus (*2*) omnes (*a*) de eodem Ente nempe de (*b*) cum . . . nempe *L*

9 f. Vgl. R. DESCARTES, *Meditationes de prima philosophia*, 1641, III (A.T. VII, S. 44 f.). – Vgl. N. 341, vor Fußnote 4.

## 281.DE RESOLVENDA NOTIONE EXTENSIONIS CONTRA CARTESIANOS [1683 bis 1685 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 6, 12f Bl. 12. 1 Zettel (7,5 × 6 cm). 18 Zeilen.

Zur Datierung vgl. N. 289.

Qui *Extensionem* tanquam primitivam notionem concipiunt, qua omnis corporis essentia absolvitur, cum aliis modis, tum etiam imaginatione mihi decipi videntur. Vident enim sese imaginando ultra ire non posse. Unde complures viri alioqui egregii Euclidem culparunt, quod demonstrare aggressus sit in triangulo duo latera majora esse tertio aliaque hujus modi quae inspectione figurae, id est imaginatione nota sunt, non animadverten[te]s, veros geometras argumento ab inspectione sive ab imaginibus nihil in demonstrando tribuere. Quod si igitur ea methodo qua Euclides processit in theorematibus procedamus in ipsis axiomatibus nihil tribuentes oculis vel imaginationi, videbimus *Extensionem* necessario resolvi debere in *numerum*, *totum* et *partem*, *continuitatem*, *positionem*. In corpore autem esse quae ex his derivari nullo modo possunt, quale quid est ipsa vis, sive potentia, sive status qui exigit mutationem.

5 tanquam (*1*) corp (*2*) corporis natu (*3*) primitivam *L* 13 in (*1*) *numerum*, et *positionem* (*2*) *numerum* *L*

7–9 vgl. EUKLID, *Elementa*, I, 20.

## 282. DE INFINITO ET IMMENSO
[1683 bis 1685 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 1, 4k Bl. 34. 1 Zettel (19,5 × 6 cm). (Auf der Rückseite Rest einer Briefadresse »Monsieur Libenitz Conseiller de S. A. S[me] a Hannover«.) 1 Seite.

*E* Bodemann, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 56.

Zur Datierung vgl. N. 289.

Bene a Cartesio animadversum sed non satis explicatum est discrimen ingens inter ea in quibus limites non intelliguntur seu ut ipse loquitur inter infinitum, et indefinitum, ut ego mallem inter infinitum et immensum. Infinitum dicere praestat id tantum, quod absolutum atque unum est, immensum seu indefinitum, in quo perpetui auctus intelliguntur seu quod concipimus tanquam conflatum ex innumeris, etsi revera tale nec unum sit nec totum. Ita omnia corpora simul nos quidem Mundum appellamus, sed revera mundus non est unum quiddam, sed hoc tantum dici potest, quocunque assumto corpore dari majus in mundo neque unquam perveniri ad corpus finitum, quod comprehendat omnia. Interim nec tale corpus infinitum datur. Itaque dici potest Mundum esse immensum, modo recte explicetur ne quis putet ullam dari substantiam corpoream infinitam.

11 indefinitum, (*1*) quod fingimus (*2*) in *L* 13 Ita (*1*) in mundo (*2*) omnia *L* 15 unquam (*1*) pers (*2*) perveniri *L* 17 explicetur (*1*) neque qui (*2*) ne *L* 17 dari (*1*) corpus in (*2*) substantiam *L*

9 R. Descartes, *Principia philosophiae*, I, 26 f.; vgl. Descartes an Chanut, 6. Juni 1647, *Lettres*, Bd 1, XXXVI, S. 149–154 (A.T. V, S. 51–56).

## 283. REFLEXIO
[1683 bis 1685 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 1, 4k Bl. 31. 1 Zettel (20 × 8 cm). 2 S.

Zur Datierung vgl. N. 289.

### Reflexio

Autor *objectionum septimarum in Meditationes Cartesii* prope finem in resp. 12. ita habet: *Si dicat* (Cartesius) *se cogitare, hoc est se intelligere, velle, imaginari, sentire, et sic cogitare, ut suam illam cogitationem actu reflexo intueatur, et consideret, adeoque cogitet sive sciat, et consideret se cogitare (quod vere est esse conscium, et actus alicujus habere conscientiam), id vero esse proprium facultatis aut rei quae posita sit supra materiam, quaeque sit plane spiritualis, eoque pacto se esse Mentem se spiritum, dicet quod nondum dixit, et quod debuit dicere, et quod expectabam ut diceret, et quod saepius* [*ubi*] *vidi parturientem, sed inani conatu, volui suggerere; dicet inquam boni aliquid, sed novi nihil, cum illud nos a nostris olim praeceptoribus acceperimus, et illi a suis, atque opinor alii ab aliis jam inde ab Adamo. . . . Si vero dicat intelligere, velle, imaginari, sentire, hoc est cogitare sic esse propria Mentis, ut nulla prorsus animalia praeter hominem cogitent, nulla imaginentur, sentiant, videant, audiant, novi dicet aliquid sed nihil boni.*

Respondet Cartesius: *Hallucinatur objector, cum ait non sufficere quod substantia aliqua sit cogitans, ut sit posita supra materiam, et plane spiritualis quam solam vult* [*vocari*] *mentem, sed insuper requiri ut actu reflexo cogitet se cogitare, sive habeat cogitationis suae conscientiam . . . Neque enim talis consideratio vel reflexio requiritur ut substantia cogitans sit posita supra materiam. Etenim prima quaevis cogitatio per quam aliquid animadvertimus, non magis differt a secunda per quam animadvertimus*

6 in *erg. L* 7 habet | non male *gestr.* | : *Si L* 13 *ut L ändert Hrsg. nach Descartes* 13 *sed erg. L* 15 *suis*, (*1*) *et jam* (*2*) *atque L* 15 *Adamo. . . .* (*1*) *Denique* (*2*) *Si* | *vero erg.* | *dicat L* 19 Cartesius: (*1*) *Hallucinari eum* (*2*) *Hallucinatur objector L* 21 *videri L ändert Hrsg. nach Descartes*

6 Autor: d. i. Pierre Bourdin. 6–18 R. DESCARTES, *Meditationes*, 2. Aufl. Amsterdam 1642, *Septimae Responsiones*, S. 105 f. (A.T. VII, S. 533–535). 19–S. 1471.9 Respondet Cartesius: a.a.O., S. 135 f. (A.T. VII, S. 559 f.).

*nos istud prius animadvertisse, quam haec a tertia per quam advertimus nos advertisse, nec ulla vel minima ratio afferri potest, si prima concedatur rei corporeae, cur non et secunda. Et periculosus est hic error tollendo enim veram et maxime intelligibilem differentiam quae est inter res corporeas et incorporeas quod nempe hae cogitent, illae non item, et aliam in ejus locum substituendo quae nullo modo essentialis videri potest, quod scilicet hae considerent se cogitare, illae non considerent, facit omne quod in se est ad impediendum ne realis humanae mentis a corpore distinctio intelligatur: eoque minus excusandus est quod brutorum animantium causae faveat, eisque non minus quam hominibus cogitationem tribui velit.*

Mihi haec Cartesii responsio non satisfacit, nam ut taceam non debere eum insultare magis objectori quam aliis omnibus, qui hactenus cogitationem (posito quod et sensus sit cogitatio), brutis tribuere; Mentem vero humanam ab anima bruti potissimum actu reflexo distinxere, haec inquam ut taceam, quia nolo autoritate pugnare; non video cur discrimen inter animas quae conscientiam sui habent et quae non habent ipsi parum essentiale videatur. Nam res quae agere potest in seipsam, essentialiter differre videtur, ab ea quae id non potest. Certe quaecunque demum sit natura cogitationis (quae quamdiu non cognita est, utique nec sciri potest, an per modos extensionis explicari queat), illud saltem manifestum est, ex extensionis conceptu non posse deduci modum agendi in seipsum. Cum autem conscientiam nobis inesse dico eorum quae in anima nostra geruntur, non hoc volo nos semper actus reflexos exercere, et cogitationes nostras atque considerationes considerare, sed nos semper nostrae cogitationis ita conscios esse, ut si quis nos admoneat, aut ipsi nos admoneamus cogitationis nostrae praecedentis sciamus nos eam habuisse. Et quod perceptio ipsius rei a nostrae perceptionis perceptione non magis differat, quam perceptio perceptionis rei, a perceptione perceptionis perceptae, non video quo jure asserat, nulla allata probatione.

4 *quae* (*1*) *nempe* (*2*) *est* *L* 10 f. insultare (*1*) ea dicenti quae (*2*) magis *L* 13 haec (*1*) autem (*2*) | inquam *erg.* | *L* 14 discrimen (*1*) et (*2*) inter *L* 15 Nam (*1*) agere posse in seipsum (*2*) res *L* 16 potest. (*1*) Uti (*2*) Certe (*a*) manifestum est, (*b*) quaecunque *L* 16 cogitationis, (*1*) quam distincte explicare non satis possumus, et proinde nec definire quam habent conne (*2*) (quae *L* 17 utique *erg.* *L* 21 semper (*1*) nostri actus (*2*) nostrae cogitationis *L*

## 284. CARTESIUS VERAM ANALYSIN AMISIT
[1683 bis 1685 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 1, 4k Bl. 42. (Verlust seit 1907.) 1 Zettel.
*E* Bodemann, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 59.

Zur Datierung vgl. N. 289.

Quod Cartesius de dubitatione jactat, aut falsum est et damnosum aut huc reducitur: quaerere demonstrationes etiam maxime receptarum veritatum, et hoc demum dubitationis theoreticae genus plane innocens est. At Cartesius, qui dubitationes in principio philosophandi tantopere inculcat, axiomatum probationes omittens eo ipso veram analysin amisit.

## 285. REMARQUES SUR LES METHODES DES MODERNES POUR LA RECHERCHE DE LA VERITE
[1683 bis 1685 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 1, 4k Bl. 36. 1 Zettel (11 × 9,5 cm). 1 S.
*E* Bodemann, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 56 f.

Zur Datierung vgl. N. 289.

Remarques sur la *Methode* de Mons. des Cartes
et sur la *recherche de la verité* du R. P. de Mallebranche,
ou bien
Remarques sur les methodes des modernes pour la recherche de la verité

22 methodes (*1*) de ⟨quel⟩ (*2*) des modernes (*a*) qui doivent servir à | (*b*) pour *erg.* | *L*

M. des Cartes parle avec exactitude, le R. P. Mallebranche a revestu ses pensées d'un stile d'orateur, ce que je ne blame point;car quand on a une fois pensé juste, les expressions figurées sont utiles pour gagner ceux à qui les meditations abstraites font peine. Cependant quand on a de l'indulgence pour les metaphores, il faut se bien garder de ne pas donner dans les illusions.

## 286. DE CONSCIENTIA MEMORIAQUE
[1683 bis 1685 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 1, 4k Bl. 40. 1 Zettel (11 × 12 cm). (Wort-Reste an der unteren Rißkante.) 1 S.

*E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 58 f.

Zur Datierung vgl. N. 289.

Conscientia est nostrarum actionum memoria. Cartesius vult ideo nulli demonstrationi posse fidi, quia omnis demonstratio memoria praecedentium propositionum indiget; in qua nos potentia alicujus mali genii fortasse falli posset. Sed si hucusque producimus dubitandi titulos, etiam conscientiae nostrae de praesentibus fidere non licet, semper enim involvitur memoria, cum nihil sit absolute loquendo praesens praeter momentum.

Memoriam in demonstrando sublevant scripturae seu notae, nullum autem dari malum genium qui nos in illis quoque adulterandis fallat nihil melius firmat quam successus seu felix eventus, in quem denique omnis certitudinis nostrae fiducia resolvitur, nec aliter somnium valde clarum a vigilia distingui potest.

2 f. les (*1*) metaphores et les comparaisons (*2*) expressions *L* 3 pour (*1*) persuader ceux (*2*) gagner *L* 4 Cependant (*1*) il faut se bien garder (*2*) quand *L* 13 Conscientia (*1*) se habet ad praesentia ut memoria ad praeterita; seu conscientia est memoria (*2*) est nostrarum (*a*) operationum (*b*) actionum *L* 15 Sed (*1*) eadem (*2*) si *L* 20 quoque *erg.* *L* 21 felix *erg.* *L* 22 aliter (*1*) somnia (*2*) somnium (*a*) a vigilia per (*b*) valde *L*

13–15 Vgl. R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, I, 5 u. 13.

Datur Conscientia visionis, apparitionis, voluptatis, doloris; non datur conscientia veritatis, certitudinis, justitiae, eorumve omnium quae colligi debent, ideoque nec de eis jurari potest.

## 287. DE ANIMALIS ANIMA
[1683 bis 1685 (?)]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 1, 4k Bl. 35. 1 Zettel (6,5 × 7 cm). 1 S.
*E* Bodemann, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 56.

Zur Datierung vgl. N. 289.

Vereor ne sententia Cartesianorum refutetur aliquando per experientiam si homines curam sumerent majorem in instituendis animalibus. Recte asserit Cartesius scribens Moro, se scire demonstrative quod omnes bestiarum actus sine anima explicari possint, ita ut contrarium non possit demonstrari, sed hoc intelligendum de rigore metaphysico, quo nec de aliis hominibus id demonstrari potest.

1 apparitionis, (*1*) non datur conscientia (*2*) voluptatis, *L* 11 Cartesius (*1*) se scire de (*2*) scribens *L*

11–13 Vgl. Descartes an More, 5. Februar 1649, *Lettres*, Bd 1, LXVII, S. 273–275 (A.T. V, S. 276–278).

# 288. PERICULOSA IN CARTESIO
[Sommer 1683 bis Winter 1684/85]

**Überlieferung:**
*L* Konzept: LH IV 1, 4k Bl. 25. 1 Bl. 2°. 2 S.
*E* W. Janke, *Die Emendation der Metaphysik*, Frankfurt 1963, S. 235–238.

Zur Datierung vgl. N. 289.

Wir geben die wörtlichen Descartes-Passagen (in der Regel von Leibniz unterstrichen) kursiv, die von Leibniz unterstrichenen, aber frei paraphrasierten Descartes-Passagen gesperrt wieder.

## Periculosa in Cartesio

Cartesius *Princip.* part. 1. art. 28 *nullas* inquit, *unquam rationes circa res naturales a fine quem Deus aut natura in iis faciendis sibi proposuit desumemus, quia non tantum nobis debemus arrogare ut consiliorum ejus participes esse putemus.* Haec si ita sint periit Anatomicis consideratio de usu partium. Periit etiam theologia naturalis; neque enim praemia ac poenae post mortem naturali ratione nisi argumentis a fine sumtis demonstrari possunt. Occulte hic insinuat Deum non agere secundum rationem boni.

Artic. 34. *requiritur etiam voluntas ut rei aliquo modo perceptae assensio praebeatur.*

Artic. [37]. putat nos verum etiam perceptum posse non amplecti, idque esse libere agere, non necessario; ideoque laude dignum. Cum tamen Deus et angeli non possint non amplecti veritatem, nec ideo minus libere et laudabiliter agant. Videtur hic error haustus ex Jesuitarum Scholis. Explicat mentem suam in *Medit.* 4. ubi Indifferentiam ait esse infimum libertatis gradum. Sed quae illic dicit cum his nonnihil pugnare videntur. Indifferentia autem nulla videtur esse in rebus.

10 *Princip.* (*1*) parte 1. artic. 4 *dubitabimus etiam*, inquit, *de iis principiis, quae hactenus putavimus esse per se nota*. Hinc sequitur ista quoque principia esse demonstranda, sed hujus sententiae postea oblitus est artic. 10, 13, 49. (*2*) part. 1. *L* 13 partium. (*1*) Periunt (*2*) Periit *L* 15 Occulte . . . boni *erg. L* 18 35 *L ändert Hrsg.* 21–23 Explicat . . . gradum. (*1*) Ignos (*2*) Sed . . . rebus. *erg. L*

10 (Variante) artic. 4, richtig: artic. 5. 22 R. Descartes, *Meditationes*, IV (A.T. VII, S. 58).

Artic. 38. *Nec, quemadmodum inter nos homines, si quis habeat potestatem aliquod malum impediendi nec tamen impediat ipsum dicimus esse ejus causam; ita etiam quia potuisset Deus efficere ut nunquam falleremur, ideo errorum nostrorum causa esse putandus. Potestas enim quam homines habent uni in alios ad hoc est instituta, ut ipsa utantur ad homines a malis revocandos, ea autem quam Deus habet in omnes, est quam maxime absoluta et libera.*

Hoc est defendere absolutum quoddam decretum, et Deo tribuere jus in omnia ex sola omnipotentia, quemadmodum et Hobbes facit; ita ut tyrannus ideo tantum culpandus sit, quia a superiore puniri potest; Deo autem impune (absit verbo *blasphemia*) liceat esse tyranno, quia neminem habet quem metuat. Si voluisset fines rerum cum Platone et Aristotele inspicere, intellexisset Deum non absoluto decreto, sed optimo modo, et fine quodam proposito omnia agere: ideoque non potentiam tantum ejus, sed et ipsam justitiam sive sapientiam et caritatem qua omnes creaturas rationales complectitur, in causa esse cur ita egerit quemadmodum egit. Quin ipse melius philosophatur in *meditatione* 4.

Quemadmodum artic. 26. non vult nos respondere objectionibus de infinito, ita artic. 40. 41. non vult nos respondere difficultati de conciliatione liberi arbitrii et praeordinationis rerum, quia mens nostra finita non omnia comprehendit. Sed o bone vir non est hic quaestio de comprehensione rerum infinitarum, sed de responsione ad argumentum thesi tuae contrarium. Tu vero respondes ad conclusionem negando te ad respondendum teneri. Pari jure poteris quidvis tueri. Mihi videtur hoc esse effugium vera animi sensa artificiose celantis Nicodemica prudentia. Verebatur enim in artic. 26 dicere mundum esse infinitum, et in artic. 41 metuebat ne Stoicae fatalitatis patronus haberetur.

Parte 2. *Princip.* artic. 9. inquit: *quamvis forte nonnulli aliud dicant, non tamen ipsos aliud ea de re percipere, sed cum substantiam ab extensione aut quantitate distinguunt, vel nihil per nomen substantiae intelligunt, vel confusam tantum substantiae incorporeae ideam habent, quam falso tribuunt corporeae, hujusque substantiae corporeae veram ideam extensioni relinquunt, quam tamen accidens vocant atque ita plane*

8 ut (*1*) De (*2*) tyrannus *L* 11 et (*1*) secundum fines quosdam (*2*) fine *L* 18 f. nostra (*1*) infi (*2*) finita *L* 20 rerum infinitarum *erg. L* 21 ad (*1*) concludendum (*2*) conclusionem *L* 22 effugium (*1*) hominis (*2*) vera *L* 23 artic. (*1*) 40 (*2*) 26 *L* 24 f. haberetur (*1*) artic. 51. videtur dicere unicam tantum esse substantiam, Deum, prorsus ut Spinoza. Etsi invidiam hujus essentiae arte declinet. Fatetur enim substantiae definitionem quam affert soli Deo competere non vero et creaturis, adeoque creaturas aequivoce dici substantias (*2*) art (*3*) Parte 2. *L*

7 f. Vgl. TH. HOBBES, *De cive*, 1642, I, 14, u. I, 15, n. 5.

*aliud efferunt verbis quam mente comprehendant.* Hinc sequitur eos omnes qui hactenus dixere accidentia panis remanere in Eucharistia idem sensisse cum Lutheranis, etsi aliter loquerentur.

Supra parte 1. *Principiorum* artic. 26. 27. M u n d u m i n d e f i n i t u m e s s e dixerat, q u o d n u l l o s i n e o f i n e s p o s s i m u s i n v e n i r e. Hic paulo longius progreditur fateturque [*Principiorum* part. 2, artic. 21.] *substantiae corporeae universitatem nullos extensionis suae fines habere.* Hinc patet indefiniti nomen tantum eludendi causa ab eo fuisse introductum.

Parte 2. *Principiorum* artic. 34. subdividi quasdam materiae particulas in *tot partes, ut nullam cogitatione determinare possimus tam exiguam, quin intelligamus ipsam in alias adhuc minores reapse esse divisam.* Hinc sequitur corpus divisum esse in omnes partes in quas dividi potest, sive in minimas, id est in puncta. Id est non poterunt duo puncta assignari quae maneant simul. Nam si duo puncta maneant simul, utique cum duo sint, distantiam habebunt, adeoque portio ista materiae adhuc erit divisibilis in partes minores, adeoque reapse divisa.

Parte 3. *Principiorum* artic. [47]. *Omnino*, inquit, *parum refert quid hoc pacto supponatur* (qualia scilicet assumantur semina vel principia rerum, globuli scilicet aliaque id genus), *quia juxta leges naturae est mutandum. Et vix aliquid supponi potest ex quo non idem effectus (quanquam fortasse operosius) per easdem naturae leges deduci possit. Cum enim illarum ope materia formas omnes quarum est capax successive assumat, si formas istas ordine consideremus tandem ad illam quae est hujus mundi poterimus pervenire adeo ut hic nihil erroris ex falsa suppositione sit timendum.*

Haec ille. Vix credi autem potest quam periculosa in his paucis verbis lateant, et vero in more positum est autori nostro vera animi sensa, cum odiosa videntur, obiter animis insinuare. Nolo hic ejus ratiocinationes examinare; tantum sententiam ipsam ejusque consequentias considerabo.

Statuit ergo: materiam omnes successive suscipere formas quarum capax: Id est omnia possibilia aliquando aut alicubi existere. Et ne quis putet alias esse formas quarum materia est capax; alias quae possunt fingi; ipse satis diserte ostendat, se de illis omnibus loqui quae fingi possunt; nam ideo recte ac tuto globulos aliasve quaslibet formas a se fingi ait.

4 parte 1. *Principiorum erg. L* 4 M u n d u m (*1*) infinitum (*2*) i n d e f i n i t u m *L* 9 subdividi (*1*) materiam (*2*) quasdam . . . particulas *L* 14 sint, (*1*) subs (*2*) distantiam *L* 16 48 *L ändert Hrsg.* 17 *supponatur*, (*1*) *quia postea juxta* (*2*) (qualia *L* 25 f. tantum (*1*) sententias ipsas earumque (*2*) sententiam ipsam ejusque *L* 26 f. considerabo: (*1*) P r i m u m: materias (*2*) Statuit ergo: materiam *L* 28 quis (*1*) ab eo (*2*) putet (*a*) non omnium (*b*) alias *L* 29 diserte (*1*) expli (*2*) ostendat, *L* 30 recte (*1*) glo (*2*) ac *L* 30 globulos (*1*) aliasque (*2*) aliasve *L*

Haec jam sententia si vera est, nihil relinquit voluntati divinae ex infinitis possibilibus eligenti optima ac perfectissima. Nec perfectio Dei Ethico quodam more in eo ponenda est, ut omnia quam pulcherrime cohaereant, justitiaeque sint consentanea, sed in perfectione metaphysica qualem fingit Spinosa, Cartesius autem diserte explicare non ausus est, ut scilicet omnia possibilia producat ne quid scilicet amplitudini ejus desit. Unde jam frustra de providentia et justitia ratiocinamur. Possumus in eam ex infinitis incidisse partem Mundi, in qua oportet justos esse infelices, et impios florere. Nec vero ea de re queri debemus, quemadmodum recte ait et Spinosa. Ita enim ferebat rerum perfectio, ne qua species deesset.

Denique Cartesius in *respons. ad sextas objectiones* num. 6. et 8. sibi persuadet res ideo esse bonas, quia Deus eas esse voluit, nec ullam esse rationem bonitatis, quae fecit, ut Deus illas potius eligeret. Deus *voluit*, inquit, *trianguli tres angulos esse necessario aequales duobus rectis.* Ipsa ergo necessitas voluntaria est, unde sequitur vel necessario egisse Deum ex solo caeco naturae suae impulsu, quam voluntatem noster vocat, vel nihil esse necessarium; omniaque a Dei arbitrio pendere, etiam rationes bonitatis et justitiae. Unde sequitur nulli demonstrationi fidi posse, imo nec virtuti, quia fortasse justum est, ut Deus puniat probos. Nec ullo argumento probari potest Deum bonum veracemque esse, si ipsa veritatis bonitatisque ratio a Dei arbitrio pendet. Itaque prope cogor credere intima Cartesii sensa a Spinosae opinionibus parum abfuisse.

1 relinquit (*1*) perfectioni rerum, ac (*2*) voluntati *L* 5 ne (*1*) quide (*2*) quid *L* 10 persuadet (*1*) D (*2*) res *L* 13 f. necessitas | est *str. Hrsg.* | voluntaria *L* 14 ex (*1*) sola (*2*) solo *L* 15 impulsu, (*1*) vel nihil e (*2*) quam *L* 15 necessarium; (*1*) adeoque omnia (*2*) omniaque *L* 17 posse, (*1*) ac denique (*2*) imo *L*

4 Vgl. B. DE SPINOZA, *Ethica*, pars I, prop. 33, schol. 2. 6–8 Vgl. B. DE SPINOZA, *Tractatus theologico-politicus*, Hamburg 1670, cap. VI (GEBHARDT, *Spinoza Opera*, Bd 4, S. 86). 10–13 Denique . . . *rectis*: R. DESCARTES, *Meditationes, Sextae responsiones* (A.T. VII, S. 432; vgl. S. 435 f.).

# 289.DE LA PHILOSOPHIE CARTESIENNE
## [Sommer 1683 bis Winter 1684/85]

**Überlieferung:**

*L*[1] Konzept: LH IV 2, 6b Bl. 3–4. 1 Bog. 2°. 6 ½ Sp.

*L*[2] Reinschrift: LH IV 8 Bl. 64–65. 1 Bog. 2°. 4 S. (Unsere Druckvorlage.)

*E* GERHARDT, *Philos. Schr.* 4, S. 343–349 (nach *L*[1]).

7 (*1*) Animam (*2*) Si animas brutis concedimus, aut dicendum est eas (*3*) Animas . . . quotidie *L* 7 mundi (*1*) jam (*2*) semel *L* 9 animabus (*1*) h (*2*) brutorum (*a*) minime (*b*) rationum (*c*) rat (*d*) posterius *L* 10 animae (*1*) humanae (*2*) brutorum *L* 11 infunduntur, (*1*) omnia plena sunt | (*2*) uti (*3*) erunt omnia plena *erg.* | miraculorum, (*a*) quod (*b*) sive *L* 12 quoque *erg. L* 14 innumerae (*1*) sint (*2*) animae *L* 14 inutiles *erg. L* 15 usum; (*1*) aut dicendum erit (*a*) ex anima bruta et huma (*b*) animam brutam et huma (*2*) quod *L* 18 est. (*1*) Optimum videtur igitur dicere omnes (*2*) Quod *L* 19 credat (*1*) omnibus ⟨se⟩ (*2*) omnium. *L*

22–S. 1497.3 Concilium Viennense, sess. III, 6. Mai 1312, constitutio *Fidei catholicae*, decretum [1] (Mansi XXV, Sp. 410 E – 411 C); vgl. Concilium Lateranense V, sess. VIII, 19. Dezember 1513, bulla *Apostolici regiminis* (Mansi XXXII, Sp. 842A-C).

adversum, et revera non nisi una est unius corporis forma. Quodsi igitur non admittendum est, duas esse animas unam quae sit mens, alteram quae sit sensitiva, quoniam concilium definivit animam rationalem esse formam corporis; relinquitur ut dicamus ex anima sensitiva in momento infusionis a Deo novae perfectionis accreatione, sive transmutatione supernaturali fieri Mentem sive animam rationalem.

## 298. DE SOMNIO ET VIGILIA
[Sommer 1683 bis Winter 1685/86 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 3, 5e Bl. 2. 1 Zettel (11 × 9,5 cm). 1 S.

Zur Datierung vgl. N. 299.

Ex incohaerentia somniorum principium habetur Somnium a Vigilia distinguendi. Notavi, quae in Somnio quaerimus, non posse nos invenire, cum vigilantes eadem in simili casu reperturi essemus. Somniaveram nuper me chartam quandam in Tabula reponere, mox cum amico ostendere vellem, omni cura adhibita reperire non posse. Nempe non cartam reposueram in Tabula, sed fluxam quandam chartae repositae imaginem videram, quae disparuerat, nullumque sui vestigium in residua Tabulae imagine reliquerat.

1 , et . . . forma *erg. L*  4 momento (*1*) conceptionis (*2*) infusionis a Deo (*a*) accreari novam (*b*) novae *L*  11 in (*1*) Somniis (*2*) Somnio *L*  15 disparuerat, (*1*) alterique imagini lo (*2*) nullumque *L*

# 299. DE MODO DISTINGUENDI PHAENOMENA REALIA AB IMAGINARIIS [Sommer 1683 bis Winter 1685/86 (?)]

Diese kleine Schrift über die Kriterien, die wir haben, reale von bloß eingebildeten Phänomenen wie z.B. Träumen zu unterscheiden (z.B. Kohärenz, Voraussagbarkeit), können wir aufgrund des Wasserzeichens in den angegebenen Zeitraum einordnen. Die inhaltliche Nähe (etwa bei der Behandlung der Frage nach der Realität der Körper) zu vor allem zwischen 1683 und 1686 diskutierten Themen stützt dieses Datierung. Die kleine Bemerkung N. 298 über das Kohärenzkriterium zur Unterscheidung zwischen Wachen und Träumen dürfte eine vorab geschriebene Notiz zu derselben Problematik sein, weshalb wir sie diesem Stück unmittelbar voranstellen.

## $299_1$. GESTRICHENER ANSATZ

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 6, 8b Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. $^4/_5$ Sp. auf Bl. 1 r°. (Auf dem Bogen auch N. $299_2$.)

Si[1] *A* sit vel *B* vel *C* vel *D*, et ita porro, tunc *A* dicetur Aliquid, et specialiter Aliquis homo idem erit quod *B* homo vel *C* homo vel *D* homo, et ita porro; verbi gratia Europaeus homo vel Asiaticus homo, etc.

Si *N* sit neque *B* neque *C* neque *D*, et ita porro tunc *N* dicetur esse Nihil, atque hoc est quod vulgo dicunt Nihili nulla esse attributa. Specialiter Nullus homo idem erit quod neque Europaeus homo, neque Asiaticus homo, et ita porro.

---

[1] *Am Kopf der Seite*: Literae, ut *A, B, C* mihi significant hoc loco Terminum concretum aliquid positivi involventem, propositio ut *A est B* semper a me hoc loco intelligitur universalis, nisi aliter admoneatur.

14 Aliquis (*1*) Si *N* sit neque *B* (*2*) homo *L* 14 *B* homo (*1*) aut (*2*) vel *L* 14 f. gratia (*1*) homo (*2*) Europaeus *L* 15 vel *erg. L* 16 Nihil, (*1*) et specialiter (*2*) atque *L* 18–S. 1499.1 porro. (*1*) Si *B* sit E (*2*) Quid *L* 19 ut *erg. A, B, C* | etc. *gestr.* | mihi *L*

Quid sit Ens vel Res non melius nunc quidem declarare possum quam dicendo *A* esse Ens, et *B* esse Ens, et *C* esse Ens, et *D* esse Ens, et ita porro tanquam si dicerem Ens esse commune omnium genus. Aliquid autem et Ens revera quidem idem sunt, sed differunt in modo concipiendi. Possum etiam dicere Ens esse cujus conceptus aliquid positivi involvit, seu aliquid ponit quod a nobis concipi potest.

Existit Ens quod immediate percipi potest, aut ex eo quod immediate percipi potest sequitur. Immediate percipi illa dico, quorum nobis conscii sumus seu quae sunt intra intellectum nostrum, tunc enim medium nullum est inter id quod percipit et quod percipitur neque a Deo ratio erroris intelligi potest. Porro ut Ens definio per conceptum, ita Existens definio per sensum sive perceptionem; concipimus Entia etiam possibilia, percipimus existentia, aut quae apparent existentia.

Perceptio est cogitatio ex qua sequitur conatus agendi. Sed ut distinctius intelligamus quid sit existere, videamus quibus modis rem aliquam existere probetur. Et quidem me varia cogitantem deinde existere quoque phaenomena varia menti meae adversantia sive apparitiones plurimas.

## $299_2$. ENDGÜLTIGER TEXT

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 6, 8b Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 3 Sp. (Auf dem Bogen auch N. $299_1$.)

*E*[1] ERDMANN, 1840, S. 443–445. (Der letzte Satz fehlt.)

*E*[2] GERHARDT, *Philos. Schr.* 7, 1890, S. 319–322.

Übersetzungen: 1. LANGLEY, *New Essays*, 1896; 3. Aufl. 1949, S. 717–720. 2. BUCHENAU-CASSIRER, *Hauptschriften* 2, 1903, S. 123–128 (ohne den letzten Satz). 3. YOSHIAKI SASAKI, in KOUSAKUSHA, *Jap. ed.*, 1990, Bd 8, S. 63–71. 4. GOLDENBAUM, *Philos. Schr.*, 1992, S. 48–53.

1 vel Res *erg. L* 5 seu (*1*) quicquid a nobis concipitur. (*2*) aliquid . . . potest *L* 6 Existit (*1*) quicquid (*2*) Ens quod *L* 8 nostrum, (*1*) ubi (*2*) tunc enim *L* 9 neque . . . potest *erg. L*

De modo distinguendi phaenomena realia ab imaginariis

Ens est, cujus conceptus aliquid positivi involvit sive quod a nobis concipi potest, modo id quod concipimus sit possibile nec involvat contradictionem, quod cognoscimus tum, si conceptus sit perfecte explicatus nihilque involvat confusi, tum compendio, si res actu extiterit, quod enim existit utique est Ens vel possibile.

Quemadmodum autem Ens explicatur per distinctum conceptum, ita Existens per distinctam perceptionem, quod ut melius intelligamus videndum est quibus modis existentia probetur.

Et primum sine probatione ex simplici perceptione sive experientia existere judico, quorum intra me conscius sum, hoc est primo me varia cogitantem, deinde ipsa varia phaenomena sive apparitiones, quae in mente mea existunt. Haec enim duo cum immediate a mente percipiantur nullius alterius interventu comprobari possunt et aeque certum est existere in mente mea speciem montis aurei aut centauri cum ista somnio quam certum est, existere me qui somnio; utrumque enim continetur in hoc uno, quod certum est centaurum mihi apparere.

Videamus jam quibus indiciis cognoscamus quae phaenomena sint realia. Id ergo judicamus tum ex ipso phaenomeno, tum ex antecedentibus et consequentibus phaenomenis. Ex ipso phaenomeno si sit vividum, si multiplex, si congruum. Vividum erit, si qualitates ut lux, color, calor appareant satis intensae; multiplex erit si sint variae,

1 De . . . imaginariis *erg. L* 2–8 Ens . . . possibile. (*1*) Quemadmodum Ens (*2*) Quemadmodum . . . probetur. *erg. L* 2 involvit (*1*) sive aliquid ponit quod a nobis concipi potest (*2*) sive *L* 2 f. nobis (*1*) ⟨conci⟩ (*2*) ita concipi potest ut (*3*) concipi . . . modo (*a*) conceptus sit possibilis quod judicari potest tum (*b*) id . . . possibile *L* 3 contradictionem, (*1*) modo (*2*) quod *L* 5 utique (*1*) possibile est, unde ve (*2*) est *L* 6 distinctum *erg. L* 7 distinctam *erg. L* 7 ut (*1*) distinctius (*2*) melius *L* 7 f. intelligamus (*1*) quid sit existere, videamus (*2*) videndum . . . modis (*a*) rem ali (*b*) existentia *L* 8 f. probetur (*1*) Sine probatione autem (*2*) Et . . . probatione *L* 9 perceptione sive *erg. L* 9 f. existere (*1*) judicamus (*2*) judico | quorum . . . est *erg.* | *L* 10 ipsa *erg. L* 11 quae . . . existunt *erg. L* 12 interventu (*1*) probari (*2*) comprobari *L* 13 montis (*1*) alt (*2*) aurei *L* 13 aut (*1*) hippocentauri (*2*) centauri *L* 15 est (*1*) me Hippocentaurum somniare (*2*) centaurum . . . apparere *L*
18–S. 1501.1 phaenomeno (*1*) si valde sit distinctum, et (*a*) quamplus (*b*) quamplurima in eo percipiantur, exempli causa si (*aa*) phaenomena (*bb*) in phaenomeno non tantum colores, sed et tactiles qualitates appareant, adeo ut si velimus possimus | multas *erg.* | novas quam plurimas in eo (*aaa*) observare affectiones (*bbb*) instituere observationes. Ita (*2*) si sit (*a*) clarum, tum si sit (*aa*) distinctum, tum si sit congruum. Distinctum erit si (*bb*) congruum, tum si valde sit distinctum. | (*b*) clarum vel potius (*aa*) vehem (*bb*) vividum, si multiplex vel potius (*aaa*) foecundum (*bbb*) abundans tum demum si sit congruum. *erg.* | Clarum erit si qualitates ut lux, color, calor sint satis intensae; Distinctum erit si sint multiplices, plurimaque in phaenomeno percipi possint. (*c*) vividum si . . . aptae *L*

multisque tentaminibus ac novis observationibus instituendis aptae. Exempli causa si experiamur in phaenomeno non tantum [colores] sed et sonos, odores, sapores, tactiles qualitatesque eaque tum in toto, tum in variis ejus partibus, quas rursus variis modis tractare possumus. Quae quidem longa observationum maxime ex destinato, et cum delectu institutarum catena neque in somniis, neque in illis imaginibus, quas memoria aut phantasia objicit, occurrere solet in quibus imago plerumque tenuis est, atque inter tractandum disparet. Congruum erit phaenomenon, cum ex pluribus phaenomenis constat quorum ratio reddi potest ex se invicem, aut ex hypothesi aliqua communi satis simplice; deinde congruum erit si consuetudinem servat aliorum phaenomenorum quae crebro nobis occurrerunt, ita ut partes phaenomeni eum situm, ordinem, eventum habeant, quem similia phaenomena habuerunt. Alioqui suspecta erunt, nam si videremus homines in aëre moveri hippogryphibus Ariosti insidentes, dubitaremus credo utrum somniaremus an vigilaremus. Sed hoc indicium referri etiam potest ad alterum examinum caput, sumtum ex phaenomenis praecedentibus. Quibus phaenomenon praesens congruum esse debet, si scilicet eandem consuetudinem servent, item si ex praecedentibus ratio hujus reddi possit, aut congruant omnia hypothesi eidem tanquam rationi communi. Validissimum autem utique indicium est consensus cum tota serie vitae, maxime si idem suis quoque phaenomenis congruere alii plurimi affirment; nam alias substantias nobis similes existere non tantum probabile, sed et certum est, ut mox dicam. Sed potissimum realitatis phaenomenorum indicium quod vel solum sufficit, est successus praedicendi phaenomena futura ex praeteritis et praesentibus, sive illa praedictio in ratione aut hypothesi hactenus

1 f. si (*1*) obs (*2*) experiamur in phaenomeno *L* 2 calores *L ändert Hrsg.* 4 f. maxime . . . institutarum *erg. L* 6 solet (*1*) sed imago obscura (*2*) in . . . tenuis | et *gestr.* | est, *L* 7 phaenomenon, (*1*) si (*2*) cum *L* 8 quorum (*1*) unius ratio reddi potest ex alio, aut (*a*) cum (*aa*) red (*bb*) inveniri potest hypothesis ex qua reddi potest ratio plurium (*b*) ex hypothesi aliqua communi | licet non apparente *gestr.* | modo satis simplice (pro multitudine phaenomenorum) (*c*) plurium ex hypothesi aliqua communi phaenomenorum simplice (*2*) ratio . . . simplice *L* 9 congruum erit *erg. L* 9 phaenomenorum (*1*) alias (*2*) quae *L* 10 occurrerunt, | si minus suspectum est *gestr.* | ita *L* 12 aëre (*1*) volare hippogryphibus insidentes, (*2*) moveri . . . insidentes, (*a*) credo (*b*) dubitaremus, (*aa*) an so (*bb*) credo, *L* 13 vigilaremus. (*1*) Sed (*2*) Proximum est ut ph (*3*) Sed hoc (*4*) Si phaenomenon cons (*5*) Eodem modo possumus (*6*) Sed *L* 15 scilicet (*1*) ex iis ratio ejus (*2*) eandem . . . hujus *L* 16 f. communi. (*1*) Maximum (*2*) Validissimumque (*3*) Validissimum *L* 17 est (*1*) si quid consentiat (*2*) consensus *L* 19 existere | et nos cum iis conversari *gestr.* | non *L* 19 , ut mox dicam *erg. L* 20 indicium (*1*) est, et cujus causa (*2*) quod *L* 20 sufficit, (*1*) est praedictio (*2*) praedictio est (*3*) praedictio (*4*) succ (*5*) est (*a*) succede (*b*) successus *L*

12 hippogryphibus Ariosti: vgl. L. ARIOSTO, *Orlando Furioso*, erw. Ausg. Ferrara 1532, Gesang 33 u. 34.

succedente, sive in consuetudine hactenus observata fundetur. Imo etsi tota haec vita non nisi somnium, et mundus aspectabilis non nisi phantasma esse diceretur, hoc sive somnium sive phantasma ego satis reale dicerem, si ratione bene utentes nunquam ab eo deciperemur. Quemadmodum autem ex his cognoscimus quae phaenomena realia videri debeant, ita contra, quaecunque phaenomena pugnant cum his quae realia judicamus, item ea quorum fallaciam ex causis suis explicare possumus, ea tantum apparentia censemus.

Verum fatendum est quae hactenus allata sunt phaenomenorum realium indicia utcunque in unum collecta, non esse demonstrativa, licet enim maximam habeant probabilitatem sive ut vulgo loquuntur certitudinem pariant moralem, non tamen faciunt Metaphysicam, ita ut contrarium poni implicet contradictionem. Itaque nullo argumento absolute demonstrari potest, dari corpora, nec quicquam prohibet somnia quaedam bene ordinata Menti nostrae objecta esse, quae a nobis vera judicentur et ob consensum inter se quoad usum veris aequivaleant. Nec magni momenti argumentum est, quod vulgo afferunt ita Deum fore deceptorem; certe quantum id absit a demonstratione certitudinis metaphysicae nemo non videt; nam nos non a Deo, sed a judicio nostro decipiemur, asserentes aliquid sine probatione accurata. Et quanquam magna adsit probabilitas, non ideo tamen Deus est deceptor qui eam nobis objecit. Quid enim si natura nostra non erat forte capax phaenomenorum realium; profecto non tam accusandus foret Deus quam gratiae ei agendae, efficiendo enim ut phaenomena illa cum realia esse non possent, saltem consentientia essent, praestitit nobis quod in omni vitae usu realibus phaenomenis aequipolleret. Quid vero si tota haec brevis vita non nisi longum quoddam somnium esset; nosque moriendo evigilaremus, quale quid Platonici concipere videntur. Cum enim aeternitati destinati simus et tota haec vita, etsi multa annorum millia contineret, respectu aeternitatis puncti instar habeat, quantulum erit tam amplae veritati tantillum somnium interponi, cujus multo minor ratio est quam somnii ad vitam, et tamen nemo sanus Deum

1 Imo (*1*) nec (*2*) etsi *L* 1 haec *erg. L* 2 phantasma (*1*) esset sufficeret nos a (*2*) esse *L* 3 phantasma (*1*) sat (*2*) ego *L* 3 si . . . utentes *erg. L* 4 f. deciperemur. (*1*) Quae vero (*2*) Quemadmodum . . . quaecunque *L* 9 enim *erg. L* 10 vulgo (*1*) vocant (*2*) | loquuntur *erg.* | certitudinem | realem *gestr.* | pariant *L* 10 tamen (*1*) habeant (*2*) faciunt *L* 12 absolute *erg. L* 12 prohibet (*1*) con (*2*) somnia *L* 15 deceptorem; (*1*) quod quam parum absit certum (*2*) certe *L* 16 a | temerario *gestr.* | judicio *L* 17 probatione (*1*) . Nec (*2*) | accurata. *erg.* | *L* 18 non (*1*) esset (*2*) erat *L* 19 capax (*1*) aliorum (*2*) phaenomenorum *L* 19 profecto (*1*) potius gratiae agen (*2*) non *L* 19 f. quam (*1*) accusandus (*2*) gratiae ei agendae *L* 20 illa (*1*) salt (*2*) cum *L* 21 essent, (*1*) effecit fructum (*2*) praestitit *L* 23 esset; (*1*) et (*2*) nosque *L* 23 videntur. (*1*) Profecto (*2*) Utique non magis nos (*3*) Cum *L* 26 sanus *erg. L*

deceptorem dicet, si forte contingeret breve aliquod somnium admodum distinctum et congruum animo obversari.

Hactenus dixi de his quae apparent, nunc videndum est de non apparentibus, quae tamen ex apparentibus colligi possunt. Et quidem certum est omne phaenomenon habere aliquam causam. Quod si quis dicat causam phaenomenorum esse in natura Mentis nostrae cui phaenomena insunt, is nihil quidem falsi affirmabit, sed tamen nec dicet totam veritatem. Primum enim necesse est rationem esse cur nos ipsi simus potius quam non simus, et licet poneremur fuisse ab aeterno, tamen ratio aeternae existentiae reperienda est, quae reperiri debet vel in essentia mentis nostrae, vel extra ipsam. Et quidem nihil prohibet Mentes alias innumerabiles existere, aeque ac nostram, non autem existunt omnes Mentes possibiles, quod ex eo demonstro, quia omnia existentia inter se commercium habent. Possunt autem intelligi Mentes alterius naturae quam nostra et [nullum] commercium habentes cum hac nostra. Omnia autem Existentia commercium habere inter se demonstratur tum ex eo quod alioqui non potest dici utrum aliquid in ea contingat nunc an non, adeoque talis propositionis non daretur veritas aut falsitas quod absurdum est, tum quia nullae denominationes extrinsecae dantur, nec quisquam viduus fit in India, uxore in Europa moriente, quin realis in eo contingat mutatio, omne enim praedicatum revera in subjecti natura continetur. Si jam aliquae Mentes possibiles existunt, quaeritur cur non omnes; deinde quia necesse est omnia existentia habere commercium, necesse est ejus commercii esse causam, imo necesse est omnia exprimere eandem naturam sed diverso modo; Causa autem per quam fit ut omnes Mentes commercium habeant seu idem exprimant, adeoque existant, est ea quae perfecte Universum exprimit, nempe Deus. Eadem causam non habet et unica est. Hinc statim patet plures Mentes existere praeter nostram et cum facile cogitatu sit homines qui nobiscum conversantur tantundem causae habere posse dubitandi de nobis quantum nos de illis, nec ratio major pro nobis militet, etiam illi existent et mentes habebunt. Hinc jam Historia sacra et profana et quaecunque ad statum Mentium seu substantiarum rationalium pertinent confirmata habentur.

1 si (*1*) quando contingat (*2*) forte contingeret *L* 2 congruum (*1*) nobis (*2*) animo *L* 3 dixi (*1*) tum (*2*) de his quae apparent | intra nos; *gestr.* | (*a*) quae (*b*) nunc (*aa*) dicendum (*aaa*) si (*bbb*) est, qui (*bb*) videndum *L* 4 est (*1*) omnia (*2*) omne *L* 5 natura (*1*) nostra, in (*2*) Mentis *L* 6 insunt, (*1*) verum dicet, sed (*2*) is *L* 8 f. existentiae (*1*) ex ment (*2*) reperienda *L* 12 intelligi (*1*) mentes nihil commune habentes cum nostra (*2*) Mentes *L* 16 dantur, (*1*) quae (*2*) nec *L* 17 mutatio, (*1*) ob rerum omnium (*2*) omne *L* 19 est (*1*) omnes ment (*2*) omnia *L* 21 autem (*1*) qu (*2*) per *L* 22 f. perfecte (*1*) rem exprimit, nempe (*2*) Universum *L* 24 cum (*1*) Homines qui videntur nobiscum (*2*) facile *L* 24 cogitatu (*1*) est (*2*) | sit *erg.* | *L* 26 habebunt. (*1*) Corpora autem (*2*) Hinc *L* 27 quaecunque (*1*) phaenomenis hominum nituntur confirmata habentur (*2*) ad *L*

De corporibus demonstrare possum non tantum lucem, calorem, colorem et similes qualitates esse apparentes, sed et motum, et figuram, et extensionem. Et si quid est reale, id solum esse vim agendi et patiendi adeoque in hoc (tanquam materia et forma) substantiam corporis consistere, quae corpora autem formam substantialem non habent, ea tantum phaenomena esse, aut saltem verorum aggregata.

Substantiae habent materiam Metaphysicam seu potentiam passivam quatenus aliquid confuse exprimunt, activam quatenus distincte.

## 300.DE NATURA SIVE ANALOGO ANIMAE
[2. Hälfte 1683 bis Ende 1688 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 6, 12f Bl. 8. 1 Zettel (20 × 10,5 cm). 1 S. (Unteres Drittel von einem Bl. 2° abgeschnitten; Buchstabenreste an der Schnittkante.)

Eine gewisse Verwandtschaft einerseits noch mit N. 278 von wohl Anfang 1683, andererseits mit N. 295 und 296 von 1683 bis Winter 1684/85, schließlich die überhaupt in den Jahren 1683 bis Winter 1685/86 erfolgten Bemühungen um eine angemessene Bestimmung des Substanzbegriffs veranlassen uns, dieses Stück in diesen Zeitraum zu setzen. Einige spät wirkende Formulierungen und der Hinweis auf die eigenen *inventa* sprechen allerdings eher für den Winter 1685/86 oder sogar eine noch spätere Entstehungszeit.

Non adeo ineptae sunt sententiae Aristotelis [et] scholasticorum ac prima fronte videntur, scilicet in modo applicandi potissimum erratum ab illis. Lib. 2. *Phys.* text. 1. Aristoteles disserit Natura esse animalia partesque eorum, et plantas, et SIMPLICIA corpora; ut terram ignem aërem aquam. Ea quae natura constant principium in se ipsis habere motus quietis, augmentationis diminutionis, alterationis. At lecticam vestem aliaque artificialia nullum habere principium mutationis nisi per accidens, quatenus ipsis accidit ut sint terrea, aut ab his quae principium in se habent mista. Itaque naturam esse principium et causam ut id moveatur et quiescat in quo primo, per se et non per accidens

2 extensionem. (*1*) Solumque superesse reale quid (*2*) Et *L* 3 hoc (*1*) substant (*2*) (tanquam *L* 5 saltem *erg. L* 5 aggregata. (*1*) Corp (*2*) Substantiae *L* 6 materiam (*1*) qu (*2*) Metaphysicam *L* 17 Aristotelis *erg. L* 18 illis. (*1*) Sic D. Thomas in (*2*) lib. 2 . *phys.* (*a*) disser (*b*) text. *L* 24 moveatur (*1*) , in quo (*2*) et *L*

18–S. 1505.1 ARISTOTELES, *Physica*, II, 1, 192 b 9–23.

inest. Haec videntur absurda et inania, nisi illustrentur ex meis inventis, ex quo demonstravi, Unumquodque Ens per se seu vere unum habere aliquod in se principium ex quo omnia quae ipsi contingunt naturaliter et per se, consequuntur idque esse analogum animae, et hoc est quod Aristoteles naturam dixit. Et Entis per accidens negavit. Verum est natura cujusque rei individuali omnia consequi etiam quae ipsi accidunt, seu individuo nihil evenire per accidens, speciei tamen aliquid per accidens evenit, ut homini esse Musicum, non Petro. D. Thomas in hunc locum commentatus inquirensque quomodo principium motus gravium sit a natura gravis, ait gravitatem esse a forma substantiali, motorem vero esse generantem, haec recte intellecta probari possunt, in Metaphysico scilicet sensu; omnis enim substantia corporea omnes suas operationes exercet a principio interno, quod omnia involvit, sed primus autor seu motor est is qui substantiam rei produxit, hic autem revera non alius est nisi Deus, ostendi enim omnem substantiam veram non aliter quam creatione oriri posse.

## 301. DE MUNDO PRAESENTI
[Frühjahr 1684 bis Winter 1685/86 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 7C Bl. 111–114. 2 Bog. 4°. 9 Sp.

Die Datierung stützt sich auf das zwischen Juli 1683 und März 1686 häufig belegte Wasserzeichen. Dieser Zeitraum kann aufgrund des Hinweises auf die von Cassini im März 1684 entdeckten Saturnmonde weiter eingeschränkt werden. Inhaltlich wird diese Datierung bestätigt durch die in dieser Zeit gewonnene, reife Darstellung der im Mittelpunkt stehenden Substanzproblematik.

1 inest. (*1*) In quem locum D. Thomas ita commentatur: Haec ab Aristotele recte dicuntur sed (*2*) Haec *L* 2 habere (*1*) natura (*2*) aliquid (*3*) aliquod *L* 3 contingunt (*1*) consequuntur (*2*) naturaliter *L* 7 f. commentatus (*1*) gravitatem (*2*) inquirensque *L* 9 haec | omnia *gestr.* | recte *L* 11 involvit, (*1*) itaque (*2*) sed *L* 11 autor (*1*) est (*2*) seu *L* 13 veram *erg.* *L*

7–9 Thomas von Aquin, *Expositio in octo libros physicorum*, lib. II, lect. I, 144.

Omne Cogitabile est vel Ens vel Non Ens.

Ens est de quo aliquid affirmari potest.

Non ens cujus nulla sunt attributa nisi negativa. Scilicet si *A* neque est *B* neque *C* neque *D*, et ita porro in infinitum, erit Nihil.

Omne Ens vel est Reale vel Imaginarium. Ens reale, quod est citra mentis operationem ut sol de quo judicamus ex consensu plurium perceptionum. Ens imaginarium quod secundum unum percipiendi modum percipitur ad instar Entis realis, ut iris, parhelius, Somnium, sed secundum alios modos non percipitur neque examina sustinet, quod tamen fieri deberet, si esset Ens reale, unde sequitur a dispositione nostri et medii fieri quod percipitur, ipsum autem perceptionis causam non esse. Et saepe intellecta origine phaenomeni etiam causa deceptionis cognoscitur.

Omne Ens Reale est unum per se aut Ens per Accidens. Ens[1] per se ut Homo, Ens[2] per accidens, ut strues lignorum, machina, quod scilicet non est unum nisi per aggregationem, nec alia in eo realis unio est, quam connexio vel contactus aut etiam concursus ad idem vel saltem convenientia a mente in unum colligente animadversa. At in Ente per se, realis quaedam unio requiritur consistens non in partium situ et motu ut in catena, domo, navi sed in unico quodam individuo principio et subjecto attributorum et operationum, quod in nobis dicitur anima, in omni corpore forma substantialis modo id sit unum per se.

Omne Ens est vel Substantia vel Accidens seu Modus. Substantia ut Mens, corpus. Modus ut calor, motus. Nimirum ex Accidente vel modo formari potest concretum, quod de substantia praedicatur vel etiam de alio accidente. Substantiae autem jam tum concretus est conceptus, nec praedicari potest nisi de substantia, et substantia

[1] *Über* Ens: unum

[2] *Über* Ens: unum

2 est (*1*) quod (*2*) de *L* 6 de . . . perceptionum *erg. L* 7 secundum . . . modum *erg. L* 8 Somnium, (*1*) sed aliunde cognoscitur ideo id percipi a nobis, quia certo modo dispositi sumus (*2*) sed *L* 8 alios | percipiendi *gestr.* | modos *L* 8 f. neque . . . sustinet *erg. L* 11 esse. | (*1*) Imo (*2*) Et . . . cognoscitur. *erg.* | *L* 12 est (*1*) Ens (*2*) | unum *erg.* | *L* 12 Ens per se (*1*) dicitur quod a parte rei | ita *gestr.* | unitum est, ut ei una | ⟨mentis⟩ *gestr.* | operatio attribui possit ut (*a*) an (*b*) homo animal (*2*) ut (*a*) homo (*b*) animal (*3*) ut Homo *L* 13–19 quod . . . se. *erg. L* 14 quam (*1*) contactus vel (*2*) connexio *L* 15 in unum colligente *erg. L* 16 quaedam (*1*) parti (*2*) unio *L* 16 situ (*1*) ad (*2*) et *L* 17 attributorum et *erg. L* 20 seu Modus *erg. L* 21 corpus. (*1*) Accidens (*2*) Modus *L* 23 est (*1*) termi (*2*) conceptus *L* 23–S. 1507.1 substantia, (*1*) substantia autem | (*2*) et substantia *erg.* | singularis (*a*) de nulla alia re singulari praedicatur, (*b*) nulli . . . inest, *L*

singularis nulli alii rei singulari inest, cum tamen Accidens singulare substantiae singulari insit, plura accidentia substantiae uni. Et quidem substantiae singularis conceptus est quiddam completum, qui omnia jam virtute continet, quaecunque de ipso possunt intelligi. Ita ut Deus eo ipso dum hujus Petri substantiam concipit, omnia concipiat quae ei contigere aut contingent. Quod de accidente singulari dici non potest, nisi quatenus substantiae singulari inesse concipitur. Ex Alphonsi regia potestate non concipio ejus Astronomiam, nisi redeam ad ipsius Alphonsi naturam singularem. Porro substantia universalis nihil aliud est quam omnis substantia singularis talis. Cum autem substantia singularis involvat relationes ad totum universum patet eam semper esse infinitam.

Substantia est vel perfecta seu absoluta nempe Deus, vel limitata quae dicitur creatura. Necesse est autem limitatam dependere ab absoluta, alioqui haec ipsa limitata esset. Est etiam unica, eo ipso quia conceptus ejus est completus, ex vi essentiae ipsius. Conceptus autem completus est nota substantiae singularis.

Substantia omnis habet intra se operationem quandam, eaque vel est ejusdem in se ipsum, quae dicitur Reflexio sive Cogitatio, et talis substantia est spiritualis, sive Mens, vel est diversarum partium, et talis Substantia dicitur Corporea.

Cum Deus sit Mens et se ipsum intelligat atque amet, hinc oritur mira quaedam diversitas ejusdem a se ipso, sive compositio rei indivisibilis, quam in Sacrosanctae Trinitatis personis agnoscimus; et cujus in mente nostra semet cogitante aliquod indicium habemus.

Mens est, aut secreta aut corpori unita. Secreta ut Deus; unita, ut anima nostra. Sunt et aliae mentes, quae Angelicae dicuntur, nostris perfectiores, quas tamen corporibus quibusdam sed longe subtilioribus unitas esse veteres credidere, quod si verum esset, videri posset anima quoque nostra licet in se incorporea tamen non nisi crassum corpus morte deponere. Nec ulla esset creatura corporis adjuncti expers.

Substantia corporea habet partes et species. Partes sunt Materia et Forma. Materia est principium passionis, seu vis resistendi primitiva, quam vulgo vocant molem seu

2 plura . . . uni *erg. L* 3 f. quaecunque (*1*) de ipsa possunt praedicari. (*2*) de . . . intelligi *L* 6 quatenus (*1*) substantiam singularem involvit eique (*2*) substantiae singulari *L* 7–10 Porro . . . infinitam. *erg. L* 13 completus, (*1*) quae est nota (*2*) ex *L* 13 vi (*1*) su (*2*) essentiae (*a*) generalis (*b*) ipsius *L* 16 sive Cogitatio *erg. L* 19 diversitas (*1*) ⟨uni⟩ (*2*) ejusdem *L* 19 sive . . . indivisibilis, *erg. L* 22 est, aut (*1*) corp (*2*) secreta *L* 25 licet . . . tamen *erg. L* 26 adjuncti *erg. L*

6 f. Ex . . . singularem: Alfons X, genannt der Weise, König von Kastilien, gilt als Verfasser der astronomischen sog. *Tabulae Alphonsinae*.

ἀντιτυπίαν, ex qua fluit corporis impenetrabilitas. Forma substantialis est principium actionis seu vis agendi primitiva. Est autem in omni forma substantiali quaedam cognitio hoc est expressio seu repraesentatio externorum in re quadam individua, secundum quam corpus est unum per se, nempe in ipsa forma substantiali, quae repraesentatio conjuncta est cum reactione seu conatu sive appetitu secundum hanc cognitionem agendi.

Hanc formam substantialem necesse est reperiri in omnibus substantiis corporeis, quae sunt unum per se. Itaque si bestiae non sunt purae machinae, necesse est formas substantiales habere quae dicuntur animae. Caetera autem corpora quae forma substantiali carent sunt tantum aggregata corporum ut strues lignorum, congeries lapidum, neque proinde cognitionem aut appetitum habent. Omnis substantia quae unum per se est, sua natura perpetua est, et quomodo Mens, Anima, forma substantialis, seu principium unitatis in Entibus per se, aliter quam creatione et annihilatione produci aut extingui possit, non apparet, cum determinatae partes materiae ad essentiam ejus non pertineant. Itaque credibile est saepe animal oriri ex jam praeexistente in semine animalculo quodam invisibili in ovarium delato et ibi crescente; et vicissim saepe non extinctionem sed transformationem contingere, ut erucae in papilionem eadem utrobique anima manente, licet vetus aut novum animal plerumque non aeque ut eruca aut papilio sensibus nostris pateat. Et somniorum indicio discimus ad percipiendum non semper opus esse sensibus, nec in summa refert major an minor fiat materiae mutatio, nisi ad hoc ut perceptiones priores a posterioribus plus minusve differant. Mentes autem omnes, quia cum Deo rempublicam constituunt prioris vitae memoriam conservant.

Quantum ad Species corporis, negligamus nunc considerationem formae substantialis, et an corpus sit unum per se, tantumque Materiae differentias consideremus, quoniam plerumque dubitari potest an corpus sit Machina tantum et partium congeries, an vero sit forma substantiali vel anima praeditum. Hoc de ipsis animalibus controvertitur, multo magis adhuc de plantis et lapidibus et metallis, maxime autem de sideribus ac de Mundo universo.

1 substantialis *erg. L* 3–5 externorum (*1*) conjunc (*2*) in re quadam individua, conjuncta cum conatu agendi seu (*3*) in . . . sive *L* 5 f. hanc (*1*) percepti (*2*) cognitionem *L* 8 si (*1*) corpora non (*2*) bestiae *L* 11–22 habent. | (*1*) Quomodo autem | (*2*) Omnis substantia (*a*) sua (*b*) quae . . . quomodo *erg.* | . . . conservant. *erg.* | *L* 13 f. annihilatione | per extraordinariam Dei operationem *gestr.* | produci aut (*1*) desinere (*2*) extingui *L* 14 f. cum | determinatae *erg.* | . . . pertineant *erg. L* 15 f. animal . . . ex (*1*) animali (*2*) jam praeexistente (*a*) animalculo quodam invisibili cum semine | (*b*) in . . . invisibili *erg.* | . . . saepe *erg. L* 18 licet (*1*) saepe (*2*) vetus aut *L* 18 eruca aut *erg. L* 25 tantum (*1*) aut (*2*) | et *erg.* | *L* 27 animalibus | de *str. Hrsg.* | controvertitur, *L*

Corporum omnium Aggregatum dicitur Mundus, qui si infinitus est ne unum quidem Ens est non magis quam linea recta infinita aut numerus maximus. Itaque Deus non potest intelligi anima Mundi, non finiti, quia ipse Deus infinitus est, non infiniti quia corpus infinitum non potest unum Ens intelligi, quod autem non est unum per se id nec formam substantialem adeoque nec animam habet. Itaque recte Deus a Martiano Capella appellatur intelligentia extramundana.

Nullum datur in Mundo Vacuum neque in materia neque in forma hoc est neque plura corpora in hoc mundano spatio creari possent, neque perfectiora. Possunt in rebus distingui receptacula a receptis. Receptacula sunt Tempus et Locus seu spatium. Recepta sunt corpora quae in his existunt.

Mundus praesens respectu nostri et loci in duas partes dividi potest in Mundum Trans-Sidereum de quo nihil a nobis percipitur, et in Mundum Sidereum seu aspectabilem, cujus quicquid extra Tellurem est dicitur coelum, et corpus sive sidus rotundum quod incolimus dicitur terra seu Tellus.

Mundus aspectabilis constat ex corporibus magnis solidis aut saltem cohaerentibus, ex longinquo nobis lucentibus, quae Sidera vocamus, et ex fluidis motum quendam periodicum habentibus, cum quibus aliqua sidera deferuntur, unde haec fluida quidam non inepte vortices appellant.

Sidera sunt vel per se lucentia, quae dicuntur Soles, vel sunt illustrata quae dici possent Terrae.

Sunt et sidera vel fixa vel libera. Et fixa quidem unum locum servant aut certe hactenus non mutant satis notabiliter, libera vel periodos absolvunt quae dicuntur Planetae, vel nondum cognita lege et propemodum recta linea per mundana spatia trajiciunt quae Cometas dicimus.

2 Ens (*1*) intelligi potest (*2*) | est *erg.* | *L* 2 quam | possibilis est *gestr.* | linea *L* 4–10 quod . . . habet *erg.* . Itaque . . . existunt. *erg. L* 6 intelligentia (*1*) transmundana (*2*) | extramundana *erg.* | *L* 8 in . . . spatio *erg. L* 11 praesens *erg. L* 11 et loci *erg. L* 13 aspectabilem, (*1*) qui et dicitur coelum. (*2*) cujus *L* 13 est (*1*) quam incolim (*2*) dicitur *L* 15 Mundus (*1*) Sidereus (*2*) aspectabilis *L* 15 constat (*1*) Sideribus seu (*2*) | ex *erg.* | *L* 15 f. corporibus (*1*) solidis (*a*) magnis, et (*b*) et ⟨vocat⟩ (*c*) quae e (*d*) magnis (*2*) | magnis . . . saltem (*a*) firm (*b*) cohaerentibus, *erg.* | ex *L* 16 longinquo (*1*) nobis apparentibus (*2*) nobis *L* 16 | quae Sidera vocamus *erg.* | , et | ex *erg.* | fluidis | interlabentibus *gestr.* | motum *L* 17 aliqua *erg. L* 21 f. aut certe | hactenus *erg.* | . . . notabiliter *erg. L* 23 cognita (*1*) ratione (*2*) | lege *erg.* | *L*

5 f. Deus . . . extramundana: MARTIANUS CAPELLA, *De nuptiis Philologiae et Mercurii libri IX*, IX, § 910; vgl. VI, 3 S. 201. 17 Wohl gemeint die Cartesianer. Vgl. R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, III, 30.

Et quidem hactenus observatum est Fixas esse soles, planetas vero esse terras et moveri circa suum solem, itaque fixa aliqua cum suis planetis dicitur componere orbem Magnum, et creditur tot esse forsan orbes magnos seu systemata planetaria quot sunt fixae. Interim nihil prohibet et erraticos soles dari et fixas Tellures.

Sunt et planetae qui circa alios planetas majores feruntur, qui dicuntur Satellites. Ita Galilaeus quatuor deprehendit satellites circa Jovem, Hugenius unum circa Saturnum, cui postea plures addidit Cassinus. Ipsa Luna est satelles Telluris nostrae. Tellus autem nostra intra planetas circa solem nobis lucentem motos computatur, quae omnia veteribus parum cognita nostro demum seculo in clara luce collocata sunt.

Cometas notabile est radios longe emittere interdum instar crinis sed plerumque instar caudae, quae in partem a sole aversam porrigitur.

Sed antequam longius progrediamur explicandum est discrimen inter Corpora Fluida et inter firma vel saltem connexionem habentia, seu quorum partes cohaerent. Et quidem sciendum est, revera omne corpus habere aliquem gradum firmitatis, nec quicquam tam fluidum esse, quin vi aliqua opus sit ad partes flectendas vel omnino divellendas, et omne corpus habere aliquem gradum fluiditatis, ut non tantum satis magna vi partes ejus separari, sed et quacunque minima vi nonnihil inflecti possint. Nulla autem flexio sine aliquorum se prius contingentium divulsione est. Itaque nullae sunt Atomi in rebus, quae scilicet infinitae sint duritiei. Horum autem causa est, quod Creator nihil sterile reliquit, sed in qualibet particula materiae utcunque exigua innumerabilem creaturarum velut mundum condidit. Nam quoniam continuum in infinitum divisibile est, relictum esset Vacuum formarum, si in aliqua parte materiae nulla actualis facta esset subdivisio, quod cum perfectione Dei pugnat. Itaque nulli dantur in mundo globi perfecti quos Cartesius longo temporis tractu tornatos credidit, neque ulla sunt in Mundo Elementa seu corpora prima ex quibus caetera componantur, itaque nec datur materia subtilis

1 f. planetas (*1*) esse solis satelli (*2*) | vero . . . et *erg.* | moveri *L* 2 solem, (*1*) et (*2*) | itaque *erg.* | *L* 2 componere (*1*) vorticem (*2*) | orbem *erg.* | *L* 3 esse (*1*) interdum pla (*2*) orb (*3*) forsan *L* 4 Interim . . . Tellures. *erg. L* 10 longe *erg.* emittere | (*1*) interim (*2*) interdum *erg.* | *L* 13 inter *erg. L* 15 f. | flectendas vel (*1*) et (*2*) omnino *erg.* | divellendas, (*a*) nec (*b*) et *L* 18 Nulla . . . est. *erg. L* 19 scilicet *erg. L* 19 f. quod (*1*) in omni corpor (*2*) omne corpus peculiares quosdam motus habet a motibus circumjacentium. (*3*) Creator *L* 24 perfecti (*1*) aliunde (*2*) quos *L* 25 in Mundo *erg. L* 25 f. componantur, (*1*) quoniam (*2*) itaque *L* 26–S. 1511.1 subtilis | Cartesiana *gestr.* | summae *L*

6 Am 17. Januar 1610. Vgl. *Sidereus Nuncius*, Venedig 1610. 6 1655 entdeckte Huyghens den größten der acht Saturn-Satelliten. 7 Im März 1684 entdeckte Cassini den dritten und den vierten Satelliten des Saturn, nachdem er 1671 und 1672 bereits zwei andere entdeckt hatte. 23–S. 1511.2 Itaque . . . durum: vgl. R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, III, 48–54.

summae fluiditatis, neque Globuli secundi Elementi, et tam absurdum est corpus summe fluidum, quam summe durum. Et corpora quae nostrorum respectu Elementaria censeri possunt, possunt aliorum minorum respectu tam magna rursus intelligi ac sol est respectu scintillae. Dicendum est ergo in Mundo nullum posse assignari punctum, quod non diverso nonnihil ab alio quovis utcunque vicino puncto motu cieatur, sed rursus nullum posse assignari punctum, quod non cum alio dato mundi puncto communem quendam motum habeat, ex priori capite omnia sunt fluida, ex posteriori omnia sunt cohaerentia. Sed prout motus communis aut proprius plus minusve notabilis est, corpus unum solidum, aut separatum, vel etiam fluidum dicitur.

Notatur autem hoc ex resistentia quam sentimus, vel non sentimus in separando. Cujus ratio est, quod magnam mutationem in rebus procurare sine magna vi non licet. Itaque quae secundum praesentem rerum statum motumque universi et fluidorum in eo decurrentium sive visibilium sive invisibilium, partes habent quae ad se invicem compelluntur, et ab ambientibus comprimuntur, ea sine vi separari non possunt, ut grave a fundamento cui innititur, apprehensum corpus a forcipe quo tenetur, quin et si non comprimantur, attamen secundum aliquem divellendi modum sine turbatione notabili circumjacentium separari non possunt, ad ea divellenda vi opus est, ut experimento duarum tabularum politarum discimus. Contra vero quae neque comprimuntur, neque cum aliqua circumjacentium turbatione dimoventur, in his nulla notatur cohaerentia. Et credibile est, quae constant particulis planas superficies aut congruas multas et majusculas habentibus, non facile divelli, quia plurimus in ipsis est contactus, unde divulsio non fit sine ambientium turbatione. In quibus autem exiguus contactus est, in iis divellendis parum resistentiae sentiri. Et in universum dicendum est nullam esse in Mundo quietem perfectam, nec absolute, nec respectu corporum vicinorum, minorem tamen motum pro quiete habendum esse. Et quae prope se invicem quiescunt hoc est quae communi motu cientur aut ad se invicem propius accedere conantur, hoc ipso sine aliqua vi, hoc est sine ambientium mutatione, non posse separari. Quatenus autem corpora varios motus exercent, et jam a se invicem discedere conantur, eo facilius separari. Est ergo firmitatis origo, pressio ambientium, seu motus, qui separatione turbatur; quies ipsa

4 scintillae. (*1*) Veram quidem (*2*) Dicendum *L* 9 aut (*1*) in diversas (*2*) separatum *L* 10 sentimus, (*1*) ⟨cui⟩ (*2*) vel *L* 12 quae (*1*) simul (*2*) per (*3*) secundum *L* 13 invisibilium, (*1*) simul (*2*) partes habent (*a*) simul collocatas (*b*) quae *L* 14 f. ut . . . tenetur, *erg. L* 17 circumjacentium (*1*) di (*2*) separari *L* 18 vero *erg. L* 20 constant (*1*) partibus (*2*) particulis *L* 20 f. superficies (*1*) habentibus (*2*) aut (*a*) ca (*b*) mu (*c*) congruas | multas et majusculas *erg.* | habentibus, (*aa*) qu (*bb*) non *L* 24 vicinorum, (*1*) quae tamen (*2*) minorem *L* 25 f. hoc . . . conantur *erg. L*

per se neque ulla est, neque si esset, causa firmitatis intelligi posset. Firmitate autem semel constituta, jam ex firmorum corporum implicatione in se invicem rursus nova corpora cohaerentia formari possunt.

Interdum corpus cedens ubi sibi relictum est se restituit, quale corpus dicitur Elasticum, restituit autem sese eandem ob causam, ob quam initio flectenti restitit, quod scilicet hoc modo ambientium fluidorum invisibilium motus minus turbatur, sed quando tamen alius inter divellendum ipsis exitus aeque commodus datus est, cessat restitutio. Unde raro fit ut partes avulsae se reconjungant toti, fieri tamen aliquando discimus exemplo Magnetis. Sciendum est autem in omnibus esse aliquem et Elastri gradum. Exempli causa quid vitro durius et fragilius, et tamen tenuissima vitri fila elastica sunt, contra, quid mollius atque flexilius tenuissimo filo, et tamen si aliquoties filum filo addatur, fiatque filum paulo crassius non tantum resistit nonnihil sed et flexum se restituit. Hinc etiam nihil tam molle est quin percussum aliquem edat sonum, quem a restitutione aliqua tremula elastici corporis oriri constat.

Haec ideo afferre placuit ut attollere animum a sensibus et universi oeconomiam admirabilem, et in summa varietate summam connexionem considerare assuescamus; et terminos Creatori non tantum in extensione, sed et in subdivisione rerum nullos praescribamus, omniaque motu, vita creaturis plena esse intelligamus; et ineptam spem deponamus universum Mundi Systema animo concipiendi, et analysin ad usque prima corporum velut stamina atque Elementa, sive principia quae nulla sunt, producendi. Sed quemadmodum Magister scientiae muniendi, cum de terris disserit, satis habet de arenis, lapillis, calce, argilla dicere, at vero de minoribus corporibus, in terra latentibus, tanquam ad institutum suum non pertinentibus solicitus non est, ita nos satis felices erimus, si ea corpora insensibilia explicare possimus, quorum effectus notabiliter ad nos usque pervenit, cum ultra progredi nec possibile mortalibus, nec utile sit.

4 Interdum (*1*) sepa (*2*) corpus *L* 4 f. restituit, (*1*) ead (*2*) eandem scilicet (*3*) quale ... Elasticum, (*a*) quod (*b*) quod contingit (*c*) restituit ... eandem *L* 5 initio flectenti *erg. L* 6 sed *erg. L* 7 tamen (*1*) aliunde (*2*) alius *L* 8 f. avulsae (*1*) sponte se reconjungant, cum omnino cessat cohaesio. (*2*) se ... | toti *erg.* | ... Magnetis. *L* 11 atque flexilius *erg.* (*1*) tenui filo (*2*) tenuissimo filo *L* 14 aliqua (*1*) Elastici corporis (*2*) tremula *L* 15 afferre (*1*) aliquid (*2*) placuit *L* 16 assuescamus; (*1*) neque (*2*) et *L* 17 sed (*1*) nec (*2*) et *L* 19 Mundi (*1*) systemata (*2*) systema *L* 19 analysin ad usque *erg. L* 20 Elementa, (*1*) quae (*2*) sive *L* 20 principia (*1*) int (*2*) quae *L* 20 sunt, (*1*) in (*2*) explicandi (*3*) producendi. *L* 21 Magister (*1*) fortifi (*2*) scientiae *L* 22 calce, (*1*) limo (*2*) argilla (*a*) pr⟨o⟩ (*b*) prae (*c*) dicere, *L* 22 corporibus, | ut salibus, *gestr.* | in *L* 23 si (*1*) causas (*2*) ea *L*

Porro cum tanta sit varietas in Mundo, mirum non est Deo sapientissima voluntate sua omnia in motus aptissimos concitante alicubi factum esse aliquid simile coagulo in lacte moto, ut scilicet ingens aliqua respectu nostri massa abiret partim in partes caeteris firmiores, partim in alias notabiliter tenuiores, hoc est in sidera et vortices, sidere motum vicinae fluidi partis servante. An alia sit Mundi portio, ubi nec sidera sint nec vortices, sed major consistentiae aequabilitas, qualis est lactis ante coagulum, dicere non habemus. Rotunda autem sidera esse mirum non est, cum instar guttarum initio fuerint.

An vero planetae prodierint ex solibus seu fixis crusta paulatim obductis, an contra soles ex planetis inflammatis, et an in his ipsis aliqua sit vicissitudo, an vero ab initio statim vel exiguo tempore in praesentem formam omnia abierint, ex solo rationis iudicio dicere non habemus. Illud tamen multis argumentis agnoscere mihi videor, totam globi nostrae telluris superficiem aliquando inflammatam fuisse, quod nec a Scriptura Sacra abhorret, initio enim Deus dixit ut lux fieret, quam cum a tenebris separaret, hoc est lucida ab opacis secreverit, prius commixta fuisse, et ignem omnia pervasisse consentaneum est.

Post discrimen fluidi et firmi quod tactu percipimus, proximum est lucidi et opaci quod visu. Et quidem necesse est inter nos et rem lucentem commeare fluidum aliquod, quod motum ab illo ad nos deferat. Simplex tamen conatus ad motum sufficere non videtur. Videntur in lucente fieri innumerabiles ictus validi seu subitae explosiones, sive a crasso ad tenue transitus, ut fit in sclopeto ventaneo vel pyrio exploso, unde pressio valida rectilinea in omnes partes exercetur perspicuum est, quod satis aequabiliter porosum est, ad pressionem sensibilem ubique recta transmittendam.

1 sit | Motuum *gestr.* | varietas *L* 1 f. Deo . . . concitante *erg.* *L* 2 esse (*1*) velut coagulum (*2*) aliquid . . . coagulo *L* 3 respectu nostri *erg.* *L* 3 abiret (*1*) in partes caeteris firmior (*2*) partim *L* 4 f. vortices, | abiret *gestr.* | sidere motum (*1*) ambient (*2*) vicinae *L* 7 cum (*1*) omne (*2*) ex gutti (*3*) instar *L* 8 vero (*1*) fixae ali (*2*) planetae *L* 9 f. ab initio *erg.* statim (*1*) ut (*a*) ⟨ – ⟩ (*b*) nunc apparent extiterint, aut exiguo tempore in hanc forma (*2*) vel . . . tempore *L* 10 ex . . . iudicio *erg.* *L* 14 prius (*1*) commixtis latuisse, ⟨hoc⟩ (*2*) commixta *L* 17 visu. (*1*) Videtur autem non conti (*2*) Et *L* 18 tamen | pressio seu *gestr.* | conatus *L* 19 in lucente *erg.* *L* 20 a (*1*) densitate ad tenuitatem tra (*2*) crasso *L*

13 Gen. 1, 2.

## 302.SUR LA BONTE DES OUVRAGES DE DIEU
[Herbst 1684 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 8 Bl. 90. 1 Zettel (10 × 16 cm). 1 S. Auf Bl. 90 v° Rest einer kirchengeschichtlichen Schrift von Schreiberhand.

*E* BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 121.

Die kleine Notiz über die Perfektion Gottes datieren wir aufgrund des allerdings selten belegten Wasserzeichens.

Ce grand Estre qui pense si parfaitement à tout, sans que ses penséessoyent traversées, et qui produit aussi tout suivant sa pensée, fait les choses comme il veut, c'est à dire selon qu'il le trouve bon.

On m'objecta, qu'il faisoit ce qu'il trouvoit bon pour luy même, mais non pas peut estre pour nous. Je répondis, qu'il ne seroit gueres parfait ny habile, s'il ne rendoit tout bon encor pour ses ouvrages. Et que je croyois que sans cela elles ne sçauroient estre bonnes pour luy, ou ce qui est la meme chose, ne le seroient pas assez. Car ce qui seroit encor bon pour eux, seroit mieux parlant absolument.

## 303. DE NATURA VERITATIS, CONTINGENTIAE ET INDIFFERENTIAE ATQUE DE LIBERTATE ET PRAEDETERMINATIONE
[Ende 1685 bis Mitte 1686 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH IV 4, 3 Bl. 1–4. 2 Bog. 4°. 6 $^1/_4$ S.

*E* COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 16–24.

Übersetzungen: 1. SCHMIDT, *Fragmente*, 1960, S. 426–438. 2. PARKINSON, *Philosophical Writings*, 1973, S. 96–105.

13 rendoit (*1*) les choses bonnes encor pour (*2*) | rendoit *str. Hrsg.* | tout *L*

Nach N. 271 bis 274 ist dies wohl die erste Schrift, in der Leibniz zu einem gewissen Abschluß bzw. Durchbruch bei der Behandlung der Freiheitsproblematik gelangt ist. Wohl zum erstenmal wird hier klar der Zusammenhang zwischen Freiheit und unendlicher Analyse der kontingenten Wahrheiten über freie, singuläre Substanzen aufgestellt, was nach Leibniz' eigenem späteren Bekunden (in N. 326 vom Sommer 1689) sein entscheidender Ansatz für die Lösung des Freiheitsproblems war. Auch die Stellungnahme zur Indifferenz wirkt nun abgeschlossen, wenn auch nicht ganz widerspruchsfrei. Einerseits wird ein gewisser Raum für die Indifferenz (als Nicht-Notwendigkeit weder im metaphysischen noch physischen Sinn) gelassen, andererseits bleibt die Wahl der singulären Substanz aus der Perspektive Gottes physisch determiniert, weil im Begriff der singulären Substanz alle Determinanten analytisch enthalten sind. Insgesamt macht die Schrift gegenüber den früheren, eher problematisierenden Aufzeichnungen zu diesem Thema einen abgerundeten und wohlformulierten Eindruck. Grundlage für unsere von inhaltlichen Erwägungen her naheliegende Datierung ist das wenn auch selten belegte bzw. erschlossene Wasserzeichen.

Verum est affirmatum, cujus praedicatum inest subjecto. Itaque in omni Propositione vera affirmativa, necessaria vel contingenti, universali vel singulari Notio praedicati aliquo modo continetur in notione subjecti; ita ut qui perfecte intelligeret notionem utramque, quemadmodum eam intelligit Deus, is eo ipso perspiceret praedicatum subjecto inesse. Hinc sequitur omnem scientiam propositionum quae in Deo est, sive illa sit simplicis intelligentiae, circa rerum Essentias; sive visionis circa rerum existentias, sive media circa existentias conditionatas, statim resultare ex perfecta intellectione cujusque termini, qui ullius propositionis subjectum aut praedicatum esse potest; seu scientiam a priori complexorum oriri ex intelligentia incomplexorum.

Absolute Necessaria propositio est, quae resolvi potest in identicas, seu cujus oppositum implicat contradictionem. Exemplo rem ostendam in numeris: *Binarium* vocabo omnem Numerum qui exacte dividi potest per 2 et *Ternarium* vel *Quaternarium*, qui exacte dividi potest per 3 vel 4, et ita porro. Omnem autem numerum intelligamus resolvi in eos qui eum exacte dividunt. Dico igitur hanc propositionem *Duodenarius est quaternarius* esse absolute necessariam quia resolvi potest in identicas hoc modo: *Duodenarius est binarius senarius* (ex definitione), *senarius est binarius ternarius* (ex definitione). Ergo *Duodenarius est binarius binarius ternarius*. Porro *Binarius Binarius est*

16 notionem (*1*) subjecti (*2*) | utramque *erg.* | *L* 16 is (*1*) perspiceret a (*2*) eo *L* 17 scientiam (*1*) vel (*2*) | propositionum *erg.* | quae *L* 18 sit (*1*) visionis (*2*) simplicis *L* 19 f. perfecta (*1*) cognitione cujusque (*2*) Notionis (*3*) subject (*4*) intellectione *L* 20 cujusque (*1*) subjecti et (*2*) termini (*a*) praedicati (*b*) subjecti scilice (*c*) qui *L* 21 ; seu . . . ex (*1*) sci (*2*) intelligentia incomplexorum *erg. L* 22 Absolute *erg. L* 22 in (*1*) identicam, (*2*) identicas, *L* 22 f. cujus (*1*) contrarium (*2*) | oppositum *erg.* | *L* 25 porro. (*1*) Esto jam propositi (*2*) Definitio (*3*) Omnem *L* 28 (ex definitione) *erg. L* 28 f. (ex definitione) *erg. L*

*quaternarius* (ex definitione). Ergo *Duodenarius est quaternarius ternarius*. Ergo *duodenarius est quaternarius*. Qu. E. Dem. Quod si aliae definitiones fuissent datae, semper tamen ostendi potuisset rem tandem eodem redire. Hanc ergo Necessitatem appello Metaphysicam vel Geometricam. Quod tali necessitate caret, voco contingens, quod vero implicat contradictionem, seu cujus oppositum est necessarium, id impossibile appellatur. Caetera possibilia dicuntur.

In Contingenti Veritate, etsi praedicatum revera insit subjecto, tamen resolutione utriusque licet termini indefinite continuata, nunquam pervenitur ad demonstrationem seu identitatem, soliusque Dei est infinitum semel comprehendentis perspicere quomodo unum alteri insit, perfectamque a priori intelligere contingentiae rationem quod in creaturis suppletur experimento a posteriori. Itaque Veritates contingentes ad necessarias quodammodo se habent ut rationes surdae, numerorum scilicet incommensurabilium, ad rationes effabiles numerorum commensurabilium. Ut enim ostendi potest Numerum minorem alteri majori inesse, resolvendo utrumque usque ad maximam communem mensuram, ita et propositiones essentiales seu veritates demonstrantur, resolutione instituta donec perveniatur ad terminos quos utrique termino communes esse, ex definitionibus constat. At quemadmodum Numerus major alterum incommensurabilem continet quidem, licet resolutione utcunque in infinitum continuata, nunquam ad communem mensuram perveniatur, ita in contingente veritate, nunquam pervenitur ad demonstrationem quantumcunque notiones resolvas. Hoc solum interest, quod in rationibus surdis nihilominus demonstrationes instituere possumus, ostendendo errorem esse minorem quovis assignabili, at in Veritatibus contingentibus ne hoc quidem concessum est menti creatae. Atque ita arcanum aliquod a me evolutum puto, quod me ipsum diu perplexum habuit; non intelligentem, quomodo praedicatum subjecto inesse posset, nec tamen propositio fieret necessaria. Sed cognitio rerum Geometricarum atque analysis infinitorum hanc mihi lucem accendere, ut intelligerem, etiam notiones in infinitum resolubiles esse.

1 (ex definitione) *erg. L* 2 *quaternarius.* (*1*) Quodcunque autem (*2*) | Qu. E. Dem. *erg.* | Quod *L* 4 Geometricam. (*1*) Necessario autem opp (*2*) Quod *L* 6 f. dicuntur. | Et propositiones quibus discimus quid necessarium impossibileve sit vel non sit possis appellare essentiales quae scilicet ad rerum essentias pertinent, suntque aeternae veritatis *erg. u. gestr.* | In *L* 8 termini (*1*) in infinitum (*2*) | indefinite *erg.* | *L* 10 rationem (*1*) Ita (*2*) quod *L* 12 ut (*1*) numeri incom (*2*) rationes *L* 12 scilicet *erg. L* 13 enim (*1*) Numerus (*a*) ef (*b*) alium (*2*) ostendi *L* 14 minorem (*1*) comm (*2*) alteri *L* 14 ad (*1*) communem (*2*) maximam *L* 15 mensuram, (*1*) quo facto res (*2*) ita *L* 16 terminos (*1*) qui utrique insunt, tam praedicato quam subjecto (*2*) quos *L* 17 major (*1*) effa (*2*) alterum *L* 20 f. in (*1*) commensurabil (*2*) irrationali (*3*) rationibus *L* 23 est (*1*) humanae menti (*2*) menti creatae *L*

Hinc jam discimus alias esse propositiones quae pertinent ad Essentias, alias vero quae ad Existentias rerum; Essentiales nimirum sunt quae ex resolutione Terminorum possunt demonstrari; quae scilicet sunt necessariae, sive virtualiter identicae; quarumque adeo oppositum est impossibile sive virtualiter contradictorium. Et hae sunt aeternae veritatis, nec tantum obtinebunt, dum stabit Mundus, sed etiam obtinuissent, si Deus alia ratione Mundum creasset. Ab his vero toto genere differunt Existentiales sive contingentes, quarum veritas a sola Mente infinita a priori intelligitur, nec ulla resolutione demonstrari potest; talesque sunt, quae certo tempore sunt verae, nec tantum exprimunt quae ad rerum possibilitatem pertinent, sed et quid actu existat, aut certis positis esset contingenter extiturum, exempli causa, me nunc vivere, solem lucere, etsi enim dicam solem lucere in nostro hemisphaerio hac hora, quia talis hactenus ejus motus fuit, ut posita ejus continuatione id certo consequatur, tamen (ut de continuandi obligatione non necessaria taceam) et prius talem ejus fuisse motum similiter est veritas contingens, cujus iterum quaerenda esset ratio, nec reddi plene posset, nisi ex perfecta cognitione omnium partium universi, quae tamen omnes vires creatas superat, quia nulla est portio materiae, quae non actu in alias sit subdivisa, unde cujuslibet corporis partes sunt actu infinitae; quare nec sol nec aliud corpus perfecte a creatura cognosci potest; multo minus ad finem analyseos perveniri potest si moti cujusque corporis motorem et hujus rursus motorem quaeramus, pervenitur enim semper ad minora corpora sine fine. Deus autem non indiget illo transitu ab uno contingente ad aliud contingens prius aut simplicius qui exitum habere non potest (ut etiam revera unum contingens non est causa alterius, etsi nobis ita videatur), sed in qualibet singulari substantia ex ipsa ejus notione omnium ejus accidentium veritatem perspicit, nullis extrinsecis advocatis, quia una quaeque alias omnes totumque universum suo modo involvit. Hinc omnes propositiones quas ingreditur existentia et tempus, eas ingreditur eo ipso tota series rerum; neque enim τὸ *nunc* vel *hic* nisi relatione ad caetera intelligi potest. Unde tales propositiones demonstrationem sive

1 f. Essentias, (*1*) et sunt aeternae veritatis; ea nimirum (*2*) alias vero (*a*) pertinere | (*b*) quae *erg.* | . . . sunt *L* 3 demonstrari; (*1*) alias vero (*2*) quae *L* 3 necessariae, (*1*) aut quae (*2*) sive *L* 3 identicae; (*1*) et qua (*2*) seu (*3*) quarumque *L* 7 contingentes, (*1*) quae (*2*) quarum *L* 10 esset (*1*) extiturum (*2*) contingenter *L* 12 id (*1*) conse (*2*) certo *L* 12 f. (ut . . . | non necessaria *erg.* | taceam) *erg. L* 14 plene *erg. L* 14 f. perfecta (*1*) reso (*2*) cognitione *L* 16 cujuslibet (*1*) continui (*2*) corporis *L* 18 minus (*1*) in (*a*) ratio (*b*) quaerendo (*2*) ad *L* 18 analyseos *erg. L* 19 corpora *erg. L* 20 autem (*1*) sine (*2*) non indiget *L* 21 f. qui . . . | contingens *erg.* | non est (*1*) ratio (*2*) causa . . . videatur) *erg.* , (*a*) in quolibet contingente ex ipsa ejus notione veritatem acc (*b*) | sed *erg.* | in *L* 23 perspicit, (*1*) dum (*2*) nullis . . . quia *L* 25 eas *erg. L* 25 f. enim (*1*) istud *hic* et (*2*) τὸ *L* 27–S. 1518.1 sive (*1*) finitam (*2*) resolutionem (*a*) finitam (*b*) terminabilem *L*

resolutionem terminabilem qua appareat earum veritas non patiuntur. Idemque est de omnibus accidentibus substantiarum singularium creatarum. Imo etsi quis cognoscere posset totam seriem universi necdum ejus rationem reddere posset, nisi ejus cum aliis omnibus possibilibus comparatione instituta. Unde patet cur nullius propositionis contingentis demonstratio inveniri possit, utcunque resolutio notionum continuetur.

Non tamen putandum est solas Propositiones singulares esse contingentes; dantur enim et inductione colligi possunt propositiones quaedam plerumque verae; dantur et fere semper verae saltem naturaliter, ita ut exceptio miraculo ascribatur; quin puto dari propositiones quasdam in hac serie rerum universalissime veras, nec unquam ne miraculo quidem violandas, non quod violari non possint a Deo, sed quod ipse cum hanc seriem rerum eligeret, eo ipso eas observare decrevit (tanquam specificas hujus ipsius electae seriei proprietates). Et per has semel positas ex vi decreti divini reddi potest ratio aliarum propositionum universalium vel etiam plerumque contingentium quae in hoc universo notari possunt. Nam ex primis Legibus seriei essentialibus sine exceptione veris, quae totum scopum Dei in eligendo universo continent, atque adeo etiam miracula includunt; derivari possunt subalternae Leges naturae, quae Physicam tantum habent necessitatem, quibus non nisi miraculo ob intuitum alicujus causae finalis potioris, derogatur; et ex his denique aliae colliguntur quarum adhuc minor est universalitas, easque demonstrationes hujusmodi universalium intermediorum ex se invicem (quarum pars Physicam scientiam facit) etiam creaturis revelare potest Deus. Sed nunquam ad universalissimas leges neque ad singularium perfectas rationes analysi ulla deveniri posset, ea enim cognitio necessario soli Deo propria est. Nec vero turbare debet, quod dixi Esse Leges quasdam huic Seriei Rerum essentiales, cum tamen has ipsas Leges non necessarias atque essentiales, sed contingentes atque existentiales supra dixerimus. Nam cum ipsam seriem existere sit contingens, et a libero Dei decreto pendeat, etiam Leges ejus erunt absolute quidem contingentes; hypothetice tamen necessariae atque tantum essentiales posita serie.

2 omnibus (*1*) pro (*2*) accidentibus *L* 2–6 Imo . . . seriem (*1*) universam (*2*) universi . . . continuetur. *erg.* (*a*) Si quae autem propositiones reperientur (*b*) U (*c*) Sunt (*d*) Porro sunt etiam quaedam propositiones contingentes quae tamen perpetuo verae sunt, (*e*) Sunt tamen proposit (*f*) Non *L* 11 eo ipso *erg. L* 12 semel positas (*1*) d (*2*) ex . . . divini *erg. L* 13 etiam *erg. L* 14 seriei (*1*) essentia (*2*) sine exceptione veris consequuntur aliae (*3*) | essentialibus *erg.* | sine *L* 16 subalternae *erg. L* 17 f. necessitatem, (*1*) nec nisi miraculo ob intuitum alicujus causae finalis potioris, violantur, (*2*) quibus . . . derogatur; *L* 19 demonstrationes (*1*) univ (*2*) hujusmodi *L* 19 f. intermediorum *erg.* ex se invicem *erg.* (quarum . . . facit) *erg. L* 21 universalissimas . . . ad *erg. L* 22 posset, (*1*) quae (*2*) ea enim cognitio *L* 26 hypothetice (*1*) tantum (*2*) | tamen *erg.* | *L* 26 f. tantum *erg. L* 27 posita (*1*) seriei existentia. (*2*) serie. *L*

Haec jam proderunt nobis ad Substantias Liberas ab aliis discernendas. Omnis substantiae singularis accidentia si de ipsa praedicentur faciunt propositionem contingentem quae Metaphysicam necessitatem non habet. Et quod lapis hic deorsum tendit sublato fulcimento, non necessaria sed contingens propositio est, nec potest talis eventus ex hujus lapidis notione ope universalium notionum, quae ipsam ingrediuntur demonstrari, itaque solus Deus hoc perfecte perspicit. Solus enim novit, an non ipse per miraculum suspensurus sit legem illam naturae subalternam, qua gravia deorsum aguntur, neque enim alii intelligunt universalissimas leges, nec infinitam analysin pertransire possunt, qua opus est ad notionem hujus lapidis cum notione totius universi seu legibus universalissimis connectendam. Attamen illud saltem praesciri potest ex Legibus naturae subalternis, nisi miraculo suspendatur lex gravium consequi descensum. At vero Substantiae Liberae sive intelligentes majus aliquid habent, atque mirabilius ad quandam Dei imitationem; ut nullis certis Legibus universi subalternis alligentur, sed quasi privato quodam miraculo, ex sola propriae potentiae sponte agant, et finalis cujusdam causae intuitu efficientium in suam voluntatem causarum nexum atque cursum interrumpant. Idque adeo verum est, ut nulla creatura sit καρδιογνώστης quae certo praedicere possit, quid Mens aliqua secundum naturae leges sit electura, quemadmodum alias praedici potest saltem ab angelo quid acturum sit aliquod corpus si naturae cursus non interrumpatur. Quoniam quemadmodum libera voluntate Dei cursus universi, ita libera voluntate mentis cursus cogitationum ejus mutatur, sic ut nullae quemadmodum in corporibus possunt, ita et in mentibus leges subalternae universales ad praedicendam mentis electionem sufficientes constitui queant. Quod tamen nihil prohibet, quin Deo quemadmodum de futuris suis actionibus, ita de futuris mentis actionibus constet, dum et seriei rerum quam elegit, suique adeo decreti vim perfecte novit simulque etiam intelligit quid Mentis hujus quam ipse in numerum rerum extiturarum admisit, notio contineat; quippe

2 substantiae (*1*) acciden (*2*) singularis *L* 2 f. praedicentur (*1*) fit propositio contingens (*2*) faciunt . . . | quae . . . habet *erg.* | *L* 4 f. talis eventus *erg.* *L* 7 naturae (*1*) quae f (*2*) subalternam, *L* 8 alii (*1*) nota (*2*) intelligunt *L* 10 seu (*1*) seriebus (*2*) | legibus *erg.* | *L* 11 miraculo (*1*) suspendantur (*2*) suspendatur lex gravium *L* 13 Legibus (*1*) universis, (*2*) universi *L* 14 et | solo *gestr.* | finalis *L* 15 causarum *erg.* *L* 16 f. καρδιογνώστης (*1*) sive | (*2*) ut *erg.* | (*a*) accurate (*b*) certo producere (*3*) quae . . . praedicere *L* 17 quid | sine miraculo *gestr.* | Mens *L* 17 sit (*1*) actura, (*2*) electura, *L* 17 f. quemadmodum (*1*) praedicere possumus, o (*2*) alias (*a*) pote (*b*) praedici *L* 18 saltem ab angelo *erg.* *L* 18 naturae *erg.* *L* 20 mutatur, (*1*) nat (*2*) nece (*3*) ita (*4*) sic *L* 21 possunt *erg.* *L* 21 leges | naturae *gestr.* | subalternae *L* 21 f. ad (*1*) praedicendum fat (*2*) praedicendam . . . sufficientes *erg.* *L* 23 f. et (*1*) seriem (*2*) seriei *L* 24 quam (*1*) admisit (*2*) elegit, (*a*) et (*b*) suique *L* 24 vim (*1*) et ⟨ – ⟩ (*2*) perfecte (*a*) ⟨co⟩ (*b*) intelligit (*c*) | novit *erg.* | *L* 25 in (*1*) seriem rerum (*2*) numerum rerum extiturarum *L*

quae hanc ipsam seriem rerum ejusque universalissimas leges involvit. Et quanquam illud unum sit verissimum, mentem nunquam eligere quod impraesentiarum apparet deterius; attamen non semper eligit, quod impraesentiarum apparet melius; quia ampliare, et judicium usque ad ulteriorem deliberationem suspendere atque animum ad alia cogitanda avertere potest. Quod utrum factura sit nullo satis indicio ac lege praefinita astringitur; in his certe Mentibus, quae non satis in bono aut malo sunt confirmatae. Nam in Beatis aliud dicendum est.

Hinc etiam intelligi potest, quaenam sit illa indifferentia quae libertatem comitatur. Nimirum uti contingentia opponitur necessitati metaphysicae, ita indifferentia non tantum Metaphysicam, sed et physicam necessitatem excludit. Physicae quodammodo necessitatis est, ut Deus omnia agat quam optime (quanquam in nullius creaturae potestate sit hanc universalem applicare singularibus, ullasque hinc consequentias certas ducere, de actionibus divinis liberis). Physicae etiam necessitatis est, ut confirmati in bono angeli aut beati ex virtute agant (ita quidem ut in quibusdam etiam a creatura certo praedici possit, quid sint acturi), physicae necessitatis est, ut grave deorsum conetur, ut anguli incidentiae et reflexionis sint aequales, aliaque id genus. Sed physicae necessitatis non est ut Homines in hac vita aliquid eligant, utcunque speciosum et apparens bonum particulare; quanquam id interdum vehementis sit praesumtionis. Tametsi enim nunquam sit possibile, dari omnimodam illam metaphysicam indifferentiam ut mens eodem plane modo se habeat ad utrumque contradictoriorum et prorsus aliquid sit in aequilibrio cum tota ut ita dicam natura (jam tum enim admonuimus praedicatum etiam futurum vere inesse notioni subjecti, nec proinde mentem Metaphysice loquendo esse indifferentem, cum Deus ex perfecta quam habet ejus notione jam omnia futura ejus accidentia perspiciat nec Mens nunc ad suam perpetuam Notionem sit indifferens), tanta tamen Mentis indifferentia

2 nunquam (*1*) scienter agere quod (*2*) eligere (*a*) det (*b*) quod | impraesentiarum *erg.* | *L* 4 ad (*1*) propi (*2*) maj (*3*) ulteriorem *L* 4 f. atque ... avertere *erg. L* 5 sit (*1*) praedici non potest (*2*) nullo *L* 5 indicio (*1*) regu (*2*) ac lege (*a*) praesciri potest, cum (*b*) praefinita *L* 7 f. est | in quibus minuta est indifferentia *erg. u. gestr.* | . Hinc *L* 8 f. quae (*1*) in lib (*2*) libertatem (*a*) comitari solet (*b*) comitatur. (*aa*) Equidem (*bb*) Nimirum (*aaa*) libertatem (*bbb*) uti *L* 9 necessitati (*1*) physica (*2*) metaphysicae, *L* 10 f. quodammodo *erg. L* 11 optime (*1*) , ut angeli (*2*) (quanquam *L* 14 f. ut (*1*) praedici in quibusdam possit, (*2*) in ... possit, *L* 15 est, | ut corpus aliquod magnum solidum fluidis circumdatum, nec ullis quae impediri possint satis vicinum continuet, motum *gestr.* | ut *L* 18 particulare *erg. L* 18 id *erg. L* 18 praesumtionis. (*1*) Tanta enim indifferentia est nostra, ut ex levissima causa dubitatio aliqua nobis injiciatur, vel libertatis exercendae libido veniat, quod ex solis naturae legibus nemo potuisset praevidere. Atque in hoc nostra consi (*2*) Si (*3*) Tametsi *L* 19 ut (*1*) omnia pro (*2*) mens *L* 19 f. plane *erg. L* 20 f. et ... | aliquid *erg.* | ... natura *erg. L* 22 loquendo | non *erg. u. gestr.* | esse *L* 23 jam | tum *gestr.* | omnia *L* 25–S. 1521.1 indifferentia (*1*) ph (*2*) | physica *erg.* | est, *L*

physica est, ut ne physicae quidem necessitati (nedum Metaphysicae ) subsit, hoc est, ut nulla sit ratio universalis vel lex naturae assignabilis ex qua ulla Creatura quantumcunque perfecta, et de statu mentis hujus edocta certo colligere possit, quid mens saltem naturaliter (sine extraordinario Dei concursu) sit electura.

Hactenus natura Veritatis, contingentiae, et indifferentiae, libertasque inprimis humanae Mentis quantum ferebat institutum exposita est. Nunc vero examinandum est, quomodo res contingentes inprimis autem substantiae liberae in eligendo atque operando a divina Voluntate atque praedeterminatione dependeant. Et quidem pro certo habendum arbitror tantam esse rerum dependentiam a Deo, quanta justitia divina salva esse maxima potest. Et inprimis ajo quicquid in rebus perfectionis sive realitatis est a Deo continuo produci, limitationem autem seu imperfectionem esse a creaturis, uti vis corpori alicui ab agente impressa limitationem accipit a corporis materia sive mole, ac naturali corporum tarditate, et majore existente corpore minor caeteris paribus oriatur motus. Itaque etiam id quod in ultima aliqua Liberae Substantiae determinatione reale existit, a Deo produci necesse est inque hoc puto consistere quicquid de physica praedeterminatione dici cum ratione potest. Intelligo autem Determinationem fieri cum Res in eum statum venit, ut quid sit factura physica necessitate consequatur, nam Metaphysica necessitas in mutabilibus nunquam est cum ne illud quidem metaphysicae necessitatis sit, ut corpus nullo alio corpore impediente in motu perseveret. Ita ut proinde tum demum aliquid contingens metaphysica necessitate determinatum sit, cum reapse actu existit. Sufficit ergo determinatio qua actus aliquis fit physice necessarius. Intelligo determinationem quae indifferentiae obstat, nempe ad aliquam necessitatem metaphysicam vel physicam seu consequentiam demonstrabilem ex resolutione terminorum, legibusve naturae: nam

2 universalis *erg.* (*1*) assigna (*2*) vel *L* 2 ulla (*1*) Mens (*2*) Creatura *L* 3 perfecta, (*1*) colligere certo (*2*) et . . . colligere (*a*) (supposito div (*b*) possit, *L* 4 mens saltem *erg. L* 4 naturaliter ( | etiam *erg. u. gestr.* | sine *L* 4 sit (*1*) factura (*2*) electura. *L* 10 ajo *erg. L* 10 quicquid (*1*) reale est in rebus o (*2*) in *L* 11 vis (*1*) acc (*2*) corpori *L* 12 mole, (*1*) ut tardita (*2*) ac *L* 12 f. corporum (*1*) tem (*2*) tarditate, *L* 13 et (*1*) quanto majus sit cor (*2*) majore *L* 13 f. etiam (*1*) ad actum ultim (*2*) id *L* 14 aliqua (*1*) contingentis aut etiam Liberi (*2*) Liberae Substantiae *L* 15 f. inque . . . potest *erg. L* 16 Determinationem (*1*) cum (*a*) Mens (*b*) aliquid (*2*) fieri cum Res *L* 17 sit (*1*) facturum (*2*) factura *L* 17 Metaphysica (*1*) nunquam est Mutationis ⟨et talis⟩ (*2*) necessitas *L* 19 perseveret. (*1*) Sufficit igitur physica necessi (*2*) Nisi tum demum aliquid metaphysice necessarium dicamus cum reapse a (*3*) Ita *L* 19 proinde *erg. L* 20 contingens (*1*) metaphysice (*2*) metaphysica *L* 20 determinatum (*1*) existat, (*2*) sit, *L* 21 qua (*1*) res (*2*) actus *L* 22 quae (*1*) contingentiae | (*2*) indifferentiae *erg.* | obstat, (*a*) nam infalli (*b*) nempe *L* 22 necessitatem (*1*) ex universalibus rationibus pendentem (*2*) metaphysicam vel physicam *L* 23 ex (*1*) universalibus (*2*) resolutione *L*

determinatio quae non necessitatem quidem imponit contingentibus, sed certitudinem atque infallibilitatem tribuit (quo sensu dici solet, futurorum contingentium esse determinatam veritatem), ea nunquam coepit, sed semper fuit, cum in ipsa subjecti notione perfecte intellecta ab aeterno contineatur, sitque ipsissimum scientiae cujusdam divinae, sive visionis, sive Mediae, objectum.

Hinc jam videtur cum Divina Praedeterminatione conciliari posse Decretum Dei actuale conditionatum vel saltem ex quibusdam praevisis pendens, quo Deus decernit largiri praedeterminationem. Nam Deus ex ipsa hujus substantiae singularis liberae consideratae ut possibilis notione perfecte intellecta praevidet, quaenam ejus electio sit futura, illi igitur in tempore praedeterminationem accommodare decernit posito quod eam decernat admittere inter existentia. Verum intimas rationes rimanti nova nascitur difficultas, cum enim electio creaturae sit actus essentialiter involvens divinam praedeterminationem, sine quo ipsam exerceri impossibile est, et conditionem impossibilem poni divino decreto non sit ferendum, consequens est, ut Deus eo ipso dum praevidet electionem creaturae futuram, praevideat etiam suam praedeterminationem adeoque suam etiam praedeterminationem futuram, ac proinde videt suum etiam decretum quemadmodum certe omnia contingentia essentialiter divina decreta involvunt. Ergo decerneret quia se jam decrevisse, videt, quod est absurdum.

Huic difficultati, quae sane in hoc argumento maxima est ita puto satisfaciendum. Concedo sane Deum dum decernit praedeterminare Mentem ad certam aliquam electionem ideo quia electuram praevidit si ad existendum admitteretur praevidere etiam suam praedeterminationem, suumque praedeterminandi decretum videre (sed ut possibile); nec tamen decernere quia decrevit. Quia scilicet primum Mentem aliquam considerat ut possibilem, antequam decernat ipsam debere actu existere. Possibilitas enim seu Notio mentis creatae existentiam non involvit. Dum autem eam considerat ut possibilem, perfecteque cognoscit, in ea omnia ejus futura eventa ut possibilia, sed cum ipsa (

3 ea (*1*) contingentiae (*2*) nunquam *L* 4 intellecta (*1*) contineatur (*2*) ab *L* 4 sitque (*1*) ipsum (*2*) ipsissimum *L* 5 divinae *erg. L* 7 conditionatum (*1*) ex fide praevisa in (*2*) ex quibusdam praevisis (*3*) vel *L* 7 pendens, (*1*) de danda physica quam (*2*) quo *L* 8 hujus *erg. L* 9 consideratae ut possibilis *erg. L* 10 f. posito . . . existentia *erg. L* 11 f. Verum (*1*) haec intimas rationes rimanti nondum penitus satisfaciunt. (*2*) intimas . . . difficultas, *L* 15 futuram *erg. L* 16 adeoque (*1*) suum jam decretum praedeterminandi futurum (*2*) suam *L* 16 futuram, (*1*) adeoque su (*2*) ac proinde (*a*) suum etiam d (*b*) videt *L* 17 quemadmodum . . . involvunt *erg. L* 20 Deum (*1*) decernentem (*2*) dum decernit *L* 21–23 electionem (*1*) , d (*2*) praevisam (*3*) praevisam praevidere etiam (*a*) suumque (*b*) decretum suum, (*4*) | ideo . . . admitteretur *erg.* | . . . videre (*a*) , ut possibile; (*b*) (sed ut possibile); *L* 24 existere. (*1*) Et in hac Mentis co (*2*) Est autem eadem Mentis hujus consideratae ut possibilis notio, et cons (*3*) Possibilitas *L* 26 cognoscit, (*1*) omnia in ea ut possibilia intelligit, (*2*) in *L* 26 ejus futura eventa *erg. L*

quanquam contingenter, infallibiliter tamen) connexa jam nunc intelligit, hoc est perfecte scit omnia quae sint ipsius existentiam consecutura. Porro eo ipso dum Notionem Substantiae hujus singularis consideratae adhuc ut possibilis perfecte intelligit, etiam decreta sua, sed itidem considerata ut possibilia intelligit, quia ut veritates necessariae solum intellectum divinum involvunt, ita contingentes voluntatis decreta. Nimirum Deus videt sese infinitis modis posse Res creare, aliamque atque aliam prodituram seriem rerum, prout alias Leges Seriei seu alia decreta sua primitiva eliget. Itaque eo ipso dum considerat hanc Mentem, quae hanc rerum seriem secum involvit, etiam considerat decretum, quod haec Mens atque haec series involvit. Utrumque ut possibile, nondum enim decernere statuit; seu nondum decrevit quaenam specialia serierum decreta tam generalia quam ipsis connexa specialia, sit electurus. Tandem ubi Deus eligit unam serierum eique involutam hanc Mentem his eventibus vestitam futuram, eo ipso etiam de aliquibus suis decretis seu rerum legibus, quae in rerum eligendarum notionibus involvuntur decernit. Et quia Deus eo ipso dum seriem hanc eligere decernit, infinita etiam decreta facit, de omnibus quae in ea involvuntur, adeoque et decretis suis possibilibus seu Legibus a possibilitate ad actualitatem transferendis, hinc patet aliud esse decretum quod Deus in decernendo respicit, aliud esse decretum quo Deus decernit illud reddere actuale nempe id quo hanc rerum seriem et hanc in ea Mentem ad existentiam et in ea illud decretum eligit; sive aliud esse decretum possibile in seriei ac rerum seriem ingredientium notione involutum, quod decernit reddere actuale; aliud esse decretum quo decretum illud possibile decernit reddere actuale. Quam reflexionem Decreti unius super alterum eo minus debemus mirari quia utique Voluntatis quoque divinae decreta libera intellectui divino objici oportet priusquam facta intelligantur. Neque enim facit Deus, quod non se facere jam sciat. Hinc jam intelligimus quomodo divinae praedeterminationis physicae necessitas cum decreto

3 Substantiae (*1*) singular (*2*) hujus *L* 3 singularis (*1*) ejusque ⟨e⟩ (*2*) consideratae *L* 4 quia (*1*) omnia co (*2*) ut (*a*) necessaria (*b*) veritates necessariae *L* 6 posse (*1*) Mundum (*2*) Res *L* 7 alia *erg. L* 7 sua *erg. L* 7 f. dum (*1*) Deus eli (*2*) considerat *L* 9 atque haec series *erg. L* 10 decreta (*1*) sit praelaturus (*2*) aut (*3*) universi (*4*) quas tam generales quam ipsis connexas (*5*) tam *L* 12 eique . . . futuram *L* 17–19 decretum (*1*) quo Deus decernit actualem praedeterminationem, (*a*) aliud quod (*b*) vel potius electionem decreti nempe id quo hanc rerum seriem eligit; aliud esse decretum quod (*aa*) Deus in eligendo (*bb*) decernendo respicit, nempe decretum possibile essentialiter in seriei ac rerum seriem ingredientem notione involutum (*aaa*) Decreta enim Dei de seriebus diversis eligendis non sunt eadem cum decretis (*bbb*) Decretum enim Dei (*2*) quod . . . | et . . . Mentem *erg.* ad existentiam *erg.* et . . . decretum *erg.* | . . . actuale. *L* 21 quo (*1*) ipsum (*2*) decretum illud possibile *L* 23 libera *erg.* (*1*) in intellectui divino esse intelliguntur, (*2*) intellectui . . . objici (*a*) debeant, (*b*) oportet, *L* 23 facta (*1*) intelliguntur. (*2*) intelligantur. *L* 24 f. quomodo (*1*) Deus eo ipso (*2*) divinae *L* 25 praedeterminationis (*1*) necessita (*2*) physicae *L* 25 decreto (*1*) ex actibus (*2*) praedeterminandi *L*

praedeterminandi ex actibus praevisis stare possit, tantumque abesse ut Deus Judam proditorem fieri debere, absolute decernat, ut potius ex notione Judae independenter a suo decreto actuali videat eum fore proditorem. Nec proinde decernit Deus Judam debere esse proditorem, sed tantum Judam quem praevidet fore proditorem nihilominus debere existere, quoniam infinita sua sapientia videt, hoc malum immenso lucro, majoribus bonis pensari nec aliter res melius sibi constare. Quod ipsum non velle, sed permittere est. Decreto jam Judam peccatorem extiturum consequenter etiam decernitur et cum prodendi tempus veniet concursum praedeterminationis actualis esse accommodandum. Quae tamen tantum ad id quod in pravo hoc actu perfectionis inest terminatur, ipsa creaturae notione, in quantum limitationem involvit, quod unum a Deo non habet actum ad pravitatem contrahente. Itaque in eo sum ut credam modo haec duo teneantur perfectionem omnem in creaturis a Deo esse, imperfectionem ab earum limitatione; caeteras sententias attente consideratas in ultima analysi conciliari universas.

## 304. INFINITI POSSUNT GRADUS ESSE INTER ANIMAS
[1686 (?)]

**Überlieferung:** *L* Konzept: LH IV 2, 11 Bl. 10–11. 1 Bog. 8°. 4 S.

Leibniz' im Juni 1686 in den *Acta Eruditorum*, S. 289–292, veröffentlichte Schrift *Meditatio nova de natura anguli contactus et osculi, horumque usu in practica mathesi, ad figuras faciliores succedaneas difficilioribus substituendas* könnte der Anlaß gewesen sein für diese vergleichende Gegenüberstellung von Seelengraden und Krümmungsgraden von Linien. Wir setzen dieses Stück zwar in das Jahr 1686, aber wegen der insgesamt aus dem Rahmen fallenden Terminologie könnte es auch wesentlich später entstanden sein.

Infiniti possunt gradus esse inter animas, idque similitudine petita a nostra Geometria sublimiore videtur illustrari posse. Animae est connectere inter se differentes corporis status, ut ejus ope praeterita et futura simul existant, praeterita per quandam

1 f. Judam (*1*) absolute dec (*2*) prodere debere absolute (*3*) proditorem *L* 3 eum (*1*) esse pro (*2*) fore *L* 5–8 existere, (*1*) ob inexplicabil (*2*) Atque cum prodendi tempus veniet consequens est (*3*) | quoniam . . . constare *erg.* | Quod . . . Judam (*a*) existere (*b*) extiturum (*c*) peccatorem . . . veniet *L* 11 eo (*1*) sunt (*2*) sum *L* 23 videtur (*1*) o (*2*) illustrari *L*

reminiscentiam, futura per praesensionem. Et licet verum sit corpus etiam praeteritos et praesentes suos status referre; hoc tamen interest, quod in corpore non est nisi praesens status, etsi is sit effectus praeteriti referens causam; et idem sit causa futuri referens effectum. Sed in anima omnis status per se repraesentatur, praeteritus ut praeteritus, futurus ut futurus, praesens ut praesens; unusquisque non solum exprimitur per consequentiam, sed et repraesentatur.

Repraesentandi tamen modus plus minusve est clarus plenusque pro animae perfectione; ut transitus in lineis suos gradus habent. Nempe in omni linea curva transitus est a puncto ad punctum. Quod si jam linea concipiatur ut polygonum infinitorum laterum; utique pro transitu seu progressu in linea considerare oportet puncta plura. Nam unum punctum praesentem quidem statum designat, non tamen mutationem. Si conjungamus tantum duo puncta, exprimetur directio motus seu quae sit tangens lineae; si tria puncta conjungamus, habetur non tantum directio, sed et flexus, seu mutatio directionis; adeoque habetur circulus osculans. Si conjungamus puncta quatuor, habebitur osculum secundi gradus; et ita porro. Sed his omnibus nondum exprimitur plena lineae curvedo, quae omnia possibilia oscula simul involvit; exprimitque quaenam sit linea osculans cujuscunque gradus. Corpus respondet situi puncti seu statui praesenti; sed animae respondent gradui mutationis in motu puncti. Et Anima infimi gradus respondet directioni, anima secundi gradus osculo primo, anima tertii gradus osculo secundo; et ita porro. Sed mens respondet osculo infiniti gradus; et exprimit integram lineae curvedinem in puncto dato, seu quicquid a puncto dato non abest assignabiliter. Unde patet Mentes esse ad simplices animas ut infinitum ad finitum, seu ut finitum ad infinite parvum. Sed mens infinita respondet toti progressui motus per lineam, transitui a puncto dato ad aliud punctum assignabiliter distans quodcunque, seu saltum.

1 per (*1*) prae⟨no⟩ (*2*) praesensionem. *L* 2 status (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) referre; *L* 3 f. etsi (*1*) effectus sit (*a*) futuri (*b*) praeteriti referens causam; et causa futuri referens effectum. (*2*) is . . . effectum. (*a*) In mente aute (*b*) Sed *L* 4 anima (*1*) uterque est (*2*) omnis *L* 4 per se *erg. L* 5 f. ; unusquisque . . . repraesentatur *erg. L* 8 perfectione; (*1*) idque quemadmodum in lineis (*2*) et plus mi (*3*) magis astringitur praesentibus (*4*) et trans (*5*) ut transitus (*a*) line (*b*) in *L* 9 est (*1*) vel a puncto ad punctum (*a*) ; isque (*b*) ; qui s (*2*) a . . . Quod *L* 10 laterum; (*1*) con (*2*) possumus (*a*) conj (*b*) tra (*c*) pro transitu (*3*) utique *L* 10 linea (*1*) possumus considerare puncta (*2*) considerare *L* 15 habebitur (*1*) curva (*2*) osculum *L* 16 curvedo (*1*) . Itaque (*2*) . Ipsae lineae (*3*) , quae *L* 17 gradus. (*1*) Habe (*2*) Anima infimi gradus respondebit (*a*) o (*b*) di (*3*) Corpus respondet (*a*) puncto (*b*) situi (*c*) situi puncti *L* 17 f. praesenti; (*1*) dir (*2*) anima directi (*3*) | sed *erg.* | animae respondent (*a*) li (*b*) m (*c*) motui puncti (*d*) mutationi. Et anima infima resp (*e*) motibus (*aa*) punctorum (*bb*) puncti. (*f*) gradui *L* 20 secundo; (*1*) ani (*2*) et *L* 20 et (*1*) est (*2*) exprimit *L* 21 , seu . . . assignabiliter *erg. L* 23 parvum. (*1*) Sed Mens infinita exprimit (*2*) Porro (*3*) Sed *L* 23 infinita (*1*) continet totum l (*2*) respondet toti (*a*) lineae progressui, seu omni (*b*) progressui . . . lineam *L*

Quod si quis putet distingui hic rursus posse inter Mentes saltum facientes per distantias finitas diversas, quae omnes Mentem saltu carentem infinite excedant; et tamen ipsae sint infinite depressae infra mentem cujus saltus est in distantias omnes, dicendum tamen ubi mera est continuitas seu sola differentia per majus et minus non posse diversas species assignari, adeoque mentem quae saltum faciat, facere in quantamcumque distantiam cum [oscula] numeris seu discreto differre sit manifestum.

*Nach den beiden verworfenen Ansätzen in Kleindruck hat Leibniz das nachfolgende Schema entwickelt*:

Habemus ergo

Punctum seu statum | Progressum

Progressum: directionem | flexum

Habemus ergo

Punctum seu statum | Progressum

Progressum: elementarem | plenum

elementarem: directionem tangentis | flexum osculantis pro gradu

pro gradu: primo, secundo, tertio etc.

1 hic | posse *str. Hrsg.* | rursus *L* 1 f. per (*1*) distantiam finitam (*2*) distantias finitas diversas, (*a*) et inter mentem facientem saltum per omnes; (*b*) quae *L* 3 f. omnes, (*1*) puto (*2*) dicendum *L* 4 continuitas (*1*) non posse (*2*) seu *L* 5 f. in (*1*) di (*2*) quantamcumque *L* 6 osculos *L ändert Hrsg.* 22–25 osculantis (*1*) primum, secundum, tertium (*2*) pro . . . tertio *L*

Habemus ergo

Punctum seu statum — Progressum

Progressum: elementarem seu inchoatum — absolutum

elementarem seu inchoatum: partialem secundum — totalem lineae speciem exprimentem

partialem secundum: directionem tangentis — flexum osculi in gradu

flexum osculi in gradu: primo, secundo, tertio etc.

| Status | Directio | Osculum primi, | secundi, | tertii gradus | Lineatio | Linea utcunque producta |
|---|---|---|---|---|---|---|

–(1,356)

–(1,356)

Respondent his

| Corpus | Anima ima seu vita | sensus primi, | secundi, | tertii gradus | Anima intelligens | Deus |
|---|---|---|---|---|---|---|

seu

rationis expers — rationalis

finitum. Anima — infinitum

Aggregatum, quod per se torpet — una substantia, seu vivum

Substans

8 f. totalem (*1*) lineam (*2*) lineae speciem *L* 30 quod (*1*) per s (*2*) torpet (*3*) per se torpet *L*

## 305. VINDICATIO JUSTITIAE DIVINAE ET LIBERTATIS HUMANAE [Anfang 1686 (?)]

**Überlieferung:**

*L* Konzept: LH I 20 Bl. 140. 1 Zettel (10,5 × 18,5 cm). 24 Zeilen.
*A* Abschrift: LH I 15 Bl. 295. 1 Bl. 4°. 1 S.
*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 371.

Die kleine Notiz, die wir aufgrund des allerdings nur schwach belegten Wasserzeichens datieren, paßt auch inhaltlich gut zu den in dieser Zeit angestellten Überlegungen zum vollständigen Begriff der singulären Substanz und zum Freiheitsproblem (z.B. N. 303, 306 und 309).

### Vindicatio Justitiae Divinae et Libertatis humanae, sumta ex consideratione Ideae integrae quam Deus de re creabili habet.

Duo sunt famosi erroribus Labyrinthi quorum unus Theologos potissimum alter Philosophos exercuit; ille de libertate, hic de continui compositione; quoniam illa mentis haec corporis interiorem naturam attingit. Quemadmodum tamen Geometrae et Physici esse possumus, etiamsi non consideremus utrum linea componatur ex punctis, modo pro indivisibilibus assumamus quantitates tam parvas, ut error qui inde nasci potest sit minor dato, seu tam exiguus quam volumus; ita Theologicae veritati satisfacere licebit, licet modum ignoremus quo res rerumque actus a Deo atque a se invicem dependent, dummodo pro rebus actualibus ipsis assumamus integras rerum possibilium notiones sive ideas, quas in Divina Mente esse ante omne decretum voluntatis rerumque existentiam negari non potest.

15 naturam (*1*) explicari postulat (*2*) attingit *L* 15 tamen (*1*) Math (*2*) Geometrae *L* 16 modo (*1*) indivisibilium | loco *irrtüml. nicht gestr.* | (*2*) pro indivisibilibus *L* 19 atque . . . invicem *erg. L* 20 actualibus *erg. L* 20 possibilium *erg. L*